¶ Duodecimo arguitur cōtra quartā concluſionē quia quacunqꝫ volitione data in voluntate contingit dare minorem alias volūtas neceſſitaretur niſi poſſet producere actū ita remiſſum ſicut ſibi placet. Item ſit corpus luminoſū aerem illuminās ad q̄ſtācunqꝫ diſtantiaꝫ tunc patet ꝙ in parte remota lumē eſt ſp minus et minus intenſum ergo non datur minimū ſignetur em̄ pars in qua eſt minimū lumen tūc poſt illā partē eſt alia ps in qua eſt adhuc lumen minus quia plus diſtat a corpore luminoſo. Item tunc viſio haberet vltimū inſtans ſui eſſe qꝛ datur minima viſio et incipiat viſibile elōgari tūc vel viſio deſinit eſſe vel remittitur ſi ſcōꝫ daꝛ min⁹ minimo ergo primū. Itē indiuiſibile additum alteri non reddit ipm̄ maius ſed minimus calor per te eſt indiuiſibilis ſcōm intenſionem ergo ſi addatur alteri calori non reddit ipm̄ maiorē quod tamē eſt falſum apud nominales nos autē negamus taleꝫ additionem. Item non datur minimus motus localis ſed loquor de permanentibus.

¶ Ad primū dicendum ꝙ huiuſmodi argumēta pbarent ꝙ etiā in numeris nō eſt procedere in infinitum et etiam in magnitudinibus ideo dicitur ꝙ non ſequitur hanc albedinem in infinitum aliqua albedo poteſt excedere ergo aliqua albedo pōt in infinitum hanc albedinem excedere quia in antecedente albedo ſtat ſimpliciter vel confuſe tantuꝫ et in conſequente ſtat determinate. Et ideo cū infertur ꝙ illa que in infinitum excedit ⁊c. Negatur ſequela propter falſam implicationē implicat em̄ ꝙ ex illo antecedente ſequatur ꝙ aliqua ſit poſſibilis excedens in infinitū quod falſum eſt. Ad aliud dicitur ꝙ per illud probaretur ꝙ ſit poſſibile in ſenſu compoſito cōtinuum eſſe diuiſum in q̄libet partē. Quidā nō habent pro incōuenienti ꝙ de⁹ poſſit facere infinituꝫ quia albedo ſeparata apud S. T. eſt aliquomō infinita ſed de hoc poſtea ſed hoc non tenendo dicitur ꝙ nulla eſt potētia ad totum augmentum cathegoreumatice capiendo totum quia tale non eſt dabile.

¶ Ad ſcōm negatur conſequentia quia in minore eſt ſenſus compoſitus et in finitum capitur cathegoreumatice in conſequēte vero eſt ſenſus diuiſus et capiꝛ infinitū ſincathegoreumatice vū ſenſus ē aliquātā formā deus pōt producere et nō tantam quin maiorē. Ad aliud dicit grego. ꝙ nō eſt neceſſarium ꝙ quelibet propō vera de poſſibili poſſit poni in eſſe niſi quando eſt vera in ſenſu compoſito. Ad aliud negatur conſequentia vt patet in numeris. S. T. in. 1º. diſ. 17. q. 2. ar. 4. 1m.

¶ Ad tertiū dicit Ocham negādo maiorē ſed cōtra inqt grego. quelꝫ ſingularis eius ē vera demōſtrata ei aliqua latitudine qualitatis ſucceſſiue factibilis veruꝫ eſt dicere ꝙ illa pōt ſimul fieri a deo ideo aliter dicit ꝙ nula infinita qualitas pt a deo fieri ſucceſſiue tn̄ in infinitū ſucceſſiue pt fieri maior q̄litas. Quidā aliter rn̄dēt vū pcedentē propōnem ponūt in eē p iſtas albedinē duoruꝫ graduum de⁹ cāt albedinē triū graduū de⁹ cāt ⁊ ſic de ſingulis. Et ſimili mō poniꝛ iſta in eſſe in quotcūqꝫ partes pōt de⁹ diuidere pōt deus diuidere. Et negāt predictā maiorē qꝛ motū localē pōt de⁹ facere ſucceſſiue et tn̄ nō pōt eum facere ſimul. Et infinitos gemit⁹ futuros de⁹ pōt facere ſucceſſiue in dānatis ⁊ tn̄ nō poſſet facere illos ſimul. Ad aliud dꝛ ꝙ mot⁹ inter duos terminos in infinitū a deo poſſet augeri Sicut quidā dicūt ꝙ ſincathegoreumatice infinitū pōdus ſor. pōt portare nō tn̄ ſeqꝛ ꝙ dabile ſit maximū pōd⁹ qđ ſortes pōt portare Ad aliđ dꝛ ꝙ adeo pōt fieri mot⁹ q̄ nūq̄ termiaꝛ vt qdā dicunt de tota terra ſi moueretꝛ ad centrum.

¶ Ad 4m. dꝛ ꝙ albedo intēſa nō eſt eēntialiter pfectior q̄ albedo remiſſa Ad aliud dꝛ ꝙ de⁹ nō eſt tm̄ diligibilis a nobis q̄tū ē diligibilis a ſe ſi tm̄ et quātū notēt q̄titatē dilectiōis quia de⁹ ſemp pfectiore actu diligit ſe q̄ nos poſſemus eū diligere. Nos ei nullā ponim⁹ dilectionē infinitā ⁊ dato ꝙ i nobis poneretꝛ dilectio ifinita adhuc dilectio dei excederet illā Ad aliud pꝫ ex dictis De charitate aīe xp̄i videꝛ q̄buſdā ꝙ de⁹ nō poſſet eā augere qꝛ S. T. dicit 3a. q. 7. ar. 12. ꝙ nō pōt eſſe nec intelligi maior vnio creature rōalis ad deū ⁊ iō gr̄a ei⁹ ptigit ad ſūmā mēſurā gr̄e ⁊ ē iſinita ſcōm rōnē gr̄e nō aūt vt eſt q̄dā ens Si aūt q̄raꝛ de gr̄a viatoris an poſſit attigere gr̄am btī p cōtinuū augmētū videꝛ pbabile ꝙ ſic ex. ſ. t. opuſ. 61. c. de augmēto caritatis Aliter opinaꝛ alij ex ſ. t. de ve. q. 29. ar. 3. 5m

¶ Ad 5m rn̄det grego. negādo aīs Et cū dꝛ hāc ⁊ illā pt de⁹ creare ⁊ ſic de ſigl'is i ſēſu ꝯpoſito negaꝛ lꝫ q̄lꝫ ſit potētia ſic demrātis duob⁹ ꝯtradictorijs hec copulatiª ē ipoſſibiˢ hec ē va ⁊ illa ē va ⁊ tn̄ q̄lꝫ ps ē poſſibiˢ Similiꝛ i ſēſu diuiſo iſta pn̄t eē va ⁊ tn̄ nō ſeqꝛ ꝙ i ſēſu ꝯpoſiº poſſibiᵉ ſit iſta eē va 2º dꝛ ꝙ oēs aīas creabiles demrāri pōt itelligi dupl'r vno mō ꝙ demōſtrareꝛ oēs q̄ꝝ q̄lꝫ ē creabilis. Alio mō ꝙ demonſtrareꝛ omnes que ſunt creabiles Si primo modo tunc iſta eſt falſa iſte anime poſſunt eſſe create et non eſt ſingularis illius vl'is oēs anime creabiles poſſunt eſſe create quia illis omnibus demōſtratis hec non eſt vera iſte aīe ſūt creabiles licet quelibet earuꝫ ſit creabilis. Et ſi queratur an iſta ſint creabilia demonſtrando omnes quarū quelibet eſt creabilis dicit ꝙ non. Si vero demonſtretur ſecundo modo dicit ꝙ talis demonſtratio eſt impoſſibilis quia nulle creabiles ſunt omnes creabiles. Dicit ergo ꝙ ſicut quelibet ſingularis illi⁹ vni

uerſalis eſt vera ita ipſa eſt vera non tamē ſua de
ineſſe eſt poſſibilis Et ideo ꝑ hoc non infertur an
tecedens quod habet ſenſum compoſitū vnde nō
ſequitur omnes anime creabiles poſſūt eſſe crea-
te in ſenſu diuiſo ergo poſſibile eſt omnes animas
creabiles eſſe creatas quia antecedens eſt verum
et conſequens falſum. Si autem queratur de veri
tate huius vniuerſalis omnes anime quarum que
libet eſt creabilis poſſunt eſſe create dicit ꝙ ē fal-
ſa quia habet vnam ſingularem falſam ſcꝫ in qua
demonſtrantur omnes collectiue a deo quarū que
libet eſt creabilis. Contra iſta inſtatur ſic ſecundū
eum omnes anime creabiles poſſunt eē create er-
go oēs aīe quaꝝ q̄libꝫ eſt creabilis pñt eē create te
net conſequentia quia anime creabiles et anime
quarum quelibet eſt creabilis cōuertuntur. Item
bene ſequitur Iſte ſunt anime quarum quelibet ē
creabilis ergo iſte poſſibiliter ſunt demonſtrando
omnes quarum quelibet eſt creabilis alias ſubie-
ctum antecedentis nō ſupponeret et vltra iſte poſ
ſibiliter ſunt ergo iſte poſſunt eſſe creabilia. Item
iſte quarum quelibet eſt creabilis ſunt hoc creabi
le et hoc creabile et ſic de ſingulis ergo ſunt crea-
bilia. Item iſte anime quarum quelibet eſt creabi-
lis poſſibiliter ſunt anime ergo creabiles. Itē tūc
iſta omnis chimera currit non haberet ſingularem
quia ſubiectum non verificatur de aliquo hoc qui-
dam concedunt licet ſit vniuerſalis ſed contra tūc
non quelibet ſingularis eius eſſet falſa. Dico pre
terea ꝙ impoſſibilia et chimera poſſunt demōſtra
ri ſcꝫ ad intellectum et ideo non videtur bene di-
ctum ꝙ demonſtratio qua demonſtrantur omnes
anime creabiles ſit impoſſibilis. Dicendum igitur
ꝙ hec eſt vera in ſenſu diuiſo capiendo omnes di-
ſtributiue omnes anime creabiles poſſunt eē crea
te non autem capiendo omnes collectiue quia tūc
ſubiectum non ſupponit vnde nec deus in infini-
tis partibus hore poſſꝫ producere omnes animas
creabiles. Ad aliud dicitur ꝙ illa ratio bene pro-
bat ꝙ in naturalibus non reperitur infinitum.

¶ Ad ſextum reſpondet. S. T. hic et in ſcḋo diſ.
30. q. 2. ar. 2. ꝙ licet corpus mathematice. i. de ge-
nere q̄titatis acceptum ſit diuiſibile in infinitum
corpus naturale nō eſt diuiſibile in infinitum in
corpore enim mathematico non conſideratur niſi
q̄titas in qua nichil inuenitur diuiſiōi repugnās
Sed in corpore naturali inuenitur forma natura-
lis que requirit determinatā quantitatem ſicut et
alia accidentia vnde non poteſt inueniri q̄titas in
ſpecie carnis niſi infra aliquos terminos determi
nata. Dico preterea ꝙ non omne continuum eſt di
uiſibile in partes ſic ꝙ vna poſſit ſeparari ab alia
vt patet de celo. Item naſus hominis eſt eiuſdem
ſpeciei eſſentialis cum homine et tamen non po-
teſt per ſe eſſe ſicut homo. Forte negas primā par
tem ſed probatur quia naſus hominis componitur
ex materia et forma eiuſdem ſpeciei cū toto homi-
ne. Item naſus hominis continuatur aliis parti-
bus ergo eſt eiuſdem ſpeciei cū eis. Dico preterea
ꝙ de ratiōe continui eſt eſſe diuiſibile. i. ꝙ habeat
partem realiter diſtinctam ab alia nec oportet ꝙ
vna ſit extra aliam ſecundum ſitum vt patet de cor
pore xp̄i in ſacramento euchariſtie. Item nō ſequi
tur iſtud eſt eiuſdem rationis ſicut prius ergo pōt
perſeuerare in eſſe ſicut prius vt patet de homine
vulnerato in corde Sꝫ nō ē medietas minimi na
turalis eſt minor eo ſi ſic ergo datur min⁹ minimo.
Dicendum ꝙ non datur minus quod poſſit per ſe
ſubſiſtere.

¶ Ad ſeptimum dicitur ꝙ ſi minimum diuidat re-
ſoluetur in continens Et ſi ponatur in vacuo non
poterit diuidi. Ad aliud dicitur ꝙ nō datur prima
pars motus ſed bene datur primum motatuꝫ quia
forma introducitur in ipſo minimo per ſubitā mu-
tationē. Et dico ꝙ nō ſemper agens prius alterat
partem ſibi proximiorē quādo pars proximior non
eſt per ſe ſuſceptiua forme introducende per ipſū
agens nec eſt ſimile de ꝓductione primi minimi et
de aliis ſequētibus quia partes ſequentes non ꝑ
ſe ſubſiſtunt ſed vniuntur prime.

¶ Ad 8m. dicetur poſtea Ad aliud quidam non ha
bent pro inconuenienti ꝙ minimū naturale habeat
vltimum inſtans ſui eſſe. Sed videtur illo con
ceſſo ꝙ res permanens ſemper deſinit per vlti-
mum inſtans ſui et incipit ꝑ vltimū inſtās nō eſſe
quia anteq̄ res corrumpatur ſemper eſt deuenire
ad minimum Forte dicis ꝙ quo ad illud minimum
res habet vltimum inſtans eſſe Tunc queritur de
forma que in illo minimo immediate poſt hoc pro-
ducetur quia cum illa habeat minimum naturale
queritur an illud fiet in inſtanti vel in tempore Si
1m. ex quo inſtans non eſt immediatum inſtāti que
ritur ſub qua forma erit materia per tempus medi
um inter illa duo inſtantia Si dicas ꝙ minimū for
me ſequentis producetur in tempore ſequitur ꝙ
pars producetur poſt partem et ſic dabitur minus
minimo ideo dicitur aliter ꝙ illud minimum nō po
teſt ſubito eſſe Si dicas pono ꝙ minime carni ap-
plicetur vnum agens contrarium quod īcipiat cor
rumpere aliquam partem eius vel aliquam condē
ſare Non admitto caſum dicit venetus 1o. phi. vn-
de applicato contrario frigido. a. minime carni vł
minimo igni non immediate poſt hoc corrumpetur
aliqua pars. a. neq̄ cōdenſabitur ſed bene altera-
bitur et frigefiet immediate poſt hoc nec eſt quelꝫ
gradum frigiditatis ſequitur aliquis gradus dēſi
tatis imo inducetur certa latitudo frigiditatis an
teq̄ inducatur aliqua denſitas et tandē illud mi-
nimum habebit 1m inſtans non eſſe Sed cōtra po-
namus ꝙ minima caro habeat etiam minimam fri
giditatem et omnes alias qualitates minimas ſe
cundum intenſionem et applicetur ſibi contrariū.
Poſſet dici ꝙ in 1o inſtanti applicationis minimū
1o. non eſt ſicut actus opinatiuus corrumpitur ab
actu ſcientie in primo inſtanti ſui eſſe ſic ꝙ actus
opinatiuus tunc non eſt.

¶ Ad nonum negatur antecedens Et ſimiliter
ad aliud licet calefiat non fit maior.

¶ Ad decimum dicit. S. T. et albertus ꝙ in
mathematicis non datur maximum neq̄ minimū
Ad aliud quidaꝫ diceret ꝙ albedo xp̄i ſi relinquat
ſue nature corrumpetur quia non eſt extenſa Sꝫ

contra non habet modum q̄titatiuum ergo nō eſt
corruptibilis Dico ergo ꝙ habet determinatā quā
titatem licet non ſit extenſa Ad aliud dicūt quidā
illa inſtantia nature nichil eſſe in re ſed ſolum in
intellectu Sed contra cauſa eſt prius natura effe
ctu ſecluſo intellectu dicendum vt ſupra. Ad aliḋ
dr̄ ꝙ nō ſunt indiuiſibilia mathematice.i. puncta.
¶ Ad 11^{m}.dicit quidam ꝙ delectatio poteſt tantū
augeri ꝙ generabit faſtidiū ꝛ ſic nō neceſſitabit vo
lūtatē Sed hoc nichil eſt quia fiet argumentum
de triſticia Dicunt alij ꝙ voluntas eſt infinite vir-
tutis extrinſece ſed non itrinſece quia a nullo ex-
trinſeco poteſt vinci et ſi dicatur difficiliꝰ eſt vince
re vnam teptationem q̄ȝ aliam ergo tādem poteſt
ſuperari Dicendum ꝙ verum eſt ſi deus permitte-
ret vnde gregorius in 1^{o}.diſ.prima concedit ꝙ po-
ſitus in igne neceſſario triſtatur ſed dicunt alij ꝙ
talis triſticia homini non imputatur ſicut dicūt de
actibus ſtultorum Alij dicūt ſtultos nullos habe-
re actus voluntatis Poſſet dici licet voluntas pro
ter temptationem ſi nō iuuaretur a deo poſſet ali
quando nullum actum habere non tamen neceſſi-
tari poteſt.ad habendum hunc actum vel illum ad
aliud dicit.S.T.1^{a}.parte ꝙ bonum nature eſt fi-
nituȝ nec pōt auferri qꝛ nō diminuitur ꝑ ablationē
ſed quia ꝑ malū hō magis elōgatur a ſuo fine ideo
eſt minus abilis ad ipſum.
¶ Ad 12^{m}.diceretur ꝙ voluntas neceſſitatur ex
ſuppoſitione Ad aliud poteſt dici ꝙ non datur mi
nimum ſecūdum intēſionem quādo illud vnitur al
teri ſecundū extenſionē vel ꝙ lumē ſemper termi
natur ad certū gradum ꝛ vltra illum nō poteſt pro
duci minus quia non poſſet ſubſiſtere Ad aliḋ po
teſt dici ꝙ viſio habet vltimum ſui eſſe vt alias di-
cetur Ad aliud dicatur vt ſupra. ¶ Sed hic ē du-
biū qꝛ bene ſequitur iſte aer poteſt durare ꝑ certū
tempus ergo q̄libet pars ſeparata poteſt durare
per aliquot tempus licet minus probatur cōſequē
tia quia nulla pars eſt in infinitū minoris virtutis
q̄ȝ totum. Item producat deus medietatem mini-
mi in vacuo et queritur a quo corrumpetur cum ni-
chil ibi ſit ſi a nullo ergo non deſinit eſſe ſed per ſe
ſtat. Item tertio ex quo paſſu.S.T.habetur ꝙ da
tur minimū. Ad primū dr̄ ꝙ ps nō corrūpit ꝑpt̄ de
fectum reſiſtētie ſed q̄titatis.rōne cuiꝰ nō eſt a to
to ſeparabilis. Ad aliud dr̄ ꝙ corrūpit non ab ali-
quo poſitiue ſcȝ priuatiue propt̄ defectuȝ q̄titatis
Ad aliud dicit.S.T.in.2.d.14.ar.1.4^{m}.ꝙ in qua
libet ſpecie oportet eſſe terminū quendaȝ rarefa-
ctionis vltra quē ſpecies non ſaluatur vnde vlti-
ma raritas ad quam non poteſt perueniri eſt ſecū-
dum ꝙ materia ſtat ſub forma ignis vt dicit cōmē.
4.phiſicorum vnde aqua poſſet tantum rarefieri
ꝙ iaȝ nō eſſet aqua et d.30.q.2.ar.2. Dicit de mini-
ma aqua ꝙ ſi diuidatur non erit vlterius aqua ꝛ in
3^{o}.d.3.q.5.ar.2.3^{m} dicit ꝙ minimum quātitatis ho
minum in primo inſtanti figurationis ꝛ aiationis
parum excedit q̄titatem formice vnde dicit ꝙ mi-
nimum quantitatis in vno indiuiduo eſt in primo
inſtanti ſue animationis hoc probat per philoſo-
phum in.q.de animalibus quia.40.die inuēta eſt
mulier patiens aborſum ꝛ corpus prolis habebat
omnia membra diſtincta et erat ſicut magna formi
ca. Quidam dicunt chriſtū fuiſſe minimū hominē.
Deinde S.T.videtur ponere minimā immutatio
nem ad videnduȝ quia dicit in.4.d.44.q 2.ar.1.q
4.ad 6^{m}.ꝙ viſus corporis glorioſi ex minima im-
mutatiōe poterit videri. Itē videtur ponere mini
mam charitatem Dicit eñ in.3.d.31.q.1.ar.3.ꝙ cha
ritas minia poteſt reſiſtere cuilibet temptationi.
Si quis velit exponere alit̄ has auctoritates po-
terit tenere oppoſitum quarte concluſionis et ſic
non omniū natura conſtantium erit certus termi-
nus decrementi. Ad argumentum capitale dicet̄
in ſecundo de anima.

¶ Sequitur in textu. Omnes igitur cōtraria.
¶ Circa hunc textum queruntur quinq̄ȝ. Primo
an principia rerum naturalium ſint contraria. Se
cundo an ſint tantū tria principia rerum natura-
lium. Tertio an materia appetat formam. Quar-
to an forma ſubſtantialis ante generationē rei ſit
in materia ſecundū eſſe formale formabile. Qui-
to an ex nihilo aliq̄d facere ſeu creare ſit poſſibile

AD primum ſic proceditur videtur ꝙ pri-
cipia rerum naturalium non ſint cōtra
ria quia ſubſtantie nichil eſt contrariuȝ
ſed potius qualitati. Qualitas autem
non eſt principium rei naturalis igitur
Sed contra eſt philoſophus. ¶ Reſpondeo dicē-
cendum ꝙ ſuperius philoſophus reprobauit opi-
nionē anaxagore qui dicebat ꝙ quodlibȝ poterat
ſegregari a quolibet T.c.3ꝰ. Hoc autem eſt falſuȝ
quia accidens nō poteſt ſeparari a ſubiecto qꝛ ſem
per dicuntur de ſubiecto. Item dicebat omnia pri-
cipia fuiſſe cōmixta ſed per intellectum inceperūt
ſegregari. Contra inquit philoſophus quicūq̄ȝ in
tellectus querit facere quod eſt impoſſibile fieri ē
indecens intellectꝰ ſȝ ſcḋm anaxagorā ipoſſibile ē
oia eē ſegregata gᵒ idecēs ē itellectꝰ intēdēs reꝝ
ſegregationē. Et ſi queratur vñ cognoſcetur ꝙ ali
quid ſit accidens. Dicendum per vnam propoſitio-
nem philoſophi quod vni eſt ſubſtantia nulli eſt ac
cidens vt ſupra dixit philoſophus. Quia ergo vi-
demus lumen eſſe accidēs in iſtis inferioribꝰ etiā
concludimus ꝙ lumen quod eſt in ſole etiā eſt acci
dens. ¶ Notandum preterea ꝙ quedam ſunt
accidenſia ſeparabilia vt tangit philoſophus.T.
c.28. Alia ſunt inſeparabilia et per ſe et hoc eſt ac
cidens in cuius diffinitione ponitur ſubiectum cui
accidit ſicut ſimum eſt per ſe accidens naſi quia in
diffinitione ſimi ponitur naſus Eſt eñ ſimū naſus
curuus. ¶ Notandum preterea ꝙ anaxagoras ex
hoc ꝙ videbat ꝙ aliquid fit magnum ex congrega
tione multarum partium ſimilium paruarum ſicut
torrens ex multis guttis credidit ita eſſe in omni-
bus quod eſt falſum. Quedam eñ ex ſimilibus ge-
nerantur et in ſimilia reſoluuntur ſicut lutum diui
ditur in luta. In q̄buſdā aūt nō eſt ſic ſed gñant̄ ex
diſſimilibꝰ ſicut lateres nō fiunt ex lateribꝰ ſȝ ex lu
to. Nec domus fit ex domibus ſed ex lateribus vñ

contra anoxogoꝛam ponitur iſta concluſio. Non quodlibet eſt in quolibet nec quodlibet fit ex quolibet per ſe quia album non fit ex muſico per ſe.

¶ Notandum preterea ꝙ ſecundum philoſophū T.1.c.4. melius dixit de principijs naturalū empedocles ꝙ̄ anaxagoras quia empedocles poſuit pͥcipia finita ex hoc cōmunis habetur auctoꝛitas ꝙ ſine neceſſitate non eſt ponenda pluralitas. Pꝛo quo ſciendum ꝙ quidam philoſophi ponebāt tantum vnum pꝛincipium et ex eo alia pꝛincipiabantur et fiebant ſecundum raritatem et denſitatem vt qui ponebant aerem pꝛincipium dicebant ꝙ ex eo rarefacto generatur ignis. Ex eo autē cōdenſato generatur aqua. Unde denſum eſt qđ multum habet de materia ſub parua quantitate. Rarū autem quod parum habet de materia ſub magna quantitate et iſti quodāmodo concoꝛdabant cum platone qui ponebat magnum et paruum pꝛincipia ſed in hoc differebāt quia plato poſuit magnū et paruum ex parte materie quia ponebat vnū pꝛicipium foꝛmale quod eſt quedam ydea participata a diuerſis ſecundum diuerſitatem materie. Antiqui vero naturales ponebant contrarietateꝫ ex parte foꝛme qui ponebant pꝛimum pꝛincipium vnā materiam ex qua multa constituuntur ſecundum diuerſas foꝛmas Anaximander ponebat ꝙ illud vnum ex quo alia fiebant ⁊ extrahebant vnū pꝛincipium et in eo erant omnia commixta empedocles vero et anaxagoꝛas ponebāt illa que in eo permiſcebātur eſſe pꝛincipia et ideo ponebat multa pꝛincipia Anaxagoꝛas infinita empedocles vero non ponebat niſi quattuoꝛ que cōmuniter dicūtur elementa ſcilicet ignem aerem aquam et terrā Item anaxagoꝛas dicebat mundum tantuꝫ ſemel eſſe factum per ſegregationem Empedocles vero ponebat mundum ſepe eſſe factum. Item dicebat ꝙ in mixto ſunt multoꝛum germanoꝛum capita ſine ceruice ſed poſtea per amicitiam facientem cōuentre germana fiunt et homogenea et vniuntur ceruices alijs partibus coꝛpoꝛis.

¶ Notandum preterea ſicut dicit philoſophꝰ hic multi philoſophoꝛū ſecuti ſunt veritatem in aliq̄bus non quaſi ab aliqua ratione moti ſed ſicut ab ipſa veritate coacti vnde dicit philoſophus pꝛimo metha. Et S. T. lec. 6. ꝙ erant ſicut inerudit in bello qui circumducti ſepe bonas plagas faciunt. Item dicit ꝙ balbuciens erat eoꝛum philoſophia vnde recte dixerunt omnes antiqui philoſophi ponentes contrarietatem in pꝛincipijs vnde permenides licet diceret eſſe vnum ſecundum rationem tamen poſuit plura pꝛincipia ſecundum ſenſū ſcꝫ calidum et frigidum Et attribuebat calidum igni frigidum vero terre. Aliqui autē ponebant vnum pꝛincipium cum quadam contrarietate que eſt inter rarum et denſum. Si dicas ex quo rarum ⁊ denſum erant pꝛincipia quomō ergo poſuerunt tantū vnum pꝛincipium Dicendū ꝙ dicuntur poſuiſſe tātum vnū pꝛincipium materiale. Democritus ponebat omnia fieri ex indiuiſibilibus coꝛpoꝛibus que in ſuo contactu relinquebant quaſdam vacuitates quas vocabat poꝛos et ſic ponebat coꝛpoꝛa componi ex pleno et vacuo que ſunt pꝛincipia nature. Et ſi queratur ex quo iſta indiuiſibilia ſunt eiuſdē nature. An omnia compoſita ſunt eiuſdem ſpeciei dicunt ꝙ non ſed diuerſificantur ſecundū diuerſitatem figure ſicut dictio ex oꝛdine litterarum vt ſum et muſ. poſitionis et oꝛdinis vnde ponebant pꝛincipia eſſe contraria que ſunt in genere poſitionis ſcꝫ ſurſum et deoꝛſum ante et retro.

¶ Notandum preterea ꝙ ad oſtendendum pꝛima pꝛincipia eſſe contraria ſupponitur ꝙ tria videntur eſſe de ratione pꝛincipioꝛum. Pꝛimum ꝙ non ſint ex alijs ſcđm ꝙ nō ſint ex alterutris. tertiuꝫ ꝙ omnia alia ſint ex eis. Sed hec tria cōueniunt pꝛimis contrarijs ergo pꝛincipia ſunt pꝛima contraria. Ad intelligendum autem quid vocet pꝛīa pꝛincipia contraria conſiderandum ꝙ quedaꝫ cōtraria ſunt que ex alijs cōtrarijs cauſantur ſicut dulce et amarum cauſantur ex humido et ſicco calido ⁊ frigido. Et quia non eſt pꝛocedere in infinitum ideo deueniendum eſt ad contraria que non cauſantur ex alijs Et hec vocantur pꝛima cōtraria Hijs igitur tres conditiones pꝛincipioꝛum conueniunt qꝛ enim ſunt pꝛima ideo non ſunt ex alijs qꝛ vero ſūt contraria ideo nō fiunt ex alterutris ꝗuis em̄ frigidum fiat ex calido in ꝗtum id quod pꝛius erat calidum fit frigidum tamen ipſa frigiditas non fit caliditas Tertium vero ſcilicet qualiter omnia fiant ex contrarijs oſtenditur pꝛemittenda ꝙ nec actio nec paſſio poteſt accidere inter ea que contingunt ſimul eſſe vel inter quecunꝙ indeterminata vt album non fit ex muſico niſi ſecundum accidens foꝛte in ꝗtum muſico accidit nigrum vnde album fit per ſe ex non albo quod eſt nigrum vel medio coloꝛe coloꝛatum et muſicus fit ex immuſico i. quod eſt natum habere muſicam et non habet Similiter album non coꝛrumpitur in muſicum vt qui deſinit eſſe albus non ſtatim fit bonus cātoꝛ quod enim fit et coꝛrumpitur non eſt anteꝙ̄ fiat nec eſt poſtꝙ̄ coꝛrumpitur vnde quod per ſe fit ex alio opꝫ ꝙ in ſua ratione includat non eſſe alterius ſiue in compoſitis ſiue in ſimplicibus ſed magis latet in compoſitis quia oppoſita compoſitoꝛum non ſunt nominata Oppoſitum enim domus non eſt nominatum Compoſita autem fiunt ex īcompoſitis Ex quo patet ꝙ omnia fiunt aliquo modo ex contrarijs vel medijs media autem fiūt ex contrarijs ſicut coloꝛes medij ex albo et nigro.

¶ Notandum preterea ꝙ in aſſignādo pꝛincipia contraria philoſophi differebant quidam enim accipiebant pꝛioꝛa contraria alij autem accipiebant poſterioꝛa. Item quidam capiebant pꝛioꝛa ſecundum naturam quidam vero ſecundum ſenſum vt humidum et ſiccum calidum et frigidum ſūt notioꝛa ſecundum ſenſum calidum tamen et frigidū qꝛ ſūt q̄litaˢ actiue ſūt pꝛioꝛa humido ⁊ ſicco qꝛ actiuū nāliter eſt pꝛius paſſiuo Pitagoꝛici poſuerunt numerum parem et imparem eſſe pꝛincipium et iſta ſunt notioꝛa ſecundum rationē.

¶ Notanduꝫ preterea ꝙ vniuerſalia ſunt noticio

ra ſecundum rõnem vt magnum et paruũ ſingularia vero ſcd̃m ſenſum vt raruʒ et denſum que ſunt minus communia. Item ſemper vnum contrariorum ſe habet vt melius et aliud vt peius quia ſemper alteruʒ habet priuationẽ ſui oppoſiti ad mixtã Principium enim contrarietatis eſt oppoſitio priuationis et habitus vt dicitur in.10.metha.

¶ Notandum preterea ſecundũ. S.T.ſuper.T.c.57.ꝙ omnia contraria que ſunt in genere ſubſtãtie non differunt genere ſed ſe habent ſicut prius et poſterius quia in vno genere eſt tantum vna cõtrarietas ſcʒ prima eo ꝙ omnes alie contrarietates reducuntur ad vnam primam. Item ſi accipiatur ipm̃ quod eſt ſubſtantia nichil eſt ei cõtrarium Si vero accipiantur formales differentie in genere ſubſtantie contrarietas in eis inuenitur Si aũt queratur que ſunt illa principia que nos dicimꝰ eẽ contraria Dicendum ſecundũ aliquos ꝙ ſunt forma ſubſtantialis et priuatio Tertiũ autẽ eſt principium ſcʒ materia et hoc aliȷs nõ contrariatur qꝛ contraria non poſſunt eſſe ſimul Materia autẽ poteſt eſſe cum aliqua priuatione et cum aliq̃ forma.

¶ Ex hiȷs patent tres concluſiones quarum vna poſita eſt contra anaxagoram. Secunda ꝙ non qꝺlibet fit ex ſibi ſimilibus Tertia ꝙ principia reruʒ naturalium ſunt contraria.

¶ Cõtra hec arguitur principia rerum naturaliũ ſunt priuatiue oppoſita ergo non contrariãtur antecedens patet quia vnuʒ vocatur priuatio ⁊ aliud forma. Item ſubſtantie nichil eſt contrariuʒ ſʒ forma ſubſtantialis eſt ſubſtantia igitur. Item cõtraria ſunt forme poſitiue ſed priuatio non eſt huiuſmodi ergo nulli contrariatur.

¶ Secundo cõtraria ſunt forme actiue ſed priuatio non eſt actiua igitur Itẽ que eſt illa priuatio q̃ contrariatur forme ſortis ſi ſit priuatio alterıꝰ forme ergo contraria ſunt ſimul. ſi ſit priuatio forme ſortis.contra illa nõ eſt principium ſortis ergo principia ſortis non ſunt contraria. Itẽ celum eſt res naturalis et tamen ſua principia non ſunt contraria alias eſſet corruptibile Dicendum ꝙ celum eſt naturale.i.mobile ſed non ad formã ſubſtanſialẽ

¶ Tertio cõtraria ſunt ſub eodẽ genere ergo nõ ſunt prima principia quia genus eſt principiũ oim̃ que ſub eo continentur. Itẽ caliditas ⁊ frigiditas ſunt prima cõtraria ergo prima principia de genere ſubſtantie non ſunt prima contraria vt dictũ eſt Si forte aliquis velit ſequi auicennã et auerroim in ſolutione queſtionis dicentes ꝙ contraria ſumũtur dupliciter ſcʒ large et ſtricte. Stricte em̃ ſumpta contraria ſunt qualitates prime vel cauſate ex primis. Large aũt ſumpta contraria ſunt continẽtia ſub ſe priuationẽ et habitum et ita intelligitur ꝙ principia ſunt contraria qꝛ ſunt oppoſita vt priuatio et habitus. Sed contra quia vbi ariſtoteles probat duo eſſe contraria principia ratione vtitur ad hoc ꝙ ad agendum ſufficiunt duo ergo ſecundũ Ariſtotelem principia ſunt agentia Priuatio autem et habitus nichil agunt. Priuatio enim nihil agit ergo hec diſtinctio nulla eſt. Item qꝛ priuatio non diceretur principium quia ipſa nichil eſt licet enim relinquat ſubiectum proprium tamen nichil ponit ſicut cecitas non plus ponit de viſu in oculo q̃ʒ in lapide licet in oculo relinquat ſubiectum viſus proprium. Omne autem principium videtur eſſe tale ꝙ ex ipſo cauſatur aliquid quod principiatur ab ipſo. Item ſi cõſequẽtia oppoſitorũ debeãt reduci non reducentur in contraria ſed potius in affirmationem et negationẽ priuationem et habitum quare ergo philoſophus potius nominat principia contraria q̃ʒ priuatiue oppoſita quod melius intelexiſſemus.

¶ Quarto ſi pͥcipia ſint oppoſita ſequiẗ ꝙ nõ potuerunt eſſe ſimul in materia quando ergo vnũ eſt in materia alterum erit extra materiam quod ſi verum eſt ſequitur ꝙ non trãſmutet nec materia trãſmutetur ſecundum ipſum. Item ad generationem rei ſufficit ꝙ alterum ſit actiuum et alterum paſſiuum. Hec autem ſunt materia et forma que nullo genere oppoſitionis ſunt oppoſita. Item vna proprietas principiorum eſt ꝙ ipſa non ſint ex alterutri ſed vtrumqʒ contrariorum fit ex altero ergo principia non ſunt contraria minor patet quia albũ fit per ſe ex non albo quod eſt nigrum.

¶ Quinto arguitur ꝙ rarũ et denſum non ſint cõtraria qua idem videtur eſſe rarum et denſũ reſpectu diuerſorum vt aqua reſpectu terre et reſpectu aeris. Item poteſt argui ꝙ plenũ et vacuũ nõ contrariantur quia vacuum non eſt ergo nulli contrariatur Item priuatiue opponuntur.

¶ Sexto deus et celum ſunt principia rerum ⁊ tamen non contrariantur Item arguitur contra conditiones primorum principiorum per idem vel aliter Contra ſecundam quia elementa ſunt principia mixtorum et tamen fiũt ex aliȷs ſcilicet ex materia ⁊ forã corꝝ ⁊ materia fit ex ſuis partibꝰ ⁊ theologi dicunt ꝙ monas gignit monadẽ.i.filiꝰ eſt a patre tamen eſt principium. S.T. de po.q.10.ar.4.ad 16m. Item arguitur ꝙ res naturalis non fit ex materia et forma qꝛ non fit ex hiȷs effectiue qꝛ materia nichil agit nec ſubiectiue quia forma non eſt ſubiectum compoſiti igitur. Item poſſet argui ꝙ album non ſemper ſit ex nigro vel medio colore colorato quia mixtum album aliquando fit ex elemẽto quod nullum habet colorem.

¶ Septimo arguitur ꝙ prima principia ſupponunt alia et tamen aliud ſupponit ſcilicet materiam. Item forma ſimiliter preſupponit materiã et per eam indiuiduatur.

¶ Octauo arguunt quidam nominales ꝙ in principiȷs non ſit contrarietas quia materia et forma non contrariantur et priuatio ſolum diſtinguitur ratione a materia ergo priuatio et forma non contrariantur Item generationis principia ſunt materia ⁊ forma nec alia ſunt principia intrinſeca ergo in principiȷs intrinſecis et per ſe non eſt contrarietas Item arguitur ꝙ accidens poteſt eſſe ſine ſubiecto quia ſecundum porphiriũ aliquod eſt accidens ſeparabile. Item ſupra dictum eſt ꝙ album et muſicum ſunt idem ſubiecto ſed muſica poteſt eſſe ſubiecto albi quia muſica poteſt remanere in anima corrupto toto compoſito.

Item arguitur ꝙ accidens inſeparabile nō debet diffiniri per ſuum ſubiectum quia in diffinitiōe nigredinis non ponitur coruus et tamen eſt accidēs inſeperabile reſpectu corui igitur.

¶ Nono arguit̄ ꝙ nō opʒ ꝙ intellectus ſit vanus ſi nunq̄ʒ quodlibʒ ſit ſegregatū a quolibet quia primus motor non eſt vanus et vilis lʒ nunq̄ʒ ceſſabit a motu et dictum eſt ꝙ deus vnā formam poſſet in infinitum augere.

¶ Ad primū dicendū ꝙ nō ſoluʒ eſt ibi priuatiua oppoſitio pro quāto em̄ due forme ſunt incōpoſſibiles et opʒ vnā expelli priuſq̄ʒ alia introducatur. Ideo dico ꝙ priuatio rōne forme expellende vel etiā forma expellenda hʒ aliquā contrarietatē ad formam introducendā. ſimiliter p̄t dici ꝙ materia vt eſt ſub priuatiōe vnius forme quodāmodo contrariatur illi forme vel dicat̄ ſicut ad tertiū. Ad aliud dicitur ſcdm alexandrū et auerroim ꝙ veruʒ eſt in compoſitis non aūt in ſimplicibus Scdo dicitur ꝙ in ſubſtantijs reperitur cōtrarietas ſcdm ꝙ differentie dicunt̄ cōtrarie et nō ſolū priuatiue oppoſite. vnde contrarietas capitur dupliciter Uno mō pro repugnātia duarū formarū eiuſdē generis ſibi inuicē ſuccedentiū in eodem ſubiecto et illa eſt duplex Quedā em̄ eſt inter extrema. Alia vero ē mediorū et extremorū. Alia eſt contrarietas .i. repugnantia duarū formarū que lʒ non reperiantur in eodē ſuppoſito tamen fiunt circa idē genus.

¶ Ad ſcdm dicit albertus ꝙ cōtraria repta in qualitatibus ſunt actiua. forme autē ſubāles ſolū hn̄t modum contrariorū pro quāto ſunt incōpoſſibiles Scdo dicit̄ ꝙ forma ſubſtātialis eſt actiua nec qualitas agit niſi vt inſtrumentū eius Ad aliud dicet̄ in ſequentibus.

¶ Ad tertiuʒ dicitur ꝙ principia non habent aliquod particulare principiū quo realiter conſtituātur Ad replicas ꝯtra illā ſolutionē ſi quis eam velit tenere Reſpondet albertus magnus ꝙ priuatio licet nichil ſit tamen per hoc ꝙ reliquit aptitudinem formalē aliquid eſt et ſic principiat motuʒ rei mobilis. Ad aliud dicitur ꝙ principia potiꝰ vocantur contraria quia ab antiquis ſic vocabant̄ vel propter rationem ſupra tactam.

¶ Ad quartū dicitur ꝙ priuatio eſt in materia ſecundū aptitudinem ſuaʒ. Ad aliud negatur de primis contrarijs ꝙ ſint ex alterutris vel aliter dicitur ꝙ contraria poſſunt dupliciter cōſiderari vno modo q̄ʒtum ad formas. Et ſic vnum non fit ex alio .i. non mutatur in aliud. Alio modo conſiderantur q̄ʒtum ad ſubiecta et ſic vnum fit ex alio vt tangit S. T. hic lec. 11. Sed contra. Tunc contrariuʒ nō fieret ex contrario niſi per accidens ſcʒ rōne ſubiecti tamen philoſophus dicit ꝙ album per ſe fit nō ex quocunq̄ʒ ſed ex non albo quod eſt nigrum.

Item hoc modo poſſet dici ꝙ albū fit ex muſico ſcʒ ratione ſubiecti. Dicendum ſecundum albertū ca. 10. Trac. 3. per ſe dicitur dupliciter ſcʒ vt opponitur ad per accidens. Alio modo vt opponitur ad id quod eſt propter aliud. Tunc dicitur ꝙ vnum contrarium non fit ex alio per ſe primo modo. Sed ſecundo modo pro quanto terminus a quo eſt ſubiectum vt eſt ſub forma contraria et non ſub alia Ratio primi eſt quia vnum contrariorum non eſt pars alterius et ideo non eſt principium eius per ſe.

¶ Ad 5^{m} dicendū 1^{o}. ꝙ hoc dictum eſt ſcdm opiniones antiquorū vel non inconuenit contraria reſpectiua dici de eodē ſicut idē eſt intenſū et remiſſū reſpectu diuerſorū vel dicat̄ de raro et denſo ſicut de magno et paruo dictum eſt in logica.

¶ Ad 6^{m}. dicitur ꝙ deus non eſt principiū intrinſecū de quo hic loquimur elemēta etiā non ſūt principia prima Et res naturalis ſit ex materia et forma conſtitutiue Ad aliud dr̄ ꝙ nichil fit ſubito albū ex elemēto ſʒ trāſit p aliquē mediū colorem.

¶ Ad 7^{m}. dicitur ꝙ principiū primū nichil ſupponit ex quo conſtituatur tāq̄ʒ ſit pars eius.

¶ Ad 8^{m} patebit articulo ſequenti Ad aliud dicit̄ ꝙ apud porphiriū accn̄s dicitur ſeparari .i. corrūpi nec eſt intelligendū ꝙ albū et muſicum ſint idē ſubiecto quaſi muſica ſit in toto compoſito Ad aliud dico ꝙ nigredo non accidens ꝓpriū ſicut riſibile qd̄ debet diffiniri per ſubiectum.

¶ Ad 9^{m}. dicitur ꝙ intendens complere actionē ſuā ſi hoc non poteſt vanus eſt ſed ſecundū ariſto. motor celi non intendit ꝓ determinato tp̄e finire ſuum motum.

AD 2^{m}. videtur ꝙ nō ſint tantū tria principia rerū naturaliū q2 diuerſarū reruʒ diuerſe ſūt forme ⁊ quelibet forma eſt principiū igitur Sed contra eſt ph̄us r ſ. t. opuſ. 31. qd̄ dr̄ de pricipijs nature.

¶ Rn̄deo dicendū ſecūdum. S. T. lec. 2. Et. T. c. 5^{o}. hic ph̄us incipit inquirere numerū principiorū et nō loquimur hic de principio ſecundū ꝙ cā efficiēs vel finalis poſſet dici principium vnde eſt prima concluſio. ¶ Impoſſibile eſt ꝙ ſit tantum vnū principiū quin principia debent eſſe contraria et ſic explosa et ſētētia permenidis et melliſſe et omniū aliorum qui tātum ponebant vnum principiuʒ negātes oēm formam ſubſtantialē Melliſſus, aūt negabat oēm formam accidētalem Alij auteʒ eas cōcedebāt vnde quidā dicit ꝙ permenides et melliſſus non negabant quin eſſent plura numero q2 ſi ſic nullam famam habuiſſent. Et fatuum fuiſſet Ariſtotelem eos improbare quia vt dicitur. 8. phiſicorum. Talia velle improbare prouenit ex debilitate intellectus ſed negabant omnem mulititudinem rationis .i. diſtinctionem ſpecificā inter diuerſas res ſiue inter ſubſtantiam et accidens. Et quidam nominales multum videntur accedere ad hanc opinionem Albertus dicit Tract. 2. ca. 10. ꝙ pater alexander et dauid de diuinato etiam dixerunt formas et accidentia eſſe tantum inſentire ⁊ apparere et ꝙ homo et aſinus ſunt vnum Rectius autem dixerunt alij coincidentes formas accidentales. Male tamen negauerunt formas ſubſtantiales ſequeretur enim ꝙ caliditas ita bene conſeruaretur in aqua ſicut in igne q2 ſi in aqua ſit tantum materia nichil eſt ibi repugnans caliditati.

Item tunc homo nunq̄ʒ eſſet infirmus nec moreretur q2 nulla diſpoſitio eſt diſcōueniēs materie tm̄

anaxagoras aliquo modo poſuit formas ſubſtan-
les et ꝙ latitabant iſti autē errauerunt quia non
poſuerunt cauſam efficientem a quo res tranſmu-
taretur nichil enim tranſmutat ſe de hoc. S. T.
primo metha. lec. 5. ¶ Secunda concluſio princi-
pia rei naturalis non ſunt infinita probatur Pri-
mo ſequeretur quia ꝙ res naturalis eſſet ignota
quia non poteſt cognoſci niſi cognitis principijs
et partibus 2° principia ſunt 1ª contraria. Prima
autem cōtraria ſunt primi gñis quod eſt ſubā que
1° diuiditur per duas drās contrarias vnde non re
cte dicunt dicentes differentias tantū eē oppoſi-
tas priuatiue quia viderunt ꝙ eas noiamus quo-
dāmodo per nomina priuatiua dicendo inſenſibi-
le et irrationale Si eñ irrationale eēt tantuꝫ pri-
uatio tunc non intrinſece cōſtitueret aliquod poſi
tiuū. Item differentia ſcđm rem idem eſt cū ſpecie
ergo non eſt priuatio licꝫ vna quodāmodo inferat
negationē alterius. Tertia ratio quod poteſt fieri
per finita magis eſt ponendū ſed ratio oīm que fi-
unt ſecundum naturam aſſignatur ſcđm empedo-
clem per prīcipia finita ſcꝫ per quattuor elemēta
et p amorē et litē vñ dicit. S. T. 1. meth. vbi ſupra
ꝙ cōicatio bonitatis prouenit ex amore immorta-
liuꝫ a quo iſta corruptibilia habent eſſe ſicut a deo
vnde et etiam ipſe permenides cum vniuerſi ge-
nerationē monſtrare temptaret dixit ꝙ amor deo-
rum prouidet oībus per litem aūt dicebat mala fie
ri videmus enim ꝙ concordia parue res creſcūt li
te autem maxime dilabuntur. 4°. Principia ſūt cō
traria ſi ergo principia ſunt infinita oportet oīa
contraria principia 1ª quod eſt falſum quia quedā
ſunt poſteriora et ex alterutris.

¶ Notandum preterea ꝙ quia cōtrarietas eſt in-
ter duo extrema et principia ſūt cōtraria ideo vide
tur ꝙ ſunt tantū duo principia Sed dicendū ꝙ il-
la duo cōtraria non ſufficiūt quia ex quo vnū nō fit
reliquū oportet preter iſta ponere ſubiectū vtriuſ-
ꝙ. Itē contrarietas videtur eſſe in qualitatibꝰ q̄
ꝓſupponūt ſubiectū de quo dicūtur ergo ſole qua
litates cōtrarie nō poſſunt dici prima principia ſꝫ
oportet ponere tertium. ¶ Eſt ergo 3ª. cōcluſio ꝙ
tria ſunt principia rerū naturalium ſcilicet priua-
tio et forma et quoddā 3m. ſcilꝫ materia quod ſubſit
iſtis contrarijs Ex quo pꝫ ꝙ nō oīa principia ſūt
cōtraria quia materia nō contrariatur forme quia
vnū cōtrariū nō ꝑficit ab alio ſed materia perficit
per formā. Qꝫ autē non ſint plura principia q̄ȝ 3ª.
patet quia hoc eſſet ſuper filiū tota eñ generatio
poteſt cōpleri ponēdo vnū principiū materiale et
duo formalia Itē ſi plura ſint principia q̄ȝ tria o-
portet eſſe plures primas contrarietates ſed hoc
eſt impoſſibile quia prima contrarietas videtur eē
primi generis quod eſt vnū ſcilicet ſubſtantia que
diuiditur tantum per duas differentias cōtrarias

¶ Notandum preterea ꝙ cum in quolibet fie-
ri aliud dicatur fieri ex alio q̄ȝtum ad fieri ſecun-
dum eſſe ſubſtantiale vel alterum ex altero q̄ȝ-
tum ad fieri ſecundū eſſe accidentale propter hoc
ꝙ oīs mutatio habet duos terminos dupliciter cō
tingit hoc dicere eo ꝙ termini alicuius factionis
vel mutationis poſſunt accipi vt ſimplices vel cō-
poſiti Exēplū primi vt homo fit muſicus vel nō mu
ſicū fit muſicū Exemplū ſecundi vt nō muſicus ho
mo fit muſicus homo quia ex parte vtriuſꝙ extre-
mi eſt ibi compoſitio et hic vtimur duplici modo lo-
quendi Dicimus enim ꝙ nō muſicus fit muſicus et
ex nō muſico fit muſicus Sed nō ſic eſt in omnibus
Nō enim dicimus ꝙ ex homine fit muſicū ſꝫ ꝙ ho-
mo fit muſicus. Itē ꝙ in omni factiōe ſit ſubiectuꝫ
aliquod probat inductiue vt quando frigidum fit
calidum ibi eſt ſubiectum et forma que acquiritur
et ſuum oppoſitum. ¶ Notandum preterea
ꝙ doctor ſubtilis in. 1. d. 8. concedit aliquam crea-
turā eſſe ſimplicem hoc eſt nou compoſitam ex re-
bus Tamen omnis creatura eſt aliquo modo com
poſita et componibilis quia habet entitatem cum
priuatione alicuius gradus entitatis ſiue perfe-
ctionis alterius creature. Et ideo componitur ex
re poſitiua et priuatione ⁊ ad iſtam etiam ſequitur
compoſitio actus et potentie obiectiue. Sed con-
tra ſic omnis creatura eſſet compoſita ex infinitis
quia que libet creatura priuata eſt infinitis perfe-
ctionibus poſſibilibus ꝙ ſi concedas ſequitur ꝙ
nulla creatura poterit perfecte cognoſci. Iteꝫ nō
poſſet cognoſci vna creatura niſi cognoſcerentur
alie quia priuatio non cognoſcitur niſi per habitū.
Item creatura eſt quid poſitiuuꝫ ergo poteſt intel
ligi ſine priuatione. Iteꝫ vbi eſſet iſta priuatio nō
in eſſentia ſecundum iſtum ergo non eſt in rerū na
tura. Item quecunꝙ ſunt omnino idem non com
ponuntur ſed actus et potentia obiectiua ſunt hu
iuſmodi igitur quia nichil eſt in creatura quod non
ſit ſimpliciter poſſibile quia omnis creatura pōt a
deo fieri et produci.

¶ Contra hec arguitur primo res poteſt cognoſci
ſine ſuis principijs ergo dato ꝙ ſint infinita nō ſe
quitur ꝙ res ſit ignota antecedens patet ſecundū
ſophiſtas inquit albertus Res naturalis cogno-
ſcitur ab hijs qui deum ignorauerunt Forte dicis
ꝙ alij ipſum cognouerunt licet eſſꝫ infinitus. Cō-
tra tunc ſequitur etiam ꝙ licet principia ſint infi-
nita tamen poſſunt cognoſci. Item multi dicūt ꝙ
eſt dabile minimum tempus perceptibile a nobis
et minimum naturale. Iſta autem cognoſcūtur nō
cognoſcendo per ſe partes eorum. Item in quoli-
bet continuo ſunt infinite partes proportionales
et in linea infinita puncta que non cognoſcimus ⁊
tamen cognoſcimus totum Forte dicis ꝙ totū nō
dependet a cognitione ſuarum partium in poten-
tia ſed a cognitione ſuarum partium in actu par-
tes autem in actu ſunt finite vt neruus et os ſecū
dum. S. T. lec. 9. Contra quemadmodum totum
quantum habet eſſe ex ſuis partibꝰ in actu ita ha-
bet eſſe ex alijs partibus in potentia ergo oportꝫ
eas precognoſci. Item partes in actu ſunt quodā
modo nobis infinite multi enim ignorant quot ſūt
nerui vel oſſa in homine vel ſaltem in alijs anima
libus ignotis. Item anaxagoras non ponebat in
quolibet infinitas partes in actu qꝛ non dixit eas
ſeorſum et diuiſim ſubſiſtere ſed coniunctim et la-
tere. S. T. de potentia. q. 3. ar. 8. ad. 9m.

¶ Secundo medicina eſt perfecta ſcia ⁊ tamē nō conſiderat omnia principia rei ſcȝ materiā formaȝ et priuationem. Item perfecta ſcia habetur ꝑ veram demonſtrationem. ad verā autē demonſtrationem ſufficit diffinitio in qua non eſt neceſſe ponere omnia principia rei alias diffinitio cauſans perfectam ſciam eēt diffinitio data per additamentuȝ S. T. 7. metha. lec. 15 quia finis qui eſt cauſa non eſt de eēntia rei ſȝ aliquando eſt operatio q̄ eſt alterius predicamenti. Itē. S. T. lec. 1. dicit ꝙ methaphiſica ſolum demonſtrat per cām finalē ⁊ formalem et agentem et tamen eſt perfecta ſcientia.

¶ Tertio arguitur ꝙ dato ꝙ principia ſint infinita adhuc res cognoſceref quia ſecundū Capriolū angelus diſtincte ꝑtcognoſcere infinitas ptes proportionales. Forte dicis ꝙ nos non poſſum⁹. Contra quacunqȝ re cognita adhuc poſſum⁹ aliā cognoſcere ſpecies em̄ intelligibiles nō ſunt incōpoſſibiles in intellectu. Itē nos cognoſcimus totū tēpus cathegoreumatice et tamē totum tp̄s habȝ infinitas partes equales quia totum tēpus componitur ex infinitis diebus. Item ph̄us in tertio huius tradit ſciam de infinito ſed oē illud de quo habetur ſcientia euidenter cognoſcitur ergo infinitū euidenter cognoſcitur.

¶ Quarto quātitas eſt principium indiuidui ſiue indiuiduationis et tamē hic nō enumeratur. Iteȝ magiſter ſniarum in ſcđo reprobat ariſto. quia ponebat duo principia ſcilicet materiā et ſpeciem. i. formā et 3m opatoriū. i. effectiuū. Item quādo res fuit primo a deo producta tunc ad ei⁹ productionē non ꝯcurrebat alterius forme priuatio. Itē priuatio nō ē de cōſtitutione rei ergo nō eſt principium. Forte dicis ꝙ eſt principiū extrinſecū et per accidens nō aūt ꝑ ſe. Contra priuatio ſcđm ariſtotelē coincidit cū materia drn̄s tantū rōne. Itē priuatō nō precedit totū compoſitū qđ eſt ſubā qꝛ ſubā eſt 1m ens. Itē principia ſemper manēt ſcđm ariſtotelē in textu ſȝ forma nō ſꝑ manet ḡ nō eſt pricipiū.

¶ Quinto celū eſt res naturalis ꝑ. S. T. 12. metha. lec. 5. et tamē non eſt in eo priuatio. Item intelligentie non componuntur ex materia ⁊ forma et tn̄ ſūt entia naturalia ꝓbatur qꝛ mouentur ſaltē per accn̄s et hn̄t naturā. Itē pria pricipia ſunt prima cōtraria ſed dictū ē ꝙ due drē diuidētes ſubāȝ ſunt prima cōtraria ergo ille due drē ſunt pria pricipia. Itē oīs cauſa eſt pricipiū ſȝ res hȝ quattuor cās igif. Sed dices ꝙ hic loquimur ſolū de cauſis intrinſecis Cōtra priuatio nō eſt cauſa intrinſeca rei naturalis forte dicis ꝙ ē cā intriſeca trāſmutatiōis. Cōtra qꝛ oē intriſecū alteri eſt ps illi⁹ vel p̄dicaf eēntialiter de eo ſed ip̄a priuatio non p̄dicatur de trāſmutatōe neqȝ eſt ps trāſmutiōis qꝛ trāſmutatio eſt accn̄s qđ nō cōponif ex priuatiōe. Itē priuatio eſt vnū principiū ꝑ accn̄s ſed nullū ꝑ accidens eſt neceſſariū ergo ſecluſa priuatione adhuc res naturales poſſent fieri.

¶ Sexto principiata ſunt multo plura ꝙ̄ tria ergo ſunt multo plura principia ꝙ̄ tria. ten et conſequentia quia ſi vnum relatiuum multiplicef ſuuȝ oppoſitum multiplicabitur.

¶ Septimo arguitur ꝙ nō eſt aliquod ſubiectum trāſmutationis in generatione rei qꝛ maxime eēt materia ſed materia non poteſt eē ſubiectū alicui⁹ accidētis ꝙ accidētia ſūt ī toto compoſito ergo nō eſt ſubiectū trāſmutationis q̄ eſt accidens forte dicis ꝙ ſubiectum trāſmutationis forme accidentalis eſt totū compoſitū ſed ſubiectū trāſmutationis forme ſubſtātialis eſt ip̄a materia qꝛ in hoc differt forma ſubſtātialis et accidētalis qꝛ forma ſubſtantialis aduenit enti in actu forma autem ſubſtātialis aduenit enti in potentia. Sed contra hoc videtur ph̄us in textu qui ponit ꝙ omniū trāſmutationū eſt vnū ſbm̄ qđ eſt pncipiū rei ⁊ dr̄ materia. Itē falſū ꝙ ſēp ſubiectū trāſmutatiōis accidētalis ſit totū cōpoſitū vt pȝ qn̄ aīa trāſmutaf de vna opione ī aliā ¶ Octauo arḡ ꝙ poteſt eē trāſmutatio de vno contrario in aliud abſqȝ priuatione Qn̄ em̄ digit⁹ fortis corrūpitur ibi fit noua forma et tamē precedēs non corrūpif ergo non eſt ibi priuatio forme p̄cedētis idē patet quādo remiſſe calidū intēdif Similiter quando aliquid rareſit precedens quantitas non corrumpitur.

¶ Ad 1m. dicēdum ſecundū albertū ꝙ aliter deus glorioſus eſt infinitus et aliter infinitum ꝑ numerū vel per extēſionē deus enim dicitur infinit⁹ negatiue quia nullo poteſt menſurari nec intellectu poteſt capi ſed eſt inenarrabilis Alia aūt dicūtur infinita priuatiue. Ad aliud dicitur ꝙ quo ad nos aliquādo cognoſcitur totū nō cognoſcēdo diſtincte partes. Quidā tamē negāt eſſe minimum temp⁹ ꝑceptibile quia ſi percipiatur tēpus percipitur prius et poſteri⁹ que ſunt partes eius Ad aliud dicif ꝙ nō oportet omnes ptes proportionales cognoſcere Et cū dicitur vnūquodqȝ cognoſcitur ex illis ex quib⁹ eſt verū eſt de partibus eēntialib⁹ vel potētib⁹ ſeparari ab inuicē Nec opȝ diſtincte cognoſcere numerū talium ptium in actu Ad aliud dicif ꝙ ipſe ponebat infinitas partes carnis quas dicebat poſſe ſeorſum exiſtere.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ medicina eſt perfecta ſcientia non ſimpliciter ſed in ſuo genere. Quidā dicunt ꝙ non oportet quamlibet cauſam diſtincte cognoſcere ſed proximam Sed contra tunc ſecundum ariſtotelem procederetur in infinitum qꝛ non poſſem cognoſcere fortē niſi cognoſcerē patrē ei⁹ et patrem patris et ſic in infinitum. Hic poteſt dici ꝙ de filio poteſt haberi noticia ꝑfecta cognoſcēdo celum et alias cauſas vniuerſales. Ad aliud dicitur ꝙ diffinitio que facit perfectā ſcientiam non ſimpliciter ſed in genere non debet conſtitui ex oībus cauſis. Alij dicunt ꝙ diffinitio realis et naturalis bene eſt per additamentum vel dicitur ꝙ non omnis finis debet ſemper poni in diffinitione rei ſed finis qui eſt prima et ille non eſt alterius p̄dicamenti. Ad aliud dicitur ꝙ. S. T. dicit ꝑcipue.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ nos accipimus noticiam a rebus et ideo non poſſumus cognoſcere infinita cathegoreumatice vel numerando partem poſt ꝑtem et per modum infiniti Sed de hoc in ſecundo de anima.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ ꝙ̄titas nō eſt principiū

intrinſecũ tanq̄ ps rei nãlis. Ad aliud dr̄ ꝙ ariſt.
reprobatur qꝛ poſuit mũdi eternitatẽ vt dicit S. T.
in expoſitione. Ad aliud dicitur ꝙ loquimur de
fieri ipſius rei per naturã. Ad aliud dicitur ꝙ pri-
uatio nõ ē pĩcipiũ ꝑ ſe ſed eſt principium per acci
dens vt dicit phũs et S. T. lec. 13. inq̃ꝫtum accidit
ſubiecto quod eſt principiũ ſicut dicimus ꝙ muſicꝰ
eſt cauſa per accidẽs domus pro quãto accidit edi-
ficatorẽ eſſe muſicũ ſic etiam materia eſt cauſa per
ſe rei naturalis Et ipſi materie iungitur priuatio
Si queratur An priuatio ſit principiũ rei quo ad fi
eri vel quo ad eſſe Et an priuatio q̄ ē principiũ rei
ſit priuatio forme abiciẽde vel introducende dicit
S. T. Quando materia eſt ſub vna forma tunc eſt
ſub priuatiõe alterius forme. Et ideo principiũ ꝑ
accidens hominis muſici in fieri eſt nõ muſicũ quia
fieri dicit duo ſcilicet nunc eſſe et prius non fuiſſe
Et ſic priuatio forme introducẽde eſt principiũ ꝑ
accidẽs rei quo ad fieri ſed priuatio forme preteri
te eſt principium per accidens rei in eſſendo quia
accidit ipſi materie poſtq̄ꝫ forma eſt introducta ⁊ ſi
mul ſtat cum ea. Sic ergo duo ſũt principia per ſe
et aliud per accidens. Sed cõtra. S. T. de poten
tia. q. 3. arti. 1. dicit ꝙ ſi lyꝰ ex nominet cauſam non
fit aliquid ex oppoſito niſi per accidens ſcilicet ra
tione ſubiecti. Si vero nominet ordinem tunc
fit aliquid ex oppoſito etiam per ſe vnde priuatio
dicitur eſſe principium fiendi ſed non eſſendi Ex
quo videtur ꝙ priuatio ſit principium per ſe fiendi
et ita videtur eſſe intrinſecum reſpectu fieri quo
niam in intellectu eius quod ē fieri includitur priꝰ
non fuiſſe Sed dicendum per. S. T. opuſculo. 31.
c. 1. ꝙ duplex eſt principiũ vel cauſa per accidens
vnum eſt quo poſito vel non poſito nichilominus
fieret mutatio Et ſic diceremus grãmaticũ eſſe pri
cipium per accidens domus Aliud eſt principium
per accidens quia nichil influit tamen niſi ipſum
poneretur res non fieret et ſic priuatio poteſt dici
principium per accidens non autem primo modo.
Scientia vero cauſam per accidens ſecundo mo-
do conſiderat Qꝫ autem priuatio ſit principiũ rei
patet quia nichil fieret de nouo niſi poneretur pri
uatio alterius forme Dicitur autem eſſe idẽ nume
ro cũ cauſa materiali et materia qꝛ eſt idẽ ſubiecto
vel quia in priuatione ſunt duo ſcꝫ negatio et apti
tudo ad formam et quantum ad ſecundũ eſt ideꝫ cũ
materia. Ad aliud dicitur ꝙ principia ſemꝑ manẽt
in vniuerſali tenendo enĩ mundi eternitatẽ ſemꝑ
fuit forma et materia ſemꝑ habet formã non tamẽ
hanc vel illam.

¶ Ad quintum dictum eſt articulo ꝑcedente Nec
ſubſtantie intellectuales cõponũtur ex materia vt
dicebat auicebron contra quem hic diſputat alber-
tus nec mouentur phiſice. Ad alia patet ex dictis

¶ Ad ſextũ dicitur ꝙ in omni principiato ſũt tria
principia tamen illa cõueniũt in tribus rationibꝰ
ita ꝙ oẽs forme ſunt vnũ in ratione principij.

¶ Ad ſeptimum dico ꝙ idẽ eſt ſubiectũ vel media
te vel imediate ſed non abſolute/⁊ loq̇mur de trã
mutatione naturali.

¶ Ad octauũ dico ꝙ in materia in qua fit forma ca
dauerꝭ remanet priuatio ipſius anime Alie trãſ-
mutationes non ſunt abſolute de contrario in con
trarium.

AD tertiũ ſic proceditur videtur ꝙ materia
nõ appetat formã qꝛ non illam quam ha-
bet et hoc non probatur quia appetit aliã
ſed alia non poteſt eſſe cum iſta ergo non
appetit iſtam Nec aliã probatur quia tunc quando
habet animã rationalẽ appeteret ſuam imꝑfectio
nẽ. Sed contra eſt philoſophus. T. C. 81.

¶ Reſpondeo dicendũ ꝙ philoſophus. T. C. 65
oſtendit duo eſſe principia per ſe ſcꝫ materiã et for
mam et hoc patet qꝛ iſta duo ponũtur in diffinitio-
ne rei naturalis Priuatio autem eſt principiũ per
accidens pro quanto accidit materie que eſt princi
¶ Ad nonũ dicitur ꝙ ſtatua ſi materialiter ſumatur poteſt dici corpus ſicut album poteſt dici ſubſtãtia formaliter tamẽ eſt accidens. Alij dicũt ꝙ res artificialis ſubiectiue ſumpta eſt res naturalis ſꝫ non formaliter nec inconuenit formaꝫ naturalem i. que ineſt rei a principio ſui eſſe eſſe eiuſdẽ ſpẽi cum forma artificiali. De auro facto per alchimiaꝫ dicit. S. T. in. 2. d. 7. q. 3. ar. 1. ad. 5m: ꝙ non eſt verũ aurũ et de potentia. q. 6. ar. 1. ad. 18m. Aliter tamẽ videtur dicere in. 22e. q. 77. ar. 2. ad. 1m. Sed dicit ꝙ ibi nulla eſt contradictio quia eſt verum aurũ virtute eẽntie ſed non virtute oĩm proprietatũ vel in 22e. loquitur de arte alchimie agente in virtute nature et non in virtute artis tantũ ſeu ſophiſtice ex ignorantia vere artis.

¶ Ad decimũ dicitur ꝙ ſi ſtatua ſumeretur p aggregato ex ſubã et accidente eẽt ens per accidẽs non autẽ ſi ſumatur pro ſubiecto vt eſt ſub accidente. Ad alia patet ex dictis nec omnis forma faciẽs compoſitionẽ cum alio eſt naturalis.

AD tertium ſic proceditur videtur ꝙ non ſint quattuor cauſe ſcꝫ finis efficiẽs forma et materia quia philoſophus. 12. metha. T. C. 23. loquendo de cauſis nullã facit mentionẽ de cauſa finali ſed enumerat priuationem inter cauſas de qua nullaꝫ hic facit mentionẽ igitur. Item multi dicunt ſenecam poſuiſſe cãm 5am ſcꝫ ideã ſeu formaꝫ exemplarem Sed contra eſt philoſophus.

¶ Reſpondeo dicenduꝫ ſcđm. S. T. hic lec. 4. ꝙ ad naturalẽ pertinet conſiderare formã et materiam quia natura de vtroqꝫ dicitur ſicut cum intendimus de ſimo quid eſt tũc nõ ſolũ attendimꝰ formã id eſt curuitatẽ ſed etiã materiã. i. naſum. Deinde querit philoſophus an ſcia naturalis cõſideret tãtum de materia et de forma vel de toto cõpoſito et an omnia iſta pertineant ad eandẽ ſciam. Dicẽduꝫ antiquorũ phõrum phia videt fuiſſe tantũ de materia ſed ſcđꝫ veritatẽ hoc eſt falſũ qđ probat phũs tribus rationibus. Prima qꝛ ars imitatur naturaꝫ gͦ ſic ſe hꝫ ſcia nãlis circa nãlia ſicut ſcia artificialis circa artificialia ſed eiuſdeꝫ ſcie artificialis eſt cognoſcere materiã et formã ſicut medicus cognoſcit ſanitatẽ vt formã colerã vero et phlegma et huiuſmodi ſicut materiã in qua eſt ſanitas Nã in contemperatione humorũ ſanitas conſiſtit Similiter edificator conſiderat formã domus et lateres et ligna que ſunt materia eius ꝙ aũt ars imitatur naturam rõ eſt qꝛ pͥcipiũ operationis artificialis eſt cognitio: oĩs aũt noſtra cognitio eſt p ſenſus accepta a rebꝰ ſenſibilibꝰ et naturalibꝰ vñ ad ſimilitudinẽ naturaliũ i artificialibꝰ opamur ideo aũt res naturales imitabiles ſunt p artẽ qꝛ ab aliquo principio intellectiuo tota natura ordinatur ad finem ſuũ vt ſic opꝰ nãe videat eẽ opꝰ intelligẽtie dum p determiata media ad certos fines procedit qđ etiã in opando ars imitat. ¶ Notãdũ p̃terea p ſcđa rõne ꝙ eiuſdẽ ſcie eſt ꝯſiderare finẽ et ea q̃ ſũt ad finẽ et hoc iõ qꝛ rõ eoꝝ q̃ ſũt ad finẽ a fine ſumit ſꝫ nã q̃ eſt forma eſt finis materie gͦ eiuſdẽ ſcie nãlis eſt conſiderare materiã et formã minor patet quia ad hoc ꝙ aliquid ſit finis alicuius motus continui nõ ſufficit ꝙ ſit vltimuꝫ motus vt mors ſed oportet ꝙ ſit illud cuius cauſa aliquid fit vñ ſcđꝫ homerũ poetã opꝫ ꝙ ſit vltimũ et optimũ ꝙ aũt forma ſit vltimũ gñatiõis manifeſtũ ẽ ſed probatur ꝙ ſit cuius cauſa fit reſpectu materie per ſimilitudinẽ in artibus inueniuntur eñ quedã artes que faciũt materiam quarũ quedã faciũt eam ſimpliciter ſicut ars figuli facit lateres que ſunt materia domus Alie diſponunt ad receptionẽ forme ſicut ars carpentaria p̃parat ligna ad formã nauis et qꝛ nos oĩbus iſtis artificialibꝰ vtimur ideo dicit phũs ꝙ nos ſumꝰ quodãmõ finis oĩm pro quo notandũ vt dicit S. T. ꝙ duplex eſt finis ſcꝫ finis cuiꝰ et finis quo vñ 1e q. 26. ar. 3. 2m. dicit ꝙ finis cuiꝰ eſt ipã res ſed finis quo ẽ acq̃ſitio rei Et ſic finis cuius auari eſt pecunia ſꝫ finis quo eſt eius acquiſitio Et 12e. q. 1. ar. 8. dicit ꝙ finis cuiꝰ eſt ipſa res in qua ratio boni inuenit ſed vſus rei eſt finis quo. ¶ Notãdũ preterea ꝙ inter artes quedã eſt architectonica. i. pͥcipalis ars reſpectu factiue et iſta ẽ cognoſcitiua et diſiudicatiua fore alia vero diſponit materiã et ſic nauefactiua eſt architectonica et precipit ei q̃ diſponit materiã ad formã nauis Sicut ergo materia eſt ꝑpter formã i artificialibꝰ ita et in naturalibꝰ et ſic ad eũdẽ ptinet vtriuſqꝫ cõſideratio ſꝫ i artificialibus nõ ptinẽt ad eandẽ artẽ precise. Et hoc probat. 3. quia eoꝝ que ſũt ad aliq̃d vna eſt ſcia ſed materia dicit ad formã nõ ꝙ ſit i genere relatiõis ſed qꝛ cuilibꝫ forme determinatur ꝓpria materia Notãdũ preterea ꝙ phiſicus nõ cõſiderat qualꝫ formã quia nõ ꝯſiderat ſepatas totalit ſed ꝯſiderat formas reptas i mã ſic aĩam rõalẽ ipſiꝰ hois geniti Dicit eñ philoſophus ꝙ homo hominẽ generat et materia et ſol Sic etiam medicus non conſiderat neruum omnibus modis quibus conſiderari poſſet ſed inq̃ntum eſt ſubiectum ſanitatis ex hijs patet ꝙ licꝫ primꝰ philoſophus conſideret formam et quidditates rerum abſolute tamen ſecundũ ꝙ forma reperitur i materia conſideratur a phiſico inq̃ntum dat eẽ naturale corpori vnde anima ſeparata non conſideratur a phiſico qꝛ ibi deſinit et terminatur et icipit methaphiſicꝰ.

¶ Notandum preterea ꝙ iſta ſcientia eſt ſpeculatiua cuius finis eſt ſcire. Scire autem non contingit niſi cognoſcendo cauſam proximam et ideo ad hanc ſcientiam pertinet conſiderare cauſam. non inq̃ntum huiuſmodi quia hoc eſt primi philoſophi ſed philoſophus naturalis conſiderat cauſam naturalium mutationum.

¶ Notandum preterea ꝙ philoſophus prio enu-
merat quattuoꝛ genera cauſaꝝ. Prima ē cauſa ma
terialis Et dicitur illa ex qua fit aliquid cum inſit
ſicut es dicitur cauſa ſtatue Et etiam genus ei⁹ ſi-
cut metallum Notanter dicitur cū inſit ad differē-
tiam priuationis ⁊ contrarij quod non eſt cauſa qꝛ
ſolum eſt principium per accidens. Secundo dici-
tur cā ipſa ſpēs et exemplū. Et hoc dicitur inq̄ꝫtū
eſt ratio quidditatiua rei. Forma eñ que eſt ſecūda
cauſa eſt illud per quod ſcimus de vnoquoq̄ꝫ quid
eſt Et ſic etiā genera ſpeciei dicūtur cauſa vt dya-
paſon habet pro forma proportionē duplam que ē
duorum ad vnū. Et genus duple proportionis ſcꝫ
multiplicitatem. Et ad hūc modū cauſe reducunt̄
omnes partes que ponuntur in diffinitione Nam
partes ſpeciei ponuntur in diffinitione nō autem
partes materie. Et nota ꝙ forma ſcd̄m platonē vo
catur exemplū quia erat ſeparata et quedam ydea
ſed ſcd̄m alios vocatur ſpecies quia poſuerūt for-
mas in materia. Tertio dicitur cauſa ſcꝫ efficiens
a quo eſt principiū motus vel quietis. Et diuiditur
a S. T. in perficientem que dat complementū mo
tui introducendo formam ſubſtantialē in preparā
tem ſeu diſponentē que aptat materiam ad vltimū
complementū in adiuuantem que operatur ad fi-
nē alterius in conſiliantē que dat alicui ſciam per
quā agat. Quarta eſt cauſa finalis ſcꝫ cuius cā ali-
quid fit Quia autē finis nimis videbatur eſſe cau-
ſa ex eo ꝙ eſt vltimū in generatione ideo philoſo-
phus hoc ſpecialiter probat quia reſpondetur ad
queſtionē factam propter quid et ſic ſanitas eſt fi-
nis ambulationis poſt cenam quia hoīes tūc deam
bulant propter ſanitatē vnde Notandū vt habet̄
ſupra prob. 28. ari. parti. 5. In nimio exercitio poſi
ti debēt parū quieſcere anteq̄ꝫ ſumant cibuꝫ vnde
non ſtatim poſt magnos laboꝛes eſt comedendum
aut bibendum vt dicit ari. ibidem prob. 30. Et qui-
dam hoc putabant ne corpus diſſolueretur ſꝫ hoc
eſt falſum Similiter etiā poſiti in ocio debent mo
dicum ſe exercere ante ſumptionē tibi vt caloꝛ ſit
foꝛtis Similiter poſt cibum vehemens motus eſt
generatiuus egritudinis non autē paruus vel de-
bilis. ¶ Notandum preterea ꝙ finiū alius ē finis
vltimus Alius ē non vltim⁹ vnde quedam media
poſſunt dici fines reſpectu alioꝛum vt macies ē fi-
nis purgationis et purgatio eſt finis potionis. Ex
hijs patet ꝙ eiuſdē rei ſunt plures cauſe ſcꝫ mate
rialis formalis efficiens ⁊ finalis. Secundo ꝙ q̄-
dam ſunt ſibijnuicem ſcd̄m diuerſam conſideratio
nem cauſe ſicut laboꝛare eſt cauſa efficiēs bone va
litudinis bona autē valitudo eſt cauſa finalis la-
boꝛis Et ſic idē eſt prius et poſterius ſecunduꝫ di-
uerſas rōnes. Finis eñ prius eſt ſcd̄m rationē ſed
poſterius eſt in eē. Agens autē econuerſo et ſimi-
liter forma eſt prioꝛ materia ſcd̄m rationē comple-
menti. Materia autē eſt prius q̄ꝫ forma generatio
ne et tempoꝛe in omni eo quod mouetur de poten
tia in actū. Itē idem eſt cauſa contrarioꝛum quan-
doq̄ꝫ ſicut per ſuā p̄ntiā gubernatoꝛ eſt cauſa ſalu-
tis nauis per abſentiā vero eſt cauſa ſubmerſionis
¶ Notanduꝫ preterea ꝙ adhuc duplex ponitur fi
nis ſcꝫ finis naturalis et ſic dicimus ꝙ tp̄ate viue-
re eſt finis habitus tēperantie quia naturaliter ha
bitus eſt propter actum prōpte et immobiliter eli-
ciendum. Alius eſt finis preſtitutus et alio vocabu
lo dicitur finis operantis vnde duplex ponitur fi-
nis ſcꝫ finis operis et finis opantis et ſic dicim⁹ ꝙ
quando quis dat elemoſinā propter vanā gloriaꝫ
Finis operis eſt ſubleuare indigentiā alterius ſed
finis operantis eſt vana gloria vide S. T. in. 2. d.
38. q. 1. ar. 5. ¶ Notanduꝫ preterea ꝙ S. T. lec. 6.
cū phō diſtinguit diuerſos modos cauſarū etiā ſe-
cundū eādem ſpēm cauſe. Quedā eñ eſt cauſa vni
uerſalis alia ꝓpria quedā prioꝛ alia poſterioꝛ que-
dā per ſe quedā per accidēs quedā in potētia alia
in actu. Cauſa aūt vl̄is pōt accipi dupliciter vel ſe
cundū cōitatē predicationis et ſic dicimus ꝙ arti-
fex eſt cauſa ſanitatis quia artifex eſt ſuperius ad
medicum qui eſt cauſa ſanitatis. Alio modo ſcd̄m
cōitatem cauſalitatis et ſic ſol ē cauſa vniuerſalis
calefactionis qnia ad alia ſe extendit.

¶ Notādum ꝙ ſicut cauſa per ſe magis vniuerſa
lis dicitur prioꝛ ſic etiam ī cauſis per accidens dicē
dū vt policletus eſt cauſa per accidens ſtatue inq̄ꝫ
tum accidit ei facere ſtatuam ſimiliter animal eſt
cauſa per accidens ſtatue vnde cauſa per accidēs
dicitur omē illud ꝙ coniūgitur cauſe per ſe et nō ē
de ratione eius Cauſa autem in potētia eſt cauſa
potens operari ⁊ non operans in actu ſed in habi
tu et differt a cauſa in actu quia cauſe operātes in
actu ſimul ſūt et non ſunt cū ſuis effectibus vt hic
edificās ſimul eſt cum hoc quod edificatur nō tamē
opoꝛtet ꝙ ſimul coꝛrumpitur cū ſuo edificio ſed qñ
edificat tūc effect⁹ eſt non abſolute ſed ī edificari.
Deinde dicit phūs ꝙ ī naturalibus opoꝛtet ſemꝑ
ſupremā cauſam vniuſcuiuſq̄ꝫ ⁊ ꝓpriam requirere
ſicut contigit in artificialibus vt ſi queratur quare
homo edificat Reſpondetur quia eſt edificatoꝛ Et
ſi q̄ratur quare eſt edificatoꝛ Rñdet̄ qꝛ hēt artē edi
ficatiuā et hic ſtat̄ tāq̄ꝫ in prima cā in hoc oꝛdine.
Et quia effectus ſciri non poteſt niſi cauſa cogno-
ſcatur ideo opoꝛtet peruenire ad primam cauſam
¶ Contra hec arguitur Subſtantie ſeparate hn̄t
cauſam et tamē non conſiderātur in hac ſcia ergo
hic non debēt conſiderari gña cauſarū Item ī dif-
finitione rerum naturaliū ponit̄ materia ergo nō
omēs partes que ponūtur ī diffinitione pertinēt
ad cauſā formalē cuius oppoſitum dictum eſt. Itē
phūs dicit ꝙ partes ſūt cauſe materiales toti⁹ aīa
lis ſed partes diffinitionis animalis ſunt partes
animalis ergo partes diffinitionis non reducūtur
ad cām formalē. Item ſecūdum philoſophum pro
poſitiones ſūt materia concluſionis et tñ non īſūt
cōcluſioni ergo materia nō eſt bene diffinita Item
S. T. contra gētiles libro 1º. c. 58. Premiſſe ſunt
cauſa concluſionis efficiēs qꝛ faciūt ſcire effectiue
ergo non ſūt cauſa materialis nec formalis.

¶ Secūdo ſi materia eēt cauſa ſequeretur ꝙ ma-
teria eſſet alicuius actiuitatis quia cauſare et ma-
teriare eſt agere et in predicamēto actionis Item
cauſa dat eſſe cauſato ſed materia non dat eē ymo
potius recipit eſſe a forma. Item cauſa eſt no-

biliꝛ effectu ſed mā nō eſt nobiliꝛ compoſito ergo
Item ſi forma eſſet cauſa hoc maxime eēt quia dat
eſſe ſed probo ꝙ nō quia vel illud eē ē ipſa forma
vel ab ea diſtinctum Non primū quia nichil dat ſe
ipm Nec ſecundū quia tunc cauſalitas forme eſſet
cauſalitas efficientis quia id a quo eſt res ab eo di
ſtincta eſt cauſa efficiens. Item eſſe et eſſentia di
ſtinguntur tantū grāmaticaliter ergo eſſe non eſt
aliud realiter ab ipa eſſentia. Item nichil facit ſe
ipm eſſe ſed forma exiſtit per ipm eſſe ergo non eſt
cauſa ipſius eſſe.

¶ Tertio ſi cā efficiēs eēt cauſa hoc eēt qꝛ eſt pri
cipium motus vel quia ſibi competit agere ſed ꝓ
bo ꝙ non quia actio non eſt formale principiū quo
agens agit ergo per actionem non dicitur aliquid
formaliter agens. antecedens patet quia actio eſt
effectus agentis ergo non eſt principium effectus
ipſius agentis antecedens patet quia actio ē for
ma acquiſita in paſſo ſed forma acquiſita in paſſo ē
effectus agentis igitur.

¶ Quarto ſi finis eſſet cauſa mouēs vel ergo mo
ueret realiter vel metaphorice Nō primū qꝛ moue
re realiter eſt mouere effectiue. Item finis aliquā
do non eſt res qꝛ nō eſt in actu et tñ mouet vt aliqs
facit domū propter filiuꝫ qui tamen non eſt. Item
deus diligit ſeipm propter ſuaꝫ bonitatē ſic ꝙ ſua
bonitas eſt finis ſue dilectionis ⁊ tamē non moue
tur ab ea realiter. Nec ſecundū quia finis realiter
eſt cā et hꝫ realē effectū ergo realiter mouet.

¶ Quinto vel finis eſt cauſa ſcđm eſſe quod habꝫ
ad extra vel ſecundū ꝙ eſt in intentione agentis.
Non primū quia cauſalitas finis precedit oēs ali
as cauſas ſed finis ſcđm eſt ad extra non precedit
omnes alias cauſas igitur. Item quando finis ad
extra eſt tunc ceſſat actio ergo non eſt cauſa actio
nis antecedens patet quia habito fine ceſſat mo
tus. Nec ſcđm quia omnis cauſa dum cauſat reali
ter eſt ergo finis non cauſat niſi ſit ad extra. Item
homines non agunt vt ſanitas ſit in intentione er
go agunt propter ſanitatem ad extra vt ſic eñ ha
bet ratione boni et optimi melioꝛ eſt eñ deus in ſe
q̄ in intellectu vbi habet eſſe intentionale. Item
voluntas fertur in finē ſed ſecundū. S. T. fert vo
luntas in rem ad extra pria parte. q. 59. ar. 2°.
Item entia naturalia habent cām finalem ⁊ tamē
non habent intentionē ergo res non habet rōneꝫ
cauſe finalis vt eſt in intentione.

¶ Sexto in libro de cauſis ſufficiēter tractatur de
cauſis et in. 2. metha. ergo ſuperflue hic determia
tur. Item arguitur ꝙ numerus non ſit forma dia
paſon qꝛ diapaſō ē ꝓportio dupla ſꝫ oīs ꝓportio ē
de predicamēto relationis et numerus de predica
mentō q̄titatis. Item dictum eſt ꝙ idem eſt prius
et poſterius ſed diuerſimode. Contra ſequeret ꝙ
idem eſſet magis notū et minus qꝛ omne prius eſt
naturaliter magis et poſterius minus notū. Item
tunc idem eſſet cauſa ſui ipſius quia quicquid ē cā
cauſe eſt cā cauſati ſed ſanitas eſt cā ambulatiōis
et ambulatio cauſa ſanitatis ergo de primo ad vl
timum ſanitas eſt cauſa ſanitatis.

¶ Septimo ſi gubernatoꝛ eſt cauſa ſubmerſionis
nauis vel ergo eſt cauſa per ſe vel per accidēs. Nō
primū quia malum non habet cauſam per ſe vt di
cit. S. T. 1a. q. 49. ar. 1. qꝛ nō eſt ſꝫ ens priuatio en
tis. Item gubernatoris abſentia nichil influit qꝛ
forte dormit ergo non eſt cauſa per ſe. Nec ſecun
dum quia natura eſt primo et per ſe principiū quie
tis ſecundum philoſophum ergo etiam defectus q̄
eſt ſubmerſio nauis poteſt habere cauſam per ſe.
Item omne per accidens reducitur ad per ſe ſi er
go nauta ſit cauſe per accidens ſubmerſionis na
uis queritur que eſt cauſa per ſe ⁊ nulla pt dari igr

¶ Octauo arguitur ab ocāā i 1°. diſ. 2. q. 10. ꝙ po
licletus ſit cauſa per ſe ſtatue quia hic ſtatuarius
eſt cauſa per ſe ſtatue ſed policletus eſt hic ſtatua
rius ergo eſt cauſa per ſe ſtatue Et per idē arguit
ꝙ homo ſit cauſa per ſe ſtatue arguēdo ab inferio
ri ad ſuperius Item ſubiectum et predicatum hu
ius policletus per ſe facit ſtatuā ſupponūt pro eo
dem ergo eſt vera antecedēs patet quia ſtatuificꝰ
et faciēs ſtatuā ſupponūt pro eodē ergo policletꝰ
et faciēs ſtatuā ſupponūt pro eodē. Item ignis ꝑ
ſe calefacit ergo policletus per ſe facit ſtatuam
Item bene ſequitur a cōiūctis ad diuiſa policletꝰ
ſtatuificus facit ſtatuā per ſe ergo policletus facit
ſtatuam per ſe.

¶ Nono arguitur ꝙ cauſa in actu nō eſt cū effectu
in actu quia ſequeretur ꝙ res fuiſſet ab eterno qꝛ
deus ab eterno fuit cauſa in actu non enim habet
potētiam ad mixtam Item cauſa in actu et effectꝰ
in actu diſtinguuntur realiter ergo deus poteſt fa
cere vnum ſine reliquo Et per idem argueretur ꝙ
cauſa male diffinitur quando dicitur ꝙ cauſa eſt q̄
poſita ponit effectus et qua remota remouetur ef
fectus ꝙ eñ vltima particula ſit male poſita pꝫ qꝛ
remoto edificatore adhuc remanet domꝰ Iteꝫ cau
ſa in actu eſt i iſtanti ſcꝫ volūtas qua aliquis vult
efficaciter mouere lapidem et tamen effectus pu
ta motus non eſt in inſtanti igitur. Item quando
domificatoꝛ ē adhuc domꝰ nō ē imo poſſibiꝭ eſt ꝙ 1m
inſtans eſſe domus ſit 1m inſtās non eſſe domifica
toris et ita arguatur de cauſa in actu diſponente
ad formā ſubſtātialē poſſibile eñ videtur ꝙ agēs
introducens continue ſufficiētē diſpoſitionem ad
formā ſubſtātialem primo nō ſit qñ forma ſubſtan
tialis introducitur. Item arguitur de homine ge
nerante aliū hominem poſſibile enim eſt ꝙ homo
generās ſit ante filiū non enim ſubito introducit
anima rationalis ſed poſt 40 dies ſi ſit maſculus
Item nulla eſt facta mētio de cauſa conſeruante
Forte dicis ꝙ ipſa reducitur ad cauſam efficientē
Contra ſequeretur ꝙ aliquis effectus creatus cō
retur effectiue a creatura quia poteſt ſol cōſeruare
lumen a deo creatum. Item finis eſt cauſa in actu
ſecundum ꝙ eſt in intentione ſed poteſt eſſe in in
tentione abſq; effectu ſicut aliquis vult ſanitatem
priuſq̄ ambulet.

¶ Ad primum dicendum ſicut ſupra ⁊ ad aliud di
cit. S. T. ꝙ in diffinitione rerum ponitur materia
in cōmuni et non materia ſignata materia autem
cōmunis ſe habet vt formalis reſpectu indiuidui
vel ſaltem natura ex forma et materia cōmuni cō

ſtituta Quidã dicunt ꝙ materia in cõmuni põt dici forma non ab informando ſed per abſtractionez a materia ſenſibili indiuiduali Sed contra ſi inferius eſt cauſa materialis et ſuperius etiã erit cauſa materialis ergo ſi iſta materia eſt cauſa materialis reſpectu indiuidui etiã materia in cõmuni erit cauſa materialis reſpectu indiuidui. Item ſi materia eſſet cauſa formalis hoc maxime eſſet quia ponitur in diffinitione hominis dicendo homo eſt q̄d compoſitum ex materia et forma rationali ſed hoc non quia ſequeretur ꝙ es eſſet cauſa formalis ſtatue quod eſt contra phm̃ quia ponitur in diffinitione ſtatue eree. Itez ſequeretur ꝙ omnis diffinitio eſſet logica et formalis vel mathematica quia ſolũ daretur per cãm formalẽ. Item tunc punctum eẽt forma linee et centruz eſſet forma circuli quia iſta ponuntur in diffinitione aliorum linea em̃ eſt longitudo cuius extrema ſunt duo puncta et circulus eſt figura a centro cuius ad periferiã omnes linee ducte ſunt equales. Item partes diffinitionis predicantur de diffinito in recto ſed materia in cõmuni non predicatur de re naturali ergo non ponitur in diffinitione rei naturalis. Ideo ab alijs dicitur ꝙ materia que ponitur in diffinitione nõ dicit̃ cauſa formalis ratione ſui ſed ratione nature cuiꝰ eſt pars natura autẽ per diffinitionẽ ſignificatur ⁊ eſt forma rei quidã comparant partes diffinitiõis ad indiuiduum et ſic tanq̃ magis cõmune ſunt forma ſecundo ad diffinitioẽz. tertio ad compoſitũ ſeu diffinitum et ſic vna eſt aliquãdo matetialis. alia formalis. Ad aliud dicit S. T. C. 32. ꝙ partes ſpeciei que ponuntur in diffinitione licet comparẽtur ad ſuppoſitũ nãe ꝑ modũ cãe formalis tñ in ordie ad ipam naturaz cuius ſunt partes cõparantur vt materia nam omnes partes comparantur ad totũ vt imperfectum ad perfectũ que quid ẽ ẽ comparatio materie ad formã Nec eſt verum illud quod ſupra tactum eſt ſcz ꝙ partes diffinitiõis phiſicalis ſemper debeant predicari de diffinito in recto. Ad aliud dicitur ꝙ propoſitiones q̃tum ad ſuos terminos dicuntur materia concluſionis et non alio modo ſed ratione medij quia non inſunt Sed contra vinum eſt materia aceti et tamen non ineſt ei dicẽdum ꝙ eſt materia tranſiens et non permanẽs de qua hic loquimur.

¶ Ad 2m dicẽduz ꝙ cãre nõ ẽ inferiꝰ ad agere vel pati. Secũdo dr̃ ꝙ cauſalitas materie conſiſtit in receptione forme ad quã aliquo modo inclinatur ⁊ eam ſuſtẽtat patet quia poſito ꝙ materia recipiat formaz ſtatim ponitur eius cauſalitas ergo in hoc conſiſtit videtur tamen ꝙ materia non omnẽ formam ſuſtentet quia anima rationalis per ſe ſubſiſtit. Reſpondetur ꝙ licet anima rationalis nõ dependeat a materia q̃tum ad eſſe tamen non habz rationẽ forme niſi in materia. Ad aliud negat̃ maior vniuerſaliter intellecta. Ad aliud dicit̃ ꝙ hoc verum eſt de cauſa efficiente et agente virtute ꝓpria formali et finali. S. T. de verita. q. 7. ar. 7. ad 1m. Ad aliud de forma dicitur ꝙ ipſa eſt cauſa formalis ipius eẽ exñtie qd̃ realiter ab ea diſtinguit̃. Nec ſequitur ergo eſt eius cauſa efficiens. Ad aliud dicitur ꝙ differunt pluſq̃ grãmaticaliter. Nec aliquid facit ſeipm̃ exiſtere effectiue.

¶ Ad tertiũ dicit̃ ꝙ cã dr̃ efficiẽs inq̃tum agit. i. pro q̃to producit rem in eſſe vnde alij dicunt ꝙ eiꝰ cauſalitas conſiſtit in hoc ꝙ eſt efficere ſiue hoc ſit per motum ſiue per ſimplicẽ emanationẽ ſicut dicimus lumen effici a ſole Deinde dicitur ꝙ actio pro formali non eſt in paſſo.

¶ Ad quartum reſpondetur ſupponendo ꝙ finis poteſt dupliciter cõſiderari. Primo ſecundum eſſe quod habet in intentione mouentis. Alio modo ſecundum eſſe quod habet extra animã et in executione operis et iſtud aliquando nullum eſt vt cum ſortes facit domum propter filium quem ſperat habere tñ non habebit. Tunc dicitur ꝙ finis mouet metaphorice vt ad extra vel etiam vt ẽſt in intellectu q̄ꝛ ſm̃ multos nec intellectꝰ nec obiectũ mouẽt effectiue voluntatem Sed econtra vt habetur ex S. T. 12e. q. 9. ar. 1. vnde quidam dicunt ꝙ finis mouet voluntatẽ per modum attractionis quia trahit ad ſe voluntatem agentis et ſic mouere eſt mouere methaphorice Hanc tamen motionem quidam vocant realem quia dicunt predictum motum eſſe realem quia cauſalitas eſt relatio realis ⁊ propter effectum realez ſed hoc videtur eſſe diſputatio ad nomen Deinde dicitur ꝙ licet finis non ſit ad extra tamen eſt in intentione.

¶ Ad 5m due ſunt opiniones dicit enim degandauo ꝙ finis ſecundum eſſe ꝙ habet in intẽtione mouet effectiue quia cognitio ſanitatis (ſecundũ etiã multos nominales q̃ etiã ponũt obiectũ eſſe cãm efficientem actus) efficit deſideriũ eius ideo dicit ꝙ finis ſecundum eſſe quod habet ad extra eſt cauſa finalis quia habito fine ceſſat motus ſed habito fine ſecundum eſſe quod habet extra animam ceſſat motus ergo vt ſic eſt cauſa finalis Item dicimꝰ aliquem fruſtrari ſuo fine quãdo non habet hoc qd̃ intendit ad extra Sed ad hoc dicunt alij ꝙ finis vt eſt in intẽtione mouet efficiẽs methaphorice quia non mouet ipſum phiſice trãſmutando ipſum nec mouet ipſum effectiue. Secundo dicitur ꝙ aliud ẽ loqui de fine et de cauſa finali quia res proprie habet rationem finis vt eſt in executione et rationẽ cauſe finalis vt eſt in intentione Et ideo dicitur ꝙ habito fine ceſſat motus ſed non habita cauſa finali eo modo quo eſt cauſa preciſe ſed oportet ꝙ habeatur ad extra. Et hoc mõ etiam diceretur quis fruſtrari ſuo fine Dicunt ergo alij ꝙ fini conuenit eſſe cauſã vt eſt in intentione 12e. q. 1. ar. 1 ad 1m vbi dicitur ꝙ finis et ſi ſit poſtremus in executione eſt tamen primus in intentione agẽtis ⁊ hoc modo habet rationem cauſe. ſ. vt eſt in intellectu. S. T. de veri. q. 22. ar. 12. et intentio eſt hic actus mentis. ſ. q. 21. ar. 3. ad 5m. Et tũc dicitur ꝙ omnis cauſa realiter eſt non quidem in ſe ſed aliquando in anima ratione ſpeciei vel amoris non ꝙ ipſa cognitio vl̃ amor ſit cauſa finalis imo res ipſa non cõueniret tamen ſibi eſſe cauſam reſpectu voluntatis niſi eſſet cognita ita ꝙ eſſe cognitum et amatum eſt modus ſine quo nõ ipius cauſe finalis Et per hec patet ad illa argumẽta quibus poſſet dici. Cauſa eſt

ad cuius eſſe ſequitur aliud ſed ad eſſe finis nihil ſequitur cum ſit vltimum. Item phiſica eſt ſciētia realis ergo non conſiderat finē vt eſt in anima ſed vt eſt ad extra ergo vt ſic habet rationē cauſe iā dictum eſt ꝙ motus ipſius finis poteſt dici realis ⁊ ſi non ſit motus phiſicalis ſicut illuminare eſt realiter cauſare et tamen non fit per motuȝ phiſicalem vnde arguitur contra henricū impoſſibile eſt ꝙ aliquid inq̄ʒtum eſt effectus habeat cauſalitatem ſed finis vt eſt extra eſt effectus ergo non eſt cauſa. Item finis vt eſt ad extra non precedit cauſalitatē agentis ergo vt ſic non eſt cauſa finalis. Sed contra opinionem alteram argnitur quia ſequereť ꝙ finis non eſſet cauſa cauſarum quod eſt contra philoſophum in preſenti textu qꝛ omnes cauſe agunt propter cauſam finalem que habet rationem boni veri vel apparentis 1ª. parte. q.5.ar.4. probať ſequela quia finis non mouet niſi vt eſt in intentione ergo prius produciť illa intentio q̄ʒ ſit cauſa finalis ſed illa intentio fit effectiue a voluntate ergo aliquid fit effectiue ante cām finalem. Si eñ illa intentio haberet cām finalē oporteret ꝙ ante illam intentionē eſſet alia intentio quia nichil eſt cauſa finalis niſi vt eſt in intentione. Item deus eſt cauſa finalis primi actus voluntatis quo euȝ diligim⁹ et tamen non eſt in intentione ante primum actuȝ voluntatis nec eſt amatus nec deſideratus ergo finis non mouet vt amatus et deſideratus Quidaȝ dicit ꝙ finis mouet voluntatē in genere cauſe efficientis vnde non eſt cauſa finalis amoris ſed eius ꝙ fit ab agente. Contra non eſt ergo non efficit vñ male dicitur ꝙ ſemper obiectum eſt cauſa efficiens et ex hoc videtur ꝙ fini non conuenit realis actio quia in eo quod non eſt nulla eſt realitas. Forte dicis ꝙ eſt cognitus et hoc ſufficit. Contra cognitio illa fit ab intellectu effectiue ergo ante eam prius natura eſt aliqua cauſa finalis vt patet. 12°.q.1.ar.6. ſed ante primam cognitionem nō eſt finis in cognitione igitur. Item ſi finis moueret finalizando ex hoc ꝙ eſt amatus et deſideratus ſequeretur ꝙ amor finis eſſet cauſa finalis aliorū actuum circa media quod eſt falſum quia videtur eſſe cauſa efficiens vel idem actus. Item ſcd̄ʒ. S. T. prim⁹ act⁹ voluntatis precedit intentionem et tamen ē a voluntate effectiue ergo cauſalitas cauſe efficientis precedit cauſalitatē cauſe finalis. Item ſequereť ꝙ deus eſſet cauſa peccati vt quando quis furatur ad dandum elemoſinam propter deum deus eſt finis iſtius actus. Dicendū ad omnia iſta ꝙ in agen agentibus voluntarijs omnē cauſalitatem efficiētem circa media precedit cauſalitas cauſe finalis ſed loquendo de mathematicis vel actibus quos ꝓducit primo intellectus circa finē vltimum nō opȝ ꝙ in ipſomet ꝑcedat cauſalitas cauſe finalis. Ad aliud dicitur ꝙ deus nō eſt cauſa etiaȝ finalis mali ex parte ipſius actus quicquid ſit ex parte operātis. Et ſi dicatur obiectum eſt cauſa efficiens act⁹ voluutatis ſed finis eſt obiectum actus interioris ergo cauſa finalis erit cauſa efficiens quod eſt falſum licet aliquando finis et forma coincidāt. Negatur prima propoſitio.

¶ Ad ſextum patet ex dictis Ad aliud dicitur ꝙ diapaſon dicit duo ſcȝ proportionē et numeruȝ binarium in quo fundatur cuius forma eſt numerus quia quodlibet ſuperius eſt forma inferioris. Ad aliud negatur ꝯña quia non oportet ꝙ cauſa cauſe ſit cauſa cauſati qñ mutatur genus cauſe.

¶ Ad ſeptimum videtur probabile ꝙ aliqui defectus habeant cauſaȝ per ſe quia ph̄us dicit. i. poſt. ꝙ interfectus interijt per ſe interfectiōe mala tñ pene videntur eſſe ſoluȝ per accidens ad co. 1ª.q. 49.ar.2. Ad aliud dicit. San. T. ibidem ar.3. ad 5m. ꝙ impoſſibile eſt fieri reductionem ad aliquid quod ſit per ſe cauſa mali. Notandū tamen ꝙ malum non eſt intentū a natura vnde ſi ex virtute defectiua ſepius generaret monſtra hoc non eſt a caſu nec tamen eſt intētum. S. T. li°. 3°. cōtra gentiles. c. ſ. vide ibidē quō mala culpe ſunt etiā voluntaria et nō a caſu tñ non ſunt intēta dico tamen ꝙ abſentia eſt cauſa per accidens ſubmerſionis. S. T. de veri. q.26. ar.3. 8m.

¶ Ad 8m. negatur cōſequentia ſed in talibus eſt fallacia accidentis nec ſequitur ſubiectum et predicatum ſupponunt pro eodem ergo talis eſt vera quādo in propoſitione ponitur determinatio vt hō inq̄ʒtum homo eſt albus Et ſi queratur quid per ſe facit ſtatuam an ſcilicet ſubſtantia vel accidens. Dicendum ꝙ eſt ſubſtantia vt eſt ſub accidente Et nota ꝙ ly per ſe tantum valet ſicut inq̄ʒtum et tūc ſenſus eſt edificator per ſe edificat. i. edificator inq̄ʒtum edificator edificat.

¶ Ad nonū dicit S. T. de potētia. q.1. ar.1. ad 8m ꝙ potentia dei ſemper eſt coniuncta actui ſed effectus ſequūtur ſecūdum imperiū voluntatis et ordinem ſapientie Ad aliud negatur conſequentia Ad aliud dicitur ꝙ licet motus celi nō ſit in inſtanti ſecundum ſe tamē eſt aliquod mutatum Ad aliđ dicitur ꝙ domus eſt in edificari Et cauſa eſt ī actu quādo forma eſt in fieri Ad aliud dicitur ꝙ conſeruare non eſt efficere de nouo Ad aliđ de fine diciť a quibuſdam ꝙ quando finis eſt in actu et eſt actu volitus tunc hō de neceſſitate vult media et ſic aliquomodo ſunt in actu ſed de hoc alias Ad argumentum ante oppoſitum dico ꝙ cauſa idealis reducitur ad cauſaȝ exemplarem Et exemplaris ad formalem extrinſecam vt patet ex 5° methaphiſice exēplar tamen non eſt ars factiua rei ſed id ad cuiu⁹ imitationem fit effectus.

AD 4m ſic ꝓcediť videť ꝙ phiſica nō differat a mathe. qꝛ phiſica ⁊ mathe. ſť circa idē ergo nō differūt añs patet quia aſtrologia eſt pars ſcie mathematice ⁊ etiam eſt pars phiſice probatur ſic per philoſophū in textu ad quencumq̄ʒ eñ pertinet cognoſcere ſubſtātias et naturas aliquarū rerum ad eum etiam pertinet conſiderare accidentia illarum ſed ad naturalem pertinet conſiderare naturam et ſubſtantiam ſolis et lune cuȝ ſint quedā corpora naturalia ergo ad eum pertinet etiam cōſiderare per ſe accidentia ipſorum ſcilicet figurā ipſorum et totius mundi quā etiam conſiderat aſtrolo

gus. Item mathematica eſt de lineis ſuperficiebꝰ
et corporibus et ſimiliter naturalis ſcia quia natu
ralis ſcientia eſt circa corpora naturalia quorũ ſu
perficies et longitudo ſunt accidentia igitur Sed
contra eſt philoſophus.

¶ Reſpondeo dicendum ſcdm S. T. hic lec. 3. ꝙ
Mathematica et naturalis determinat de eiſdem
ſcꝫ lineis et ſuperficiebus et huiuſmodi ſꝫ non eo-
dem modo Non eñ mathematicus determinat de
eis inq̃ꝫtum vnũquodqꝫ eorũ eſt terminus rei na-
turalis neqꝫ conſiderat ea que accidunt eis inq̃ꝫ-
tum ſunt termini corporis naturalis per quem mo
dum conſiderat de eis ſcientia naturalis. Non eſt
autẽ inconueniẽs ꝙ idem cadat ſub conſideratiõe
diuerſarũ ſciarꝫ ſcdm diuerſas conſiderationes.

¶ Notandum preterea ꝙ quia mathematicus cõ
ſiderat puncta lineas et ſuperficies et hmõi nõ in
q̃ꝫtuꝫ ſunt termini corporis naturalis ideo dicitur
eſſe abſtractus a materia ſenſibili et cauſa quare
põt abſtraherẽ quia ſecũdũ intellectũ a motu ab
ſtrahũt. Ad cuius euidentiã conſiderãdũ ꝙ multa
ſunt coniuncta ſcdm rem quorum vnum non eſt de
intellectu alterius ſicut album et muſicum cõiun-
guntur in aliquo ſubiecto et tamen vnũ non eſt de
intellectu alterius et ideo poteſt vnum ſeparatim
intelligi ſine alio et hoc eſt vnum abſtrahi ab alio.
Manifeſtum aũt eſt ꝙ poſteriora nõ ſunt de intel
lectu priorum ſed econuerſo vnde priora poſſũt in
telligi ſine poſterioribus et non econuerſo vt ptꝫ
de animali et homine vel homine et hoc homine.
Nam homo ſe habet ex additione ad animal ⁊ pro
pter hoc homo non eſt de intellectu animalis nec
amedeus de intellectu hominis vnde intelligere
animal ſine homine vel amedeo eſt abſtrahere vlẽ
a particulari Similiter inter oĩa accidentia q̃ ad-
ueniũt ſubẽ primo aduenit ei q̃ꝫtitas. Deinde qua
litates ſenſibiles deinde motus cõſequẽtes hmõi
qualitates. Sic ergo q̃ꝫtitas non eſt de intellectu
qualitatũ ſenſibilium nec econuerſo. Claudit ta-
men in ſuo intellectu ſubãm. Poteſt igitur intelli
gi q̃ꝫtitas ſine materia ſubiecta motui et qualitati
bus ſenſibilibus non tamen abſqꝫ ſubã et ideo hu
iuſmodi qualitates et que eis accidunt ſunt ſcdm
intellectum abſtracta a motu et a materia ſenſibi-
li nõ aũt a materia intelligibili vt dicitur ſeptimo
metha. Ex quo patet quid eſt abſtrahere Quidam
tamen ponunt duplicẽ abſtractionẽ. Prima eſt ſm
rem et eſt quando vnum realiter ſeparatur ab alio
vt lignum a lapide. Alia eſt ſcdm intellectũ et iſta
eſt duplex vna fit per intellectum agentem et iſta
abſtractio eſt facere de eo quod eſt intellectũ in po
tentia ꝙ ſit intellectuꝫ in actu. Alia eſt abſtractio
pertinens ad intellectũ poſſibilẽ ⁊ eſt intellectio
prioris coniuncti cum poſteriori non intelligẽdo
poſterius. S. T. 1ª. q. 40. ar. 3. dicit ꝙ duplex fit ab
ſtractio per intellectum. vna quidã ſcdm ꝙ vniuer
ſale abſtrahitur a particulari vt animal ab homine
Alia autẽ ſcdꝫ ꝙ forma abſtrahitur a materia ⁊ in
hac abſtractione vtrumqꝫ poteſt manere in intelle
ctu. Abſtrahẽdo eñ formã circuli ab ere remanet
in intellectu noſtro intellectus circuli et intelle-
ctus eris Quid autẽ ſit materia ſenſibilis ⁊ mate-
ria intelligibilis dicit S. T. 1ª. q. 85. ar. 1. ꝙ mã ſẽ-
ſibilis ab ſubiacet qualitatibus ſenſibilibus vt ca
lido et frigido luci vel duro et molli ſed materia in
telligibilis eſt ſubſtantia ſcdm ꝙ ſubiacet quanti
tati. Ex his patet ꝙ materia ſenſibilis non inclu-
ditur in intellectu mathematicorũ neqꝫ in vniuer
ſali neqꝫ in pticulari vñ mathematica ſũt ſicut nũe
rꝰ ⁊ magnitudo. Mã tñ ſenſibilis includit in intel
lectu ſpẽrum nãliuꝫ vt in intellectu hoĩs includit
caro et os ſed nõ hec caro et hoc os.

¶ Notãdũ preterea ꝙ diuerſitas que eſt īter ma-
thematicũ .i. geometrã et arithmeticũ ex vna pte
⁊ phiſicum ex altera patet per diuerſũ modum dif
finiendi quia mathematica diffiniũtur ſine motu ⁊
mã ſed phiſicalia diffiniũt p mãm ſicut ſimũ in cu-
ius diffinitione ponitur ſubiectũ ſenſibile Notan
dum preterea ꝙ quedã ſũt ſciẽtie medie vt aſtrolo
gia de radio et muſica que accipiũt pricipia abſtra
cta a pure mathematicis et applicãt ad materiam
ſenſibilẽ ſicut perſpectiua applicat ad lineã viſua
lẽ ea que demõſtrantur a geometra de linea Et di
cit S. T. ꝙ huiuſmodi ſcientie dicũtur eſſe magis
naturales q̃ꝫ mathematice quia vnũquodqꝫ deno
minnatur et habet ſpeciẽ a termino ſed iſte ſciẽtie
terminãtur ad materiã naturalẽ vt quãdo aſtrolo
gus oſtendit terrã eſſe rotundã vel ꝙ ſol in tanto
tẽpore facit ſuũ circulum Et ideo nõ eſt mirũ ſi a-
ſtrologia cõicet in cõcluſionibꝰ cũ ſcientia natura
li quia tamen demonſtrat per aliud mediũ ideo nõ
eſt pure naturalis Exemplum vt ꝙ terra ſit ſperi-
ca demonſtratur a naturali per medium naturale
vt puta quia partes eius vndiqꝫ et equaliter con-
currunt ad medium propter grauitatem Ab aſtro-
logo autem ex figura eclipſis lunaris vel ex hoc ꝙ
nõ eadem ſidera ex omni parte terre aſpiciuntur.

¶ Notandum preterea ꝙ iſte ſcientie medie dicũ
tur eſſe ſubalternate reſpectu mathematice Et iõ
dicit S. T. 1ª. q. 1. ar. 2. ꝙ nõ oportet ſemper princi
pia eſſe euidentia in tali ſcientia ſed ſufficit ꝙ ſint
euidentia in ſcientia ſuperiori Grego. tamẽ de ari
mino et multi alij hoc negant vnde dicunt ꝙ nul-
la eſt vera ſcientia ſi principia eius ſint tãtum mo
do credita vel niſi procedat ex euidentibus. Sed
contra Ad ſcientiam non requiritur ſemper certi
tudo euidentie vt patet in moralibus vnde philo-
ſophus. 1. ethico. ca. 3. dicit ꝙ exactũ non eſt in oĩ-
bus flagitandum Item aſtrologi demonſtrant mł-
tas concluſiones per tabulas alphonſi et aliorum
aſtrologorũ de qbꝰ nõ habeꝫ euidẽtia Itẽ tũc aſtro
logia ſecũdũ ſe nõ eẽt ſcia qꝛ ex ſe nõ ſcit pmiſſas
Item poſſet deus ſeruare ſcientiã concluſiõis an
nichilando ſcientiam premiſſarũ vel poſſet aliqs
obliuiſci ſcientiã premiſſarum et tamen quia ſe ex
ercitauit circa concluſionẽ adhuc poſſet per habi
tum exire in actum ſcientificũ et tamen de pmiſſis
non habet niſi actum fidei. Item multa principia
ſcientiarum non videnꝫ eſſe cognita per euidẽtiã
ſummã ſed per quandam probabilẽ rõnem ſicut ꝙ
omnis ignis ſit calefactiuus eſt cognituꝫ quia iſte
ignis eſt calefactiuus et quia eſt eiuſdẽ ſpeciei cũ

quolibꝫ alio ideo creditur ꝙ omnis alius ſit calefactiuus. Hec tamē conſequētia a proteruo poſſꝫ negari. Item multa principia cognoſcuntur per ſenſum nec eſt nobis euidēs quin tales ſenſus aliqñ decipiantur. Item non inconuenit magis aſſentire concluſioni q̄ premiſſis quia ex p̄miſſis opinatis cum imperio rationis ſequitur concluſio credita ergo ex p̄miſſis creditis poſſꝫ ſequi ꝯcluſio ſcita

¶ Contra hec arguitur nulla ſcientia eſt circa falſa ſed abſtrahere ea que non ſunt abſtracta nō eſt ſine falſitate ergo mathematica non eſt de abſtractis a materia quia ſecundū veritatē linea nulla ē ſeparata a materia cum omne accidens ſcd̄m rem ſit in ſubiecto. Item ad idē quicunqꝫ intelligit reꝫ aliter q̄ eſt errat ſed intelligere lineaꝫ ſine materia eſt intelligere lineā aliter q̄ eſt. Forte dicis ꝙ linea ſic eſt in intellectu. Cōtra ſequeretur ꝙ mathematica eſſet ſcientia rationalis quia eſt de rebus ſecundū eſſe quod habent in intellectu qꝛ entia mathematicalia vt ſic nō habent eſſe niſi in intellectu et ſic non ſunt entia realia.

¶ Secundo que ſunt per ſe ſenſibilia nō ſunt abſtracta a ſenſibilibus nichil eñ eſt abſtractum a ſe ipſo ſed entia mathematicalia vt numerus ⁊ figura ſunt huiuſmodi quia ſunt ſenſibilia communia. Item mathematica docet conſtituere lineam per fluxum puncti qui eſt motus ergo conſiderat motū ꝙ etiam patet dicendo ꝙ numerus eſt multitudo ex vnitatibus aggregata. Aggregatio autē eſt quidam motus. Item impoſſibile eſt intelligere accidens ſine ſubiecto ſed ſubiectum q̄titatis eſt materia igitur nō abſtrahit a materia.

¶ Tertio mathematica poſſunt diffiniri per proprium genus et differētiam ergo abſtrahunt a materia intelligibili que videtur eſſe ſubſtantia. Itē puncta et vnitas ſunt mathematica et tamen cōſiderantur ſine q̄titate per quā materia dicta eſt eē intelligibilis. Item materia eſt pura potētia ergo nulla eſt materia intelligibilis. Item magnitudo non poteſt demonſtrari de ſubſtantia intelligibili ergo ipſa nō eſt ſubiectū magnitudinis antecedēs patet quia nullus fecit talem demonſtrationem licet omnia accidentia videātur poſſe demōſtrari de ſuis ſubiectis.

¶ Quarto diffinitio phiſicalis poteſt eſſe quidditatiua et eſſentialis ergo phiſicus non diffinit per materiam ſenſibilem que includit accidentia res autē naturalis eſt ſubſtantia et non aggregatū ex ſubſtantia ⁊ accidente alias eſſet ens per accidēs et vltra phiſicus diffinit ſine materia ſenſibili ergo abſtrahit a materia ſenſibili.

¶ Quinto illa que ſunt magis abſtracta videntur eſſe magis difficilia ſed mathematica nō eſt magis difficilis q̄ phiſica ergo nō eſt de magis abſtractis minor patet ex S. T. opuſcu. 57. q. 5. ar. 10. vbi ait apud antiquos hic ordo in adipiſcendis ſcientijs fuiſſe obſeruatus vt primo logica deinde mathematica 3°. naturalis poſtea moralis adiſceretur et tandē homines ſtuderent diuine ſciētie que alio nomine dicitur methaphiſica theologia vel tranſphiſica quia poſt phiſicam diſcenda occurrit nobis dicit. S. T. Item ibidem ar. 2°. Nullum vniuerſale mouetur homo eñ vniuerſalis nō ſanatur vt dicitur in principio methaphiſice ſed phiſica eſt de vniuerſalibus ergo abſtrahit a motu. Iteꝫ phiſica pertinet ad intellectum ſed intellectus cognoſcit abſtrahēdo a materia. Item ar. 3. arguit ꝙ mathematica conſideratio non eſt ſine materia quia mathematica conſiderat lineas numerādo illas ſed non numerantur niſi per materiam in qua ſunt ergo conſiderat materiam. Item mathematicus demonſtrat per cauſam materialem ergo non abſtrahit a materia antecedens probat. Cum demōſtratur aliquid de toto ex partibus vt ꝙ angulus qui ē in ſemicirculo eſt rectus ex eo ꝙ vtraqꝫ pars eiꝰ eſt ſemirectus partes autē ſunt materia totius vt dicitur. 2. phiſicorū. Item aſtrologia eſt pars mathematice ⁊ tamen non abſtrahit a motu antecedens patet quia ſcientie diſtinguūtur per rationem formalem que eſt medium ſed aſtrologia in medio maxime conuenit cum ſcientijs mathematicis. Item ptolomeus in principio almageſti vt inquit. S. T. dicit ꝙ negotiū quod eſt de mobili et incorruptibili ꝑtinet ad mathematicos ar. 8. ergo mathematicus non abſtrahit a motu.

¶ Sexto ſcientia diuina demonſtrat per tres cauſas ſcilicet efficientem formalē et finalē ſed cauſa efficiens nō poteſt conſiderari ſine conſideratiōe motꝰ ergo methaphiſica nō abſtrahit a motu. Hic poſſent adduci argumenta tacta de ſubiecto philoſophie naturalis.

¶ Septimo impoſſibile eſt ꝙ ſit maior euidentia de concluſione q̄ de premiſſis ergo impoſſibile ē ꝙ ꝑ premiſſas creditas habeatur ſciētia quia propter quod vnum quodqꝫ tale et illud magis Item demonſtratio cogit intellectū ſed ex premiſſis creditis nullus cogitur quia voluntarie illis aſſentit ergo ex premiſſis creditis non fit demonſtratio. Item tunc in poteſtate mea eſſet de omnibus habere ſcientiam quia quamlibet propoſitionē verā poſſū inferre ex aliquibus principijs creditis imo articuli fidei eſſent ſciti quia aliquando vuus īfertur ex alio vt chriſtus reſurrexit ergo nos reſurgemus Forte dicis ſicut quidam dicūt ꝙ ex prīcipijs creditis non habetur ſciētia Cōtra ſequeretur ꝙ ſcientia ſubalternata non eſſet ſciētia proprie dicto Item. S. T. dicit ꝙ theologia eſt proprie ſciētia vt continuatur ſcientie beatorum de veri. q. 14 ar. 9. ad 3^{m}. Item ſi non eſſet proprie ſcientia ergo erit fides vel intellectus vel aliquis alius habitus Si primum ergo theologia non manet in patria quod eſt contra iheronimum dicentem. Diſcamus in terris quorum ſcientia nobis perſeueret ī celo et loquitur de diuine ſcripture libris.

¶ Ad 1^{m} dicitur ſecundum philoſophum hic ꝙ abſtrahentium non eſt mendatium quia intelligere vnum ſine alio non eſt falſitas vt quando intelligitur albedo lactis ſine dulcedine vnde dicitur ꝙ intelligere vnum ſine alio prima operatione intellectus non eſt falſitas ſed ſolum componendo et in ſecunda operatione Sed contra diffinitio eſt in prima operatione intellectus ⁊ tamē

poteſt eſſe falſa ſaltem per accidēs vt dicit. S. T. 1ª.q.17.ar.3. vt qn̄ diffinitio vnius iungitur diffinitioni alterius. Sed dicendum ꝙ ibi eſt aliquomodo compoſitio ⁊ per hoc patet ad aliud vide. S. T. opuſ.57.q.5.ar.3.ad.1m. Deinde dicitur ꝙ mathematicus nō conſiderat eſſe abſtractum ipius quantitatis quia hoc eſt ens rationis ⁊ logicale ſed cōſiderat q̄titatē abſtractiue.i.cōſiderat q̄titatē ⁊ nō conſiderat an ſit in ſubiecto ſenſibili vel nō dubiū eſt an numerus intelligentiarum eſt mathematicus ſic: dico ꝙ non.

❡ Ad ſecundum dicitur ꝙ non ſunt ſenſibibilia ꝑ ſe nec fluxus puncti eſt motus realis accidēs etiā non intelligitur ſine ſubiecto aliquo modo tamen poteſt intelligi ſine ſubiecto tali. Sed contra mathematicus cōſiderat cubicationē ſphere ſed cubicatio ſphere importat motum ſpherici ſuper planum igitur.

❡ Ad tertium videtur quibuſdam ꝙ accidens poteſt intelligi ſine ſubiecto quia vnūquod nominamus ſicut intelligimus ſed poſſumus q̄titatem ſignificare in abſtracto quod nō dat intelligere ſubiectum ergo poſſumus eam intelligere ſine ſubiecto et ſic abſtraheret a materia intelligibili que eſt ſubſtantia. Sed dicendum ꝙ accidens non habet eſſentiam completam ideo nō poteſt complete diffinitiue intelligi ſine ſubiecto vnde ſubſtantia eſt illud quod primo intelligitur nec aliquod accidēs poteſt intelligi niſi intelligendo ſubſtantiā in confuſo. Ad aliud dicitur ꝙ materia intelligit̄ in analogia ad formā nec per materiā hic intelligimꝰ materiam primā. Ad aliud dicitur ꝙ per ſe nota non indigent demonſtratione. S. T. opuſ.77.q.5.ar.3.ad 2m. dicit ꝙ materiale non dicitur ſolum cuius pars eſt materia ſed etiā id quod in materia habet eſſe Et ideo licet mathematica ſint materialia tamen materia non eſt pars eorum.

❡ Ad quartuꝫ dicit̄ ꝙ res naturales ſunt res ſub motu et ideo diffinitio non eſt per additamentum. Ex quo pꝫ ꝙ hec diffinitio hō eſt aīal rationale nō eſt phiſica qui hic nichil ponit̄ ꝙ pertinet ad motū et hoc etiā patet ex. S. T. 6. methapiſice. cōmento.2º. Sed tunc eſt dubiū q̄ꝛ naturalia licꝫ diffiniātur per motū tamen non diffiniuntur per ſenſibile propriū ergo nō differūt a mathematicis. Itē oēs artes abſtrahunt a motu q̄ꝛ artificialia vt ſic nō mouentur ergo oīa artificialia ſūt entia mathematica q̄ꝛ abſtrahūt a materia ſenſibili. Itē partes diffinitiōis ꝯſtituūt diffinitū ſꝫ ꝯſtituere eſt per motū ergo omnis diffinitio eſt per motū. Ad hec dicitur ꝙ in phiſica determinatur de ſenſibili cōmuni ſcilicet de motu ſicut et in mathematica tamē cū hoc cōſideratur de ſenſibili proprio ſcilicet de ſono caliditate et frigiditate et lumine quod reperitur in corpore naturali celeſti. Ad aliud dicitur ꝙ nō oīa abſtracta a materia ſenſibili ſūt mathematica. Secundo dicitur a ſancto thoma.7.metha. lec.9. ꝙ ꝑtes diffinitionis dicuntur partes nō ita ꝙ ſint partes rei nō eīn animal eſt pars hoīs neqꝫ rōnale ſꝫ animal ſumitur ab vna ꝑte et rōnale ab alia. Et ſi dicatur diffinitio eſt idē rei ergo partes diffinitionis ſunt partes rei. Negatur conſequētia ſi ei partes diffinitionis eſſent partes rei tunc aīal nō ꝑdicaretur de homine cum nulla pars integralis ꝑdicatur de toto.

❡ Ad quintum dicit. S. T. ibidem ꝙ q̄uis naturalis philoſophia poſt mathematicam diſcēda occurrat eo ꝙ vniuerſalia ipius documēta indigent perimēto et tempore tamē res naturales cum ſint res ſenſibiles ſunt naturaliter magis note q̄ꝫ res mathematice. Et q.6.ar.1. tangit idem vbi querit an mathematica diſciplinabiliter ꝓcedat. Ad aliud dicit S. T. ibi ad quintū ꝙ q̄uis vniuerſale nō moueatur eſt tamen ratio rei mobilis et ibidem ad ſecundum dicit ꝙ intellectus cōmuniter abſtrahit a materia ſignata non autem a materia cōmuni in ſcientia naturali que prius tamē cōſiderat de forma q̄ꝫ de materia. Ad aliud dicit ibi ad tertiū ꝙ materia diuidi nō pōt niſi ex q̄titate ꝓſuppoſita qua remota omnis ſubſtātia eſt indiuiſibilis et ſic pria rō diuerſificādi ea q̄ ſūt vniꝰ ſpēi ē q̄titas q̄ in ſua rōne hēt ſitum quaſi differentiā conſtitutiuā quod nichil eſt aliud q̄ꝫ ordo partium vn̄ abſtracta q̄titate a mā ſēſibili ꝑ itellectū adhuc ꝯtigit ymaginari diuerſa ſecūdū numerū vnius ſpēi ſicut plures lineas rectas equales Ad aliđ dicit ibi ad 4m ꝙ mathematica ſolū abſtrahit a materia ſēſibili partes aūt non ſemper ſūt materia ſēſibilis Ad aliđ dicit ibi ad 7m ꝙ ſciētie medie nō ſūt ſimpl̄r mathematice De ptolomeo đt picꝰ ꝙ nō fuit bonꝰ phiſicus. vel mathematicis attribuit ptolomeus mobilia incorruptibilia ratione aſtrologie que cōſiderat motus celorum Et notandum ꝙ platonici ſecundum philoſophum hic et primo methaphiſicorum putabant ꝙ ea que ſunt abſtracta ſecundum intellectum eſſent abſtracta ſecundum rem quod tamen eſt falſum vt ſupra patet.

❡ Ad 6m dicit. S. T. opuſ.57.q.5.ar.4.ad 7m ꝙ methaphiſicus conſiderat etiā de ſingulis entibꝰ non ſecūdū proprias ratiōes per quas ſūt tale vel tale ens ſed ſecundū ꝙ participāt cōem ratiōem entis et ſic etiā pertinēt ad eius conſiderationem materia et motus licet dicat̄ eē de rebus a motu ⁊ materia ſeparatis Deinde dicitur ꝙ res quas cōſiderat diuinus ſunt ſeparate exiſtentes in rerum natura et ideo poſſunt eſſe principiū motus vnde nichil prohibet quin per cauſam efficientem et finalem demonſtret. S. T. ibidem ad 7m.

❡ Ad ſeptimū dicūt q̄dā ꝙ nō ad omnē ſciam req̄ritur euidētia ſed ſecundū alios duplex eſt euidētia Quedam vocat̄ ex termīs vel euidentia rerum vt ꝙ oē aīal rationale ſit riſibile Alia vocat̄ euidētia ex ſuppoſitione Et ſic diceremus ꝙ euidēs eſt papam moueri ſi currat nec iſta euidentia eſt preciſe euidentia ꝯn̄e vt quidā arbitrantur Deinde dicit Caprio. in ꝓlo. primi q.1. ꝙ ſemper magis aſſētimus principijs quo ad modū aſſentiendi quia illis aſſentimus propter ſe Secundo dicitur ꝙ nō oīs demōſtratio ſcie ſubalternate cogit itellectuꝫ ſed de hijs in primo poſte. dictum eſt vbi etiam di

putatum eſt de ratione formali ſubiecti iſtaruꝫ ſciē
tiarum ſcꝫ an ratio formalis pertineat ad phiſicā
vel mathematicam.

AD quintum ſic proceditur videt̄ ꝙ agē=
tia naturalia nō producāt formas ſub
ſtantiales quia agentia naturalia ſunt
qualitates prime que ſunt accidentia
ſed accidens non poteſt attingere for=
mam ſubſtātialem alias ageret vltra propriū gra
dum ſue perfectionis. Sed contra omne agēs vni
uocum generat ſibi ſimile ſecundū ſpeciē ⁊ formaꝫ
ſed hoc non poteſt facere niſi attingat formam rei
et ſubſtantiam ergo non ſolum prepat materiā.

¶ Reſpōdeo dicendum circa quattuor genera cā
rum plures ſunt difficultates quarum vna eſt. An
deus poſſit quattuor genera cauſarū ſuplere ⁊ ſo=
let cōmuniter dici ꝙ non poteſt ſupplere gen⁹ cau
ſe materialis vel formalis ſic ꝙ ſit materia infor=
mata vel ꝙ ſit forma informās licet poteſt ſupple
re genus cauſe efficiētis et forte finalis ita ꝙ om
nem effectum per ſe ſubſiſtentem deus poteſt ſe ſo
lo producere. Dicunt etiam theologi ꝙ poteſt ſup
plere materiam ſic ſcꝫ ꝙ poteſt facere accidens ſi
ne materia quia ablata influētia cauſe ſecūde po=
teſt manere effectus per influentiam cauſe prime
ſed ſubiectum eſt cauſa ſecunda accidentium De⁹
autem eſt cauſa prima ergo poteſt dare eē illis ac=
cidentibus remoto ſubiecto eorum. Sed cōtra de=
us non poteſt ſupplere cauſam formalem ſic ꝙ ali
quid ſit album ſine albedine ergo non poteſt predi
cto modo ſupplere cauſam materialem. Itē ſecun
dum modum predictum poſſet facere duas albe=
dines ſeparatas quod eſt contra. S. T. poſſet eñ
corrumpere ſubiecta earum. Forte dicis ꝙ non re=
maneret eadem albedo ſed eſſet alia Contra que
libet albedo habet aptitudinem ad ſubiectum er=
go quelibet albedo ſeparata eadem numero poſſꝫ
eſſe in ſubiecto. Item tertio omnis albedo per ſe
ex ſecūdo de anima eſt ſenſibilis ſed albedo ſepa=
rata ab omni ſubiecto etiam a quantitate non eſt
ſenſibilis igitur maior patet quia eſt in tertia ſpe=
cie qualitatis minor patet quia albedo ſine q̄tita=
te eſt indiuiſibilis ergo requiritur infinita virtus
ad videnduꝫ eam q꞉ q̄to ſenſibile eſt minus tanto
requiritur maior virtus. Item impoſſibile eſt eſſe
ſubſtantiam quin per ſe ſubſiſtat ergo impoſſibile
eſt eſſe accidēs quin inſit quia poſterius eſſentia=
liter non poteſt eſſe ſine priori eſſentialiter. 5. me
tha. Sed accidens eſt poſterius eſſentialiter ſub=
ſtantia vt dicit̄ in principio. 7. metha. ꝗ. Item diffi
nitum non poteſt eſſe ſine partibus ſue diffinitio=
nis ſed impoſſibile eſt diffinire accidens quin ſub
ſtantia ponatur in diffinitione eius igitur. Item
album et albedo non idem ſignificant ſed albū nō
poteſt eſſe ſine ſubā ergo nec albedo. Item ſi acci=
dens poteſt non habere inherentiam actualem er
go inherentia actualis albedinis diſtinguitur ab
albedine. Sed probo ꝙ nō quia queritur in quo p̄=
dicamento poneretur illa actualis inherētia. Nō
eñ poteſt poni in aliquo determinato predicamē=
to quia cōuenit nouē generibus accidentiū ergo
non eſt in determinato predicamēto. Item reſpe=
ctus realis nō poteſt fundari in alio reſpectu rea=
li ergo iſta inherentia actualis non eſt aliquid di=
ſtinctum a paternitate que inheret ſubiecto. Itē
inherentia actualis inheret albedini contingen=
ter quero ergo per quid inheret albedini. ſi dicas
per aliam inherentiam actualem procedetur. Si
dicas ꝙ illa inherentia actualis non inheret per
aliam inherēntiā pari ratione ſtandum fuit in pri
ma. Itē vel iſte reſpectus actualis eſt poſterior al
bedine vel prior. Si poſterior ergo non repugnat
albedinē eē naturaliter abſqꝫ ſubiecto. ſi prior er=
go non poteſt concipi ſine actuali inherentia. For=
te dicis ꝙ hoc eſt verum ſcd̄m phm̄. Contra philo
ſophus in ca. de vacuo querit ſi eſſet ſpaciū in quo
tantum eēt color aut ſonus vtrum ibi eſſet vacuuꝫ
et reſpondet ꝙ ſic ſi eēt receptiuuꝫ corporis. Ma=
infeſtuꝫ eſt autem ꝙ hec queſtio ex prio intellectu
ei⁹ ĩcluderet cōtradictoria ſi color nō poſſꝫ cōcipi
ſine actuali ĩherētia ad ſubiectū cū ſubiectū ei⁹ nō
poſſit eē niſi corp⁹ Et ſic nō tm̄ eſſet color ſꝫ ēt cor
p⁹ Et p ꝯñs nō eēt vacuū ¶ Ad iſtas rōnes phi di
cēt theolog⁹ ꝙ nō ē ſimile de effectu formali et de
mā in qua Et ſi dicatur effectus formalis realiter
diſtinguitur a forma ergo deus poteſt ipſum face=
re ſine forma Negatur conſequētia cetera ſoluūt
ex opere nr̄o de ente et eſſentia Quibuſdem vide
tur ꝙ qualitates non poſſūt eſſe ſine ſubiecto quo
quod eſt quantitas ſola autem quantitas poteſt eſ
ſe ſine omni ſubiecto Sed cōtra Beatus thomas
dicit albedinem poſſe eſſe ſeparatam Item quali
tas eſt perfectior q̄titate ergo poteſt eſſe ſine ſub
iecto Forte negas antecedēs quia q̄titas propin
quior eſt perfectiori ſimpliciter ſcilicet ſubſtantie
ergo eſt perfectior ſed hoc nichil eſt quia ſapiētia
et ſimiles qualitates videntur magis conuenire
cum ſapiētia increata q̄ꝫ q̄titas Alij dicūt ꝙ qua=
litates non ſunt in quantitate quia accidens non
poteſt eſſe ſubiectum accidētis. Sed contra quod
predicatur per ſe 2°. modo de alio eſt in eo ſed i ſci
entia mathematica demonſtrando paſſiones de
accidētibus ergo ſunt in eis quia motus eſt ſubie=
ctum velocitatis et tarditatis Et equalitas fūda=
tur in quantitate.

¶ Nunc conſiderandum eſt an deus ſuppleat om
ne genus cauſe efficientis et de hoc dicit S. T. li.
3. contra gentiles ca. 69. ꝙ auicēna poſuit omnes
formas ſubſtantiales ab intelligentia agente ef=
fluere accidētales autem formas eē ponebat ma=
terie diſpoſitiones que ex actione inferiorum agē
tium materiam diſponentium proueniebant. Aui
cebron. in lib. fōtis vite dicit ꝙ nullum corpus eſt
actiuum ſed virtus ſubſtantie ſpiritualis pertran
ſiens per corpora agit actiones que per corpora fi
eri videntur Hec etiam eſt opinio quorūdam mau
rorum vt narrat Raby moyſes de potentia. q. 3. ar.
7. Et ſi obiceret̄ cōtra eos ꝙ ex applicatiōe ignis
ad calefactibile ſemper ſequitur calefactio niſi ſit
impedimētū ergo ignis eſt cauſa caloris per ſe Di
cebātꝙ de⁹ ita ſtatuit vt iſte curſus ſeruaretur ĩ re=
bus ꝙ nunqꝫ ipſe calorem cauſaret niſi appoſito

igne. Sed iſti deſtruunt ierarchiā naturalem quā
alij vocant cathenam auream ſecundum quam in
ferioꝛa reguntur et cauſantur a ſuperioꝛibus per
cauſas naturales medias. Item hec poſitio repu-
gnat ſenſui. Si enī ignis non generat caloꝛē tunc
per caloꝛem et ſenſationem non poſſemus iudica
re ignem eſſe calidum quia nec ſenſatio nec caloꝛ
quem percipimus ſecundum iſtos eſt ab igne. Itē
tunc foꝛme ⁊ virtutes naturales fruſtra eſſent col
late rebꝰ ſicut ſi cultellus non incideret fruſtra ha
beret acumen. Item qui dat principale dat ea que
ſequuntur ad illud ſed facere aliquid actu conſe-
quitur ad eſſe in actu vt patet in deo igitur. Item
tunc per nullum effectum manifeſtaretur virtꝰ ali
cuius cauſe create et ſic non poſſet virtꝰ creata co-
gnoſci. ¶ Alij dixerunt ꝙ deus nullo modo cōcur
rit ad actionem rerum naturalium. Sed res natu
rales ſic ſunt inſtitute vt nulla alia cauſa concur-
rente poſſint agere. Sed ꝯtra hoc obicit diſcipl̄s
quia tunc deus non eſſet naturaliter pꝛeſcius fu-
turoꝛum quia ſi voluntas hominis ſit totalis cau-
ſa ſui actus voluntatis ſine deo ergo ꝗ̄tumcūqꝫ vo
luntas diuina ponatur determinata ad vnam par
tem adhuc poterit voluntas creata aliter velle et
ſic nō erit certitudo in ſciētia dei. Item tunc deus
non eſſet omnipotens quia poteſt a voluntate im
pediri Non enī poteſt ſcire actum volūtatis mee
eſſe niſi voluero.

¶ Notandum pꝛeterea ꝙ circa actiones rerū due
ſunt opiniones ſolemnes doctoꝛ ſubtilis in. 4. d.
12. q. 3. tenet accidens ſe ſolo poſſe agere et pꝛodu
cere quaſdā foꝛmas accidentales non autem ſub-
ſtantiales quia accidens non poteſt pꝛoducere vni
uoce foꝛmam ſubſtantialem cum ſit alterius gene
ris nec equiuoce quia cauſa equiuoca ſemper eſt ꝑ
fectioꝛ ſuo effectu ſed accidens non eſt perfectius
ſubſtantia ergo non poteſt eam pꝛoducere. Si enī
inquit non omnis cauſa equiuoca ſit ꝑfectioꝛ tunc
poſſet dici ꝙ muſca eſt perfectioꝛ deo quia non po
teſt hoc alit̄ impꝛobari niſi qꝛ deꝰ eſt cauſa equiuo-
ca muſce Et ſimiliter poſſet dici ꝙ totum vniuerſū
eſt factum a muſca licet ſit perfectius ea. Contra
ſuam opinionem ipſe inſtat quia albedo eſt cauſa
equiuoca ſue intellectionis et tamen non eſt per-
fectius ea quia eſt ens ſpirituale. Item ſecunduꝫ
galienum in ſemine eſt quedam virtus foꝛmatiua
fetus que tamen non eſt nobilioꝛ fetu cum ſit acci
dens. Item multa animalia generantur ex putre
factione que ſunt nobilioꝛa putrefactis et ipſo ce
lo quia quodlibet animatum eſt perfectius inani-
mato celum autē inanimatum eſt. Ad iſta dicit ꝙ
albedo nō eſt cauſa totalis intellectionis. ſed ita
poſſet dici ꝙ quando ſubſtantia generatur ex ac-
cidente tunc non eſt cauſa totalis ſꝫ concurſus ge
neralis dei coagit. Aliter arguitur ab eodem quia
accidens ſeparatum vtputa caloꝛ poteſt in aqua ꝓ
ducere tantam caliditatem ꝙ expellet foꝛmā ſub-
ſtantialem aque ergo pꝛoducet aliam foꝛmam ſub
ſtantialem quia materia nō poteſt eſſe ſine foꝛma
nec poteſt annichilari. Hic reſpondet vno modo ꝙ
caliditas licet ꝗ̄tum eſt ex parte ſui poſſit pꝛodu-
cere quēlibet gradū in paſſo tamē hoc repugnat ſi
bi in hoc caſu ex parte paſſi. Et ſi queratur an poſ-
ſit pꝛoducere gradū caloꝛis incompoſſibilē foꝛme
ſubſtantiali ipſius aque dicit ꝙ hoc implicat quia ſi
talis gradus ſit in aqua iam non eſt incompoſſibi-
lis foꝛme aque quia nihil manet ſub aliquo ſibi in
compoſſibili. Sed contra tunc nunꝗ̄ alterās per
alterationem coꝛrumperet ſubām qꝛ nunꝗ̄ pꝛodu
cit gradum incompoſſibilē alterabili. Concedit il
latum quia pꝛius naturaliter nō coꝛrumpitur per
aliquid poſterius naturaliter ſed quicquid eſt in-
ductum ab alterante eſt poſterius foꝛma ſubſtan-
tiali rei alterabilis ergo per nullum tale coꝛrum-
pitur ſubſtantia alterabilis ſed ſubſtantia ſolū coꝛ
rumpitur a ſubſtantia. Sed cōtra tūc minima gut-
ta aque nō poſſet coꝛrumpi a maximo caloꝛe ſepa-
rato ſi circundaretur eo. Reſpondet concedendo
vel dicit ꝙ coꝛrumperetur ab agēte vniuerſali ſcꝫ
celo ad quod eſt fuga naturalium vel ſi celum non
ſufficeret recurrendum eſt ad deum. nec hoc eſt fu
gere ad miraculum quia deus regulariter ſupplet
impotētiā nature Aliter arguitur manifeſtum eſt
ꝙ foꝛma ignis nō pōt ſtare cū quacunꝗ̄ frigidita-
te nec ſine aliqua caliditate ponamꝰ gͦ ꝙ nō poſ-
ſit ſtare cum frigiditate vt. 6. nec ſine caliditate vt
4. tūc ſic frigiditas vt. 10. ſepata ꝑ tp̄s cōtinue agē
do ꝓducit quēlꝫ gradū frigiditatis īfra. 6. gͦ ī tmī
no tēpoꝛis foꝛma ignis eſt coꝛrupta Item illa fri-
giditas eſt coꝛruptiua vnius gradus caliditatis ip
ſius ignis ergo et cuiuſlibet quia omnes gradꝰ ſūt
homogenei. i. vnius ſpeciei et reſiſtentie Item ar
guit aureolꝰ ſecundum phm̄ generatio et altera-
tio ſūt due mutationes habētes neceſſario conco
mitātiā Nam impoſſibile eſt ꝙ alteratio ſit vltima
quo ad terminum quin in eodē inſtāti ſit foꝛma ſub
ſtantialis et diſpoſitio vltima ſemper eſt ab eodeꝫ
a quo eſt foꝛma ſubſtantialis ſed ab accn̄te ſecūdū
ſe ſūpto ſiue ſeparato poteſt eē diſpoſitio vltima
vt pꝛius patuit ergo et foꝛma ſubſtantialis altera
tio enim aliquomodo terminat̄ ad foꝛmā ſubſtātia
lē Deinde pꝛo ſolutione alterius argumēti de ſe-
mine dicit ſcotus in 2. d. 18. ꝙ ſemē cuiuſcūqꝫ agen
tis eſt imperfectius eo vnde nō eſt principiū acti-
uū generatiōis vel vltime foꝛme ſubſtantialis Et
ſi queratur a quo ergo gn̄antur animalia viuētia di
cit ꝙ ab angelo vel a deo Nō ab angelo quia āge-
lus nō agit niſi mediāte motu celi reliquitur ergo
ꝙ a deo Sed cōtra ſequeret̄ ꝙ equus nō gn̄aret e-
quū nec homo generaret hoīem qꝛ q̄ro vt̄ pr̄ gn̄at
qn̄ eſt ⁊ hoc nō opꝫ Generat ergo quādo eſt moꝛtuꝰ
Sed tūc nō eſt niſi ī ꝟtute q̄ eſt ī ſemine ergo ꝟtus
que eſt ī ſemīe eſt pꝛicipiū actiuū geniti ſed hoc vi
det̄ coincidere cū opīone mauroꝛū et auicēne Itē
caliditas ꝓducta ex reflexiōe radioꝝ ſolariū ī ſpe
cl'o cōcauo ꝓducit foꝛmā ſubſtātialē ignis vt expe
riētia ꝓbat ⁊ tn̄ nō vr̄ aliqd̄ agēs ꝑticl'are aliud cō
currere igr̄ Itē ex foꝛti ꝑcuſſiōe duoꝛū lapidū gn̄a
tur ignis q̄ nō ꝓducit̄ niſi ex vehementi motu eoꝛū
dico gͦ ꝙ accn̄s ī ꝟtute ſbē aq̄ tn̄ ē ſepatū pt̄ ꝓducē
ſubām ſed nullū accn̄s virtute ꝓpꝛia pꝛoducit ſub
ſtantiam. Secundum patet quia nullus effectus

adequat⁹ virtuti ſuperiori pōt ꝓduci a virtute infe-
riori tanq̄ a cā totali vt pꝫ ex rōe adequatiōis ſꝫ ef-
fect⁹ vniuoc⁹ q̄ eſt ſubā ē adequat⁹ cāe vniuoce q̄ ē
ſubā qꝛ cauſa vniuoca habet pro termino adequa-
to effectum vniuocū quia ſi produceret aliquod no-
bilius ſe tunc eſſet equiuoca. Sed omne accidēs
eſt inferius ſubſtantia ergo nulla ſubſtātia poteſt
ab accidente virtute propria produci. Et ideo per
hoc ſufficienter poteſt probari ꝙ deus eſt ens per-
fectiſſimum vt patꝫ ex S. T. 1ª. q. 4. ar. 2. vbi ait ꝙ
quicquid perfectionis eſt in effectu oportet inue-
nire in cauſa effectiua vel ſcđm eandem rationem
ſi ſit agens vniuocum vel eminētiori mō ſi ſit agēs
equiuocum. Deinde dicitur ꝙ forma ſubſtantialis
nunq̄ agit mediātibus qualitatibus actiuis ⁊ paſ-
ſiuis vt dicit. S. T. 3ª. q. 77. ar. 3. ad. 3m. vnde acci-
dentia ſunt quaſi inſtrumenta ipſius ſubſtātie.

¶ Contra hec arguitur deſtructo priori eſſentiali-
ter deſtruitur poſterius ſed eſſe eſt prius q̄ agere
et eſſe accidentis eſt ineſſe ergo ſi accidens ſit ſe-
paratum ipm̄ nichil agit. Item actiones ſunt ſup-
poſitorū vt patet prio metha. ſed accidens nō eſt
ſuppoſitum igit̄ Item mathematica non agunt ſed
accidens ſeparatum a q̄titate eſt ens mathemati-
cum ergo non agit maior eſt philoſophi. 3. metha.
Et S. T. dicit 1ª. q. 5. ar. 3. ad 4m. ꝙ entia mathma-
tica abſtrahunt a ratione finis et ſic non habēt ra-
tionem mouentis.

¶ Secundo. 1. de ge. dicitur ꝙ agens et paciens
debent cōicare in materia ſed accidens cum nullo
cōicat in materia. Item accidens ſeparatum non
eſt extenſum ergo non habet moduꝫ q̄titatiuū et
per conſequens non eſt actiuū patet conſequētia
qꝛ ad hoc ꝙ agens naturale agat oportet ꝙ ſit ap-
proximatum paſſo approximatio autē fit ſecundū
ſitum qui cōuenit tantū extenſis et quantis.

¶ Tertio ſi accidens ſeparatuꝫ haberet ſuā actio-
nem ergo ſpecies intelligibiles ſeparate ab intel-
lectu poterunt intelligere et potentia currendi ſe-
parata ab homine poterit currere. Item tunc acci-
dens ſeparatuꝫ poſſet moueri quia grauitas ſepa-
rata ageret ergo deſcenderet quod tamen eſt fal-
ſum quia nichil mouetur niſi corpus. Item tūc ali-
quid citra deum eſſet ſua potentia actiua quia cali-
ditas ſeparata ageret per ſuā eſſentiam ſicut quā-
do erat in ſubiecto. Item ſi accidens ſeparatur ꝑ
miraculum ergo ceſſante miraculo et approxima-
ta ſubā accidēs naturaliter faciet ſe inherere ſub-
ſtantie a qua prius fuit ſeparatū patet ſic qꝛ prius
fuit ſeparatū ꝑ miraculum g° ceſſante miraculo re-
bus exn̄tibus in ſua natura nō erit amplius ſepa-
ratum ⁊ ſic albedo effectiue faciet ſubiectum albū.
Itē ſi accidens hꝫ miraculoſe ꝑ ſe eſſe ergo hꝫ eſſe
ſubſtantie qꝛ ꝑ ſuū eē qđ eſt ineſſe nunq̄ pōt habe-
re per ſe eſſe vel per ſe ſubſiſtere qꝛ ſubſiſtere ē de
predicamēto ſubſtantie nō autē eſſe accidentis.

¶ Quarto arguitur pro auicēna q̄titas impedit
actionē ſed omne corpus eſt q̄tuꝫ ergo nullū agit
ān̄s ptꝫ qꝛ ponderoſa non poſſunt moueri ergo q̄-
titas impedit motū. Itē forma nō fit ex aliquo qꝛ
non hꝫ materiā ꝑtem ſui ergo creatur ergo ē a ſolo
deo. Itē accidens nō tranſit de ſubiecto in ſubm̄ ꝫ
actio corporis nō pōt tranſire in aliqđ paſſum.

¶ Quito vel de⁹ et natura agūt vna opatiōe vel
duab⁹ nō primū quia ſunt alteri⁹ nature ⁊ vna opa-
tio nō pt̄ eē in duobus nec ſcđꝫ quia due opatiōes
non poſſunt terminari ad idē factuꝫ forte dicis ꝙ
terminantur ad idem ſecundum prius ⁊ poſterius
Cōtra natura imediate attingit effectū ⁊ ſimiliter
deus igitur. Item conſeruare rē non eſt operari ꝑ
illā rem ſed deus non agit in rebus niſi eas cōſer-
uando et eas inſtituit vt poſſent ſine alio operari
ergo deus non operatur in rebus ſi em̄ operaretur
hoc eſſet aliquid cōferēdo rebus ſed tūc quero an
illud ſufficit ad hoc ꝙ res naturalis agat abſq̄ cō-
curſu dei vel nō ſi primum ergo eadē ratiōe poteſt
dici ꝙ virtus naturalis ſufficiebat ſi ſecundū tunc
oportebit ꝙ iterum aliud faciat anteq̄ res agat ⁊
ſic in infinitum.

¶ Sexto tunc idem produceretur neceſſario ⁊ cō-
tingenter quia a deo res producuntur libere ⁊ per
conſequens poſſunt non produci et a natura pro-
ducuntur naturaliter ergo neceſſario. Item actio
dei et creature diſtinguūtur ergo poſſunt ſeparari
ita ꝙ erit actio creature ſine actione dei. Item tūc
voluntas nō eſſet libera quia non poteſt agere ni-
ſi ſuppoſita actione dei ſed non eſt in ſua poteſta-
te ꝙ deus agat. Item deus eſt cauſa ſufficiens
ergo ſuperflue ponitur actio creature Item deus
producit totum vel partem effectus ſi primum er-
go agens naturale nichil facit ſi ſecūdum ergo al-
teram partem agens naturale producit ſe ſolo.

¶ Septimo in generatione hominis de⁹ ſe ſolo
producit animam ergo hoc etiam poteſt teneri in
generatione aliorum animalium ꝙ ſcilicet ſolum
diſponunt materiam ad ſuſceptionē forme ſi enim
dicas ꝙ celum ſufficit ad producendum animalia
genita ex putrefactione pro quanto agit in virtute
intelligentie ergo etiam celum agens in virtute i-
telligētie cū homine poterit producere animā ip-
ſius hominis. Forte dicis ꝙ materia eſt in potētia
ad animam vegetatiuam et ſenſibilem non autem
ad animam rationalem Contra Ex anima ratiōa-
li et materia fit ens naturale per ſe ergo materia
ſe habet vt potentia Item non ſequitur homo ge-
nerat hominem ergo producit animam rationalē
ergo etiam non ſequitur in alijs rebus.

¶ Octauo arguitur ꝙ per generationem natura-
lem non producatur forma naturalis quia forma
prefuit ante generationem igitur. antecedens pꝫ
quia philoſophus dicit in 16° de animalibus ꝙ vir-
tus que eſt in ſemīe eſt ſicut filius de domo patris
egrediens ſed filius eſt anteq̄ egrediatur de do-
mo et eſt eiuſdem ſpeciei cum patre ergo ſemen eſt
eiuſdam ſpeciei cum patre ergo habet animam qn̄
adhuc eſt in patre. Item arguitur ꝙ in ſemine nō
eſt principiū actiuū generationis ipſius forme qꝛ
tunc idem corrumperet ſe quia ad introductioneꝫ
illius forme ſequitur corruptio ſeminis et per con-
ſequens omnium accidentium eius.
Item principium vniforme non eſt principiū acti-
uum difformitatis niſi paſſiuum, ſit difforme ſed ſe

men eſt vnifforme et vnigenium et ſimiliter materia ergo non poteſt alterari ad tantam diuerſitatē quanta apparet organis ex ſuis geniti ſcilicet corporis organici.

¶ Nono arguitur ꝙ ſubſtantia agat non mediante qualitate quia ſubiectum producit effectiue ſuas potentias ſcd̄m. S. T. 1ª. q. 77. ar. 6. ad. 2m. et nō mediāte alia qualitate. Itē aqua calida reducit ſe ad frigiditatē et non mediāte alia qualitate Forte dicis ꝙ inanimata non mouent ſe et per cōſequens ꝙ aqua non reducit ſe ad frigiditatem. Contra forma eſt magis natura q̄ȝ materia ſꝫ materia eſt principium paſſiuum motus naturalis ergo forma eſt principiuȝ actiuū. Forte dicis ꝙ aqua reducit ſe ad frigiditatē actualem per aliquā qualitatem que vocatur frigiditas virtualis et hec eſt inſtrumentum forme ſubſtantialis. Sed cōtra forma ſubſtantialis aque non diſtat ab aqua ergo nō requirit inſtrumentum. Item in primo inſtanti eē ipſius aque tunc producit iſtam frigiditatem virtualem queritur ergo mediante quo Forte dicis ꝙ aqua nunq̄ȝ eſt difformiter frigida ⁊ ideo vna pars alterat aliam et eam reducit ad frigiditatem. Sed contra a proportione inequalitatis nō fit actio ergo pars que eſt calidiſſima non poteſt ab alia reduci ad frigiditatem. Itē lapis ſecluſa grauitate ininclinatur ad deſcendendum deorſum ergo poteſt ſine alio medio producere motum deorſum. Item illa forma eſt immediatum principium agendi in qua generans et genitum aſſimilatur ſed generatum aſſimilatur maxime generanti in forma ſubſtantiali. Secundum quid autē ſibi aſſimilatur in accidentibus ergo forma ſubſtātialis ſine alio medio eſt principium actionis. Itē niſi ſubſtantia immediate produceret accidens procederetur in infinitum. Item ſubſtantia eſt prius accidente ergo actio ſubſtantie eſt prior actione accidentis ſed in illo priori accidens non agit igitur.

¶ Decimo probatur ꝙ accidens exiſtens in ſubieiecto non ſolum eſt agens inſtrumentale et forma ſubſtantialis agens principale vt dictum eſt quia calor aque calefacte calefacit principaliter. Forma eñ eius potius frigefaceret. Item poſita frigiditate aque manus frigeſit omni alio ſecluſo nō autem econuerſo puta ſi ponatur aqua ſine frigiditate ergo frigiditas eſt totalis cauſa. Item quando vapor eleuatus aſcendit ſurſuȝ ille motus cauſatur a leuitate tantum et per hoc poſſet probari ꝙ leuitas eſt natura. Item tunc omnis motus eēt naturalis vtputa quando aqua calefacit manum quia hoc eſſet a forma eius. Et ſimiliter arguitur de motu ſurſum qui eſt per leuitatem.

¶ Undecimo deus prius producit res q̄ȝ agēs naturale quia prius eſt deus agere q̄ȝ agens naturale agere non eñ conuertitur ſubſiſtendi conſequētia ergo prius res eſt q̄ȝ agens naturale agat ſꝫ qd̄ iam eſt a nullo poteſt produci igit̄. Item deꝰ nunc eodem modo ſe habet ſicut haberet ſi produceret res ſe ſolo terminaret totaliter productionem rei ergo et nunc. Item cōmen. dicit. 9. metha. C. 7. ꝙ moderni ponunt vnum agens omnia entia cauſare ſine medio ſcilicꝫ deum et conuenit illis dicere vt nullum ens habeat propriam actionem naturaliter et per conſequens non habebunt eſſentias proprias. Actiōes enim nō diſtinguūtur niſi per eſſentias diuerſas Et iſta opinio eſt valde extranea a natura hominis. 12 ⁊c. Item oē calidum eſt a primo calido ergo omne eſſe eſt a primo efficiente et non ab agente naturali.

¶ Ad primum dicendum ꝙ accidens non dependet a ſubiecto eſſentialiter et ideo nō eſt eſſentialiter poſterius. Sed cōtra actio accidētis et actio ſubſtātie hn̄t ordinē eēntialē ꝗ actio accn̄tis ē eēntialiter poſterior ideo dicunt alij ꝙ actio accidentis non poſſet eſſe ſine ſubſtantia niſi deꝰ ſuppleret vicem ſubſtantie. i. cauſalitatem. Sed de hoc alias. Ad aliud dicunt quidam illam propoſitionē nō haberi in phō ſed bn̄ dicit philoſophus ꝙ actiones ſunt ſingularium aliter tamen dicitur ꝙ accidens ſeparatum habet modum ſuppoſiti. Sꝫ queritur cum abſtractum non predicetur de concreto. An iſta ſit vera albedo ſeparata eſt agens et calefaciens Dicendum ꝙ ſic. Ad aliud dicitur ꝙ quantitas habens accidentia naturalia non eſt ens mathematicum et ideo poteſt agere. Sed an q̄ȝtitas ſine accidentibus videretur dicendum ꝙ non licꝫ vocetur ſenſibile per ſe. 2. de anima.

¶ Ad ſecūdum dicitur ꝙ hoc verum eſt de agētibus vniuocis Ad aliud dicitur ꝙ accidens ſeparatum a ſubſtantia adhuc eſt in quantitate et ꝑ conſequens extenſum vtrum autem ſecluſa quantitate ageret de hoc poſtea.

¶ Ad 3m. dicitur ꝙ ſpecies et qualitas non ſunt principium totale ſuarum operationū et ideo ſeparata non poſſent eas exercere Sed cōtra calor etiā non eſt totalis cauſa quādo eſt in homine ipſius calefactionis Item ſpecies in viſu videtur eſſe totalis cauſa viſionis ideo videtur quibuſdam ꝙ ſpecies et charitas ſeparata poſſent introducere ſuos actus in anima quia S. T. dicit prima parte ꝙ nichil differt adhoc ꝙ forma ſit principiuȝ actionis ꝙ ſit inherēs vel q̄ȝ ſit per ſe ſubſiſtens. q. 56. ar. 1. Sed dico ꝙ nō eſt ſimile de iſtis accidētibus ſpiritualibus et alijs quidam dicunt hec accidentia non poſſe ſeparari quia non indiuiduātur ſeipſis vt q̄ȝtitas ſed contra anima ſeparatur. De calore dicitur ꝙ deus communicaret ſibi potentiā actiuam quod ſi non faceret forte nō ageret vel dicitur ꝙ nulla ſubſtantia circa deum eſt ſua potentia actiua Ad aliud negatur conſequētia Ad aliđ dicitur ꝙ eſſe quod prius habebat accidēs quādo erat i ſubiecto nūc ē eē ꝑ ſe accn̄tis ⁊ priꝰ hēbat illđ eē erat tamē in potētia obediētie vt eēt per ſe non ſecundum propriam naturam et ideo non eſt de genere ſubſtantte.

¶ Ad quartum dicit. S. T. lib. 3. contra gentiles ca. 69. ad quartum ꝙ quantitas non impedit actionem forme niſi per acidens vnde corpus quod habet minus de materia et plus de forma ſicut ignis eſt magis actiuuum. Ad aliud dicitur ꝙ forma non fit vel ſi fiat habet naturam in qua quod ſufficit.

¶ Ad quintum dicit. S. T. de potentia. q. 3. ar. 7. 3m. ꝙ deus et natura immediate operantur idem duabus operationibus ſubordinatis. Quidam dicunt ꝙ deus immediate attingit formaꝫ rei immediatione virtutis quia nulla cauſa attingit ſuum effectum niſi virtute ꝓme cauſe eo ꝙ prima cauſa applicat q̄ðlibet agens ad operationem ſꝫ agētia naturalia agunt immediate immediatione ſuppoſiti. ¶ Ad aliud dicit ibidē ad ſeptimū ꝙ id qð a deo fit in re quo actualiter agat eſt vt intentio ſola habens eſſe incompletum per modum quo colores ſunt in aere ⁊ ſic nō proceditur in infinitū Albert⁹ magnus cōmento ſuo. 29. vult cōcordare auicennam cum alijs capitulo. 3.

¶ Ad ſextum dicitur ꝙ idem effectus producitur a deo et ab agente naturali neceſſario neceſſitate nature. Ad aliud dicit. S. T. de potentia q. 3. ar. 7 ad. 23m. ꝙ volūtas dicitur hebere dominiū ſui act⁹ non per excluſionē cauſe prime ſed quia cauſa prima non ita agit in voluntate vt eam de neceſſitate ad vnum determinet. Et ideo determinatio actus relinquitur in poteſtate rationis et voluntatis. Sed contra voluntas quantum eſt de ſe eſt indifferens ad plures actus eiuſdem ſpeciei ꝙ ergo ꝓducat hunc et nō illum hoc eſt quia a deo determinatur. Negatur conſequentia ſed eſt ex libertate voluntatis. Ad aliud dicit ibidem ad 16m. ꝙ deus perfecte operatur vt cauſa prima requiritur tamē operatio nature vt cauſa ſcða non abſolute ſed vt ſeruetur ordo in rebus. Ad aliud dicitur ꝙ de⁹ ꝓducit totum ſed non ſe ſolo niſi vno modo vide. S. T. contra gentiles libro. 3o. c. 70. ad 3m.

¶ Ad ſeptimum dicit ibidem ar. 11. ad 15m. ꝙ anima rationalis excedit totū ordinē corporaliū principiorum vnde nullum corpus poteſt agere etiam vt inſtrumentum ad eius productionem. Sed contra homo generando diſponit materiā ad formaꝫ rationalē ergo agit inſtrumentaliter ad eius productionē. Negaꝛ cōſequentia qꝛ anima rationalis excedit modum actionis vt inquit. S. T. opuſ. 32. quia non eſt forma materie penitus immerſa. Generatiua eñ potētia hominis non eſt tota virtus anime humane ſed vna pars eius que conditiōes materie non excedit. Et ideo in generatiōe hominis non attingitur ad idem ſpecie ex vi generationis ſicut in alijs q̄tuncūqꝫ eñ materia ſecundum naturam diſponatur ad aīam humanam deus tamen poſſet eam non creare. Sed contra oē agens agit ſibi ſimile et omne agens agit per virtutē forme ergo illud quod agens agit eſt forma facti ergo forma hominis geniti eſt per actionem generātis alias generatio hominis non eſſet actio vniuoca nec filij aſſimularentur parētibus q̄tum ad diſpoſitiones anime. Item quicunqꝫ dat vltimum cōplementuꝫ operationi alicui ille operatur formā ymo ſanctus thomas dicit de veri. q. 8. 3. ar. ꝙ diſpoſitio vltima eſt naturalis et ab eodē a quo ē forma ſubſtantialis ſed ab homīe eſt diſpoſitio vltima ad animā rationalē. Item homo eſt perfectior alijs animalibus ergo ſtante ſolo concurſu generali dei hōgn̄aret hoiem. ⁊ phūs dicit. 16. de aīalib⁹ ꝙ in gn̄atione femina dat corpus ⁊ anima eſt ex mare. Item ſi deus non neceſſario infundit animam ponam⁹ ergo ꝙ eā nō īfūdat et tūc q̄rit quid erit illð quod remanebit ex generatione hominis vel erit homo vel brutum Item quare deus nō poſſet communicare homini illam virtutem vt generaret hominem ſecūdum formam Item homo ſtāte concurſu dei generali eſt corruptibilis ergo et eſt generabilis Forte dicis ꝙ nō eſt poſſibile quin deus animam illam infundat facta diſpoſitione Hoc nihil eſt quia recta argumentatio et probatiua fūdatur aliquādo in aliquo impoſſibili quia philoſophus. 4. phiſi. probat ꝙ tempus nō eſt motus celi qꝛ tūc poſito ꝙ eſſēt plures mot⁹ celi ſeq̄reꝛ ꝙ eſſēt plura tēpora Reſpōdet. S. T. ibidē ar. 9. ad 5m. ꝙ homo generat ſibi ſimile per virtutem anime rationalis non ꝙ ipſa ſit immediatum principium in generatione humana agens ſed vis generatiua in ſemine patris agēs in virtute anime rationalis Deinde dicit ad 6m ꝙ quādo fo͛a eſt ſubſiſtens ad hoc ꝙ agens generet ſibi ſimile vniuoce non oportet ꝙ ſit cauſa forme ſed ꝙ ſit cauſa vnionis talis forme ad materiam Et idem ponit ad 26m. Sed contra Si homo eſſet ſolum cauſa vnionis ſequeretur ꝙ actio hominis nō terminaretur ad ſubſtātiam et ſic nō eſſet generatio Negatur conſequētia vt patet ibidem ad 19m. Si dicatur illa vnio ē relatio ergo non terminat actionem generātis dicitur ꝙ vnio capitur pro natura habēte partes vnitas Alia argumēta bene procederēt ſi anima eſſet alio modo factibilis q̄ per creationem Et cum queritur. Si deus non infunderet animam rationalem in qua ſpecie eſſet illud cōpoſitum poteſt dici ſicut de embrione ꝙ nō eſſet ī genere vel ſpecie niſi per reductionem vt dicit. S. T. ibidem ad 10m Alij dicunt ꝙ haberet animam ſēſitiuam multo perfectiorem q̄ ſit aīa cuiuſcūqꝫ bruti ⁊ ibidem. ad 29m. dicit ꝙ verbum philoſophi ītellligēdum eſt de aīa ſēſibili

¶ Ad octauū dicit. S. T. ibidem ar. 12. ad 3m. ꝙ virtus non aſſimulatur filio egredienti q̄tum ad cōplementum ſpeciei ſed q̄tum ad acquiſitionē. Sꝫ queritur quō ille qualitates que ſunt in ſemine ꝓducunt formam ſubſtantialē. Dicendum ꝙ eam ꝓducunt pro quāto agunt in virtute ſubſtātie generantis. Contra quero quid intelligitur per iſtā virtutem non aliqua ſubā ergo accidens tūc vel iſtud accidens aget virtute propria vel per aliquā virtutem quā habuit a ſubſtantia ipſius generantis Si primū ergo accidens virtute propria producit ſubſtantiaꝫ. Item cauſa in actu et effectus in actu ſunt ſimul ergo ipſuꝫ generans nullo modo poteſt dici agere per iſtam virtutem poſitam in ſemine.

¶ Item nichil eſt cauſa inſtrumentalis reſpectu illius quod non eſt quia inſtrumentuꝫ eſt mouens motum ergo virtus que eſt in ſemine non agit tāq̄ inſtrumentum generantis quia forte generans ē mortuus. Dicendum ꝙ agit virtute ſubſtantie a ſe prius informate per quam virtutem intelligimus primo ipſum accidens reſoluendo locutionē trāſitiuam in intranſitiuam quod quidē accidēs in ſubſtantia fuit virtuoſius ratione ſubiecti q̄ȝ natū eēt

eſſe ex proprio genere ideoq̧ dicitur virtus ſubſtātie et eſt nobilius ſeipſo ſumpto ſcd̄m propriā rationem. Sicut etiam calor hominis ratione ſubiecti nobilior eſt calore plante aut ignis. 2° ipſum eē accidentis quod in ſubiecto acquiſiuit et eſt accidēte nobilius vtrumq̧ horum dicitur virtus ſubſtantie. i. quā habuit a ſubſtantia et in ſubā ſaltem materialiter et retinuit vlterius dicit petrus de palude ꝙ poteſt agere virtute dei et celi qua agebat in ſubſtantia ſed has duas virtutes recipit accidens ſubiectiue et tranſitiue. A proprio autem obiecto accipit virtutem intranſitiue licet autem talis ſubſtantia in propoſito nō ſit in ſe eſt tamen in ſuo effectu et per illum agit et ipe effectus quādiu retinet virtutem ſubſtantie tamdiu mouetur ab illa.

¶ Notandum ꝙ ſcd̄m capriolum totale agens dicitur dupliciter. Primo ex parte effectus quia ſcilicet totum effectum producit et ſic agens inſtrumētale poſſet dici totale licet non ſit perfectius effectu. Secundo quia producit ſe ſolo excluſis prioribus cauſis. Et notandum ſecundum. S. T. vbi ſupra ar. 9. ad. 16^{m}. ꝙ virtus formatiua que in principio eſt in ſemine manet adueniente anima rationali et que prius fuit formatiua corporis fit poſtmodum corporis regitiua. Et ſcd̄m hoc idem non corrumpit ſe. Alij dicunt ꝙ aliquid ꝑ accidens eſt corruptiuum ſui ſicut phenix dicitur comburere ſe ⁊ lignum mouet ſe deorſum et aliquando cadit infra ignem. Sed dices inanimata non mouent ſe. Pro quo vide. S. T. opuſ. 32. Ca. 1. ꝙ leue quandoq̧ dicitur actiuū et qn̄q̧ paſſiuū principiū motus vt eſt em̄ inſtrumentū generantis poteſt dici principiū actiuum motus quo. Deinde dicitur ꝙ principium vniforme vt eſt inſtrumentum aīe eſt principium difformitatis.

¶ Ad nonum dicunt quidam ꝙ ſubiectum nō proprie efficit ſuas potentias. Sed ꝯtra. S. T. opuſ. 70. q. 5. ar. 4. ad. 4^{m}. dicit ꝙ ſubiectum ſe habet ad aliqua accidentia non ſolum vt potētia paſſiua ſz etiam vt potentia actiua. ideo aliqua accidētia naturaliter perpetuantur in ſubiectis ſuis. Itē oīs potentia mere paſſiua eſt contradictionis vt dicit 9. metha. Subſtātia autē reſpectu proprie paſſionis non eſt in potentia contradictionis hoc eſt ꝙ poſſit eas habere et nō habere ergo non eſt ſolū cauſa paſſiua eius ſed efficiens. Sed hic dicit Capriolus negando maiorem et patet inſtātia de materia celi reſpectu figure. Quicquid ergo ſit dico ꝙ ſubſtantia non eſt cauſa effectiua ſuarū paſſionū per modum tranſmutationis ſed per modum ſimplicis emanationis. Ad aliud dicitur ꝙ natura ꝑ ſe eſt pricipiū motus nec ab aqua poteſt omnis frigiditas actualis remoueri ideo ceſſat argumentū. Quidā dicunt ꝙ ab aere circūſtante reducitur ad frigiditatem. Contra aliquādo aqua fit magis frigida q̄ aer circūſtans ſed a proportione inequalitas non fit actio igitur. Item ponat in vacuo. Itē tūc aqua ſemper fieret ſumme frigida quia aer circūſtans vel celum ea facilitate qua corrūpit vnum gradum frigiditatis etiā corrumpet quēlibet. Alij dicunt ꝙ propter denſitatem producit in ſe frigiditatem. Sed contra ferrum frigeſit tamen non condenſatur. Et dico ꝙ ſatis probabile eſt ponere frigiditatem virtualem quā etiam ponimus ꝙ et omnia alia patent ex dictis.

¶ Ad decimū dr̄ ꝙ nō eſt incōueniēs in actionibꝰ non naturalibus ꝙ forma ſubſtātialis ſubiecti nō ſit principale principium actionis vt patet apud theologos in ſacramentis ſed generans vel celū cum talibus accidētibus principaliter agit ſecus autem eſt in aliis actionibus.

¶ Ad vndecimum dicitur non ideo dicitur deꝰ prius naturaliter agere q̄ cauſa ſecunda quaſi agat in aliquo inſtanti nature in quo res naturalis nō agit ſed quia eius actio nō dependet ab agēte naturali ſed ecōuerſo. Deinde dico ꝙ ariſtoteles nō voluit excludere a rebus actionē cauſe prime quicquid ſit de cōmentatore. Ad aliud dicitur ꝙ idē effectus eſt a deo et a natura ſed diuerſimode vnde eſſe in vniuerſali acceptum eſt a deo tanq̄ a cauſa vniuerſali ſed eſſe tale vel illud eſt ab hoc agente et Notandū ꝙ primum agens quadrupliciter cōcurrit i actiōe nāli 1° dādo agēti nāli formā ⁊ ꝟtutē 2° ipm̄ ꝯſeruādo 3° applicādo eiꝰ ꝟtutē ad opꝰ 4° producit rē ipſā cum agente naturali.

¶ Sequitur in textu dicitur aūt fortuna.

¶ Circa hūc textum querūtur quinq̧ primo An caſus et fortuna ſit in cōtingēti ad vtrūlibet Secundo an fatū imponat rebꝰ neceſſitatem Tertio an natura appetat producere mōſtrū. Quarto an ſecūdum phm̄ cōtingētia rerū ſtet cū ſcīa dei Quito An neceſſitas in rebus ſumat ex ꝑte materie vel ex parte finis vel cauſe proxime.

AD primum ſic proceditur videtur ꝙ caſus et fortūa ſint i cōtingēti ad vtrumlibet per rationes auicēne quas ponit albertus magnus circa textum commēti 48. quia cōtigēs ad vtrumlibet ſe habet equaliter ad eſſe et nō eſſe et ſic nō eſt magis determinatū ad vnum q̄ ad alterum Si ergo eueniat hoc erit a caſu Sed cōtra eſt S. T. auerrois alexander et themiſtius.

¶ Reſpōdeo dicēdum ſecūdum S. T. lec. 7. ꝙ q̄dam negauerūt caſum et fortunā propter duas ratiōes Prima quia omnia iſta que dicūtur fieri a caſu vel fortūa īueniūtur hr̄e aliquā cauſam determinatam aliā a fortuna Itē nullus āntiquoꝝ ſapiētum determiauit de caſu et fortuna ergo ſignum ē ꝙ nō eſt caſus et fortuna Sed cōtra hos arguitur primo dato ꝙ nō eſſet caſus neq̧ fortuna tamen peccauerūt ātiqui nō determinādo de ea quia ſi nichil fiebat a fortuna debebant de ea determinare oſtēdēdo nichil fieri a fortūa Itē empedocles ponebat caſū ⁊ fortunam dicit em̄ ꝙ plurime ꝑtes animalium fiunt a fortuna ſic ꝙ in prima conſtitutione mundi fiebant capita ſine ceruice. ¶ Item democritus dicebat ꝙ ex concurſu athomoꝝ per ſe mobilium caſualiter conſtitutus eſt mūdus ⁊ celum. Contra quē arguit phūs quia ſcd̄m eū anima

lia et plante non fiunt a foꝛtuna ſed ab intellectu
vel natura quod ex hoc patet quia non ex quocūqꝫ
ſemine aliquid generatur ſed ex determinato ſe=
mine fit homo ergo multo magis in celo nihil fit a
caſu qꝛ celeſtia ſunt diuinioꝛa et ſēpiterna. Itē ni
chil videmus in celo quod fiat a caſu multa autem
videmus in iſtis inferioꝛibꝰ a caſu cōtingere. Ter
tia eſt opinio dicentiū foꝛtunā eſſe cauſaꝫ. Et illa
erat deus immanifeſtus intellectui humano q̇ oꝛ=
dinat omnia. Sed iſti abuſi ſunt vocabulo foꝛtune
quia res ſecundū ꝙ comparantur ad eum amittūt
rationem foꝛtuiti quia aliquid vocatur foꝛtuitum
ſcd̄m ꝙ nō eſt oꝛdinatum.

¶ Notandū pꝛeterea ꝙ phūs hic ponit tres diui
ſiones ad inueſtigandū diffinitionē foꝛtune. Que
dam ei ſunt que fiunt ſemper vt oꝛtus ſolis. Que=
dam ſicut frequenter vt ꝙ homo naſcatur oculatꝰ
Neutrum autē hoꝛum dicitur eſſe a foꝛtuna Sed
quedam fiunt in paucioꝛibus vt ꝙ homo naſcat̄ cū
ſex digitis. Et hec dicuntur ab omnibus fieri a foꝛ
tuna aliquid eſt. Item quedam fiunt propter finē
quedam vero nō. Et dicūtur hic illa non fieri pro=
pter finē que nō fiunt propter finē deliberatum ſꝫ
que finē ymagnatū. tertia diuiſio Eoꝛū que fiūt ꝓ=
pter finē Quedā fiunt ſcd̄m voluntatē et quedam
nō ſed fiunt a natura ſed illa que fiunt a volumta=
te dicuntur fieri a pꝛopoſito. Et que fiunt pꝛopter
finem fiunt ſemper aut frequenter.

¶ Notandū ꝑterea ꝙ cāarum alie ſunt per ſe alie
ſunt per accidēs. Si 2ᵐ hoc eſt duplr̄ vno mō ex ꝑ=
te cauſe. Alio modo ex parte effectus. Exemplum
pꝛimi ſic dicimus muſicū edificare qꝛ muſicum acci
dit ei quod eſt cā per ſe domus. Exempluꝫ ſcd̄i ſi=
cut diceremus ꝙ fodiēs ſepulcrū eſt cauſa ꝑ accn̄s
inuentionis theſauri qꝛ inuētio theſauri ſequitur
effectum per ſe ipſius fodientis. Et ſi queratur q̇s
eſt effectus per ſe ipſius agētis a pꝛopoſito. Dicē=
dum ꝙ eſt illud quod euenit ex intētione agentis
vnde quicquid pꝛouenit in effectu vt in paucioꝛibꝰ
pꝛeter intentionem eſt per accidens ſꝫ quod ſem=
per vel frequēter cōiungitur effectui cadit ſub ea
dem intentione. Stultum enī eſt dicere ꝙ aliquis
intendit aliquid et nō velit illud quod vt frequen
ter vel ſemper adiungitur. Item cauſa per accn̄s
duplex. quedā nichil operās vel pꝛeter intentio=
nem et hoc dupliciter. ſ. attingens effectum vt foꝛ
tuna vel ad aliquid ei coniunctuꝫ et ſic eſt occaſio.
S. T. in 1ᵒ. d. 46. ar. 2. 3ᵐ. licet aliquando ſit cauſa
per ſe in 4ᵒ. diſ. 38. q. 2. ar. 1. 4ᵐ. Ponit autem diffe
rentiam inter cām per ſe et per accidens quia cau
ſa per ſe eſt determinata et finita non autē cauſa
per accidens eo ꝙ infinita vni accidūt foꝛtuna er=
go eſt cauſa per accidens in his que fiunt pꝛeter in
tentum Si eniꝫ finis eſſet intentus iam non eſſet
foꝛtuitus vt ſi aliquis hoc pꝛopoſito iret ad foꝛuꝫ
vt pecuniam repoꝛtaret vel ſemper aut frequen=
ter repoꝛtaret quando venit nō diceretur eſſe foꝛ
tuna ſicut non eſt a foꝛtuna. Si q̇s frequenter ma
defacit pedem eundo per lutum licet hoc non in=
tendat. Eſt ergo diffinitio foꝛtune. Foꝛtuna ē cau
ſa ſecundum accidens in hijs que fiunt ſecunduꝫ
pꝛopoſitum pꝛopter finē in minoꝛi parte et ex hoc
habetur reſponſio ad queſitum.

¶ Notandum pꝛeterea ꝙ foꝛtuna immanifeſta ē
homini quia foꝛtuna eſt cauſa per accidens et ſic
eius quod eſt a foꝛtuna ſunt infinite cauſe infini=
tum autem vt ſic eſt ignotum. Exemplum vt ꝙ q̇s
in foꝛo inueniat debitoꝛē hoc eſt quia venit ad fo=
rum pꝛopter infinitas autem cauſas poteſt venire
ad foꝛum patet ergo ꝙ foꝛtuna ſimpliciter nullius
eſt cauſa quia non eſt cauſa per ſe. Item recte vul=
gariter dicitur foꝛtunam eſſe ſine ratione quia ra=
tiocinari non poſſumꝰ niſi de hijs que ſunt ſemper
vel frequenter quia habent cauſam per ſe. Sed q̄
ritur an omnis cauſa per accidens poſſit dici foꝛ=
tuna et omne eueniens a cauſa per accidens foꝛ=
tuitum Dicendū ꝙ non quia cauſa foꝛtuita aliquid
opinatur ad effectum foꝛtuitum licet nō intendat.

¶ Notandū pꝛeterea ꝙ foꝛtuna diuiditur in bo=
nā que dicitur eufoꝛtuniū ⁊ malā que dr̄ ifoꝛtuniū
quādo ſcꝫ accidit alicui malū cū magnitudine vel
pꝛiuatio magni boni licet quis nō habeat illud ni
ſi in potētia pꝛopinqua quia quod parum diſtat ni
chil diſtare videtur Ex hijs patet quare enfoꝛtu=
nia ſint incerta quia ſunt foꝛtuna quedam

¶ Notandum pꝛeterea ſecūdum. S. T. lec. 10. ꝙ
caſus et foꝛtuna differūt quia caſus in plus eſt q̄ꝫ
foꝛtuna quia foꝛtuna ſimiliter infoꝛtuniū ⁊ eufoꝛ
tuniū ſolū fiunt ī habentibus diuinū ſui actꝰ Alia
enim potius aguntur q̄ꝫ agāt vnde foꝛtuna videt̄
eſſe idem felicitati vel ei eſſe pꝛopinqua vel eē ip
ſa: ſi ſcilicet felicitas conſiſteret in bonis exterio=
ribus vnde vulgariter bene foꝛtunati vocātur fe=
lices quia bona exterioꝛa in quibus plurimum ha
bet locū foꝛtuna deſeruiunt inſtrumētaliter ad fe
licitatē Ex quo patet ꝙ neqꝫ ianimatum neqꝫ pu
er neqꝫ beſtia habent foꝛtunam quia non libere
agunt Similitudinarie tamen in ipſis reperitur
enfoꝛtuniū vnde albertus pꝛotarchos dicit alta=
ria eſſe bene foꝛtunata et lapides quoſdam quia
honoꝛantur alia autem cōculcantur et ſic malefoꝛ
tunati dicūtur homines qui ab alijs conculcantur
Nichil tamē pꝛohibet ea pati a foꝛtuna vt cū the=
ſaurus inuenitur ab homine in inanimatis auteꝫ
reperitur caſus vt cum tripoda cecidit caſu ſic ꝙ ē
apta ad ſedendum Et caſus accidit in hijs que ſūt
pꝛopter aliquid quod declaratur per vanum quod
eſt nomen pꝛopinquum caſui diuinantē vanū cum
id quod eſt pꝛopter aliquid nō fiat eius cauſa vt ſi
quis ambulet ad deponēdum ſuper fluum nature
Si hoc non accidat dicitur fruſtra deambulatio et
eius deambulatio eſt vana Non eſt autem fruſtra
Si balneato non deficiat ſol quia balneatio nō fi
ebat vt ſol deficeret. ¶ Notādū ꝑterea ꝙ caſus ⁊
foꝛtuna reducuntur ad genus cauſe mouentis qꝛ
eſt cauſa eoꝛum que ſunt a natura vel eoꝛū que ſūt
ab intelligentia et ſic pꝛeſupponūt cām per ſe. Et
ideo caſus non eſt cauſa celi vt quidā dixerūt quia
alias opoꝛteret aliquid eſſe pꝛoductum a cauſa per
ſe ante celum. ¶ Notandū pꝛeterea ſcd̄m aug. in
4. de ciuitate dei quidam rudes opinati ſunt foꝛtu
nā eſſe deam et ſic romani fecerunt ſibi aram et eā

colebant et dicitur eius ſimulachrum fuiſſe locutū vt patet apud valeriū vnde iuuenalis ſat.10. Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia. Sed te nos facimus fortuna deā celoq; locamus Sed cōtra fortuna aliqñ eſt bona et aliquādo mala ergo nō eſt dea ſed potius demon. Item vel omniū eſt vna dea vel ſunt tot dee quot ſunt homines diuerſimode fortunati. Item fortuna eſt ſine ratione et ceca ergo vanum eſt eā colere. Si queratur ergo quid ſit fortuna ſcōm veritatem vel ens rōnis videtur dicendū ꝙ ſit relatio. Sed dices ꝙ eſt cauſa per accidens tunc queritur que res eſt iſta cauſa per accidens.

¶ Notandū preterea ꝙ magna eſt difficultas apꝰ multos de ea bone fortune quare aliqui ſunt bene fortunati vnde. S. T. dicit lib.3.ꝯtra gentiles ca. 92. ꝙ aliqui homies habent ex impreſſione corporis celeſtis aliquā efficaciā in aliquibus corporibꝰ faciendis quas alius non habet puta medicus in ſanando et agricola in plantādo (7 qꝛ hoc ſibi ſepe euenit ꝙ ſit bene fortunatus ideo non eſt dicēdum ſolū a caſu) et miles expugnando vnde aliqui vidētur eſſe qui regulariter proſperant̄ in vno ludo vel in aliis rebus ita ꝙ erunt duo milites qui in nullo videbuntur differre et vnus regulariter obtinebit victoriā alter vero non Queritur ergo vnde hoc ꝓuenit dicit. S. T. ibidē ꝙ aliquid poteſt alicui contingere a bona fortuna preter eius intentionē tripliciter ſcꝫ ſcōm ordinem celeſtiū corpoꝝ vel diſpōnem angelorū vel etiā dei quia nr̄m corpus ſubdit̄ corporibus celeſtibus et intellectꝰ angelis voluntas vero deo. Et ideo ex impreſſione celeſtium corporum vnus inclinatur ad aliquas electiones ſibi vtiles quarū tamē vtilitatē propria ratione nō cognoſcit. Similiter ab angelis intellectus vnius illuminatur ad eadē et ex hoc diuina operatione inclinatur eius voluntas ad aliquid eligendū cuius rōem ignorat et talis dicitur eſſe bene fortunatus et econtrario male fortunatus ſicut Iechonias de quo dicitur ſcribe virum iſtum ſterilē virum qui in diebus ſuis non proſperabitur. ¶ Et notanduꝫ ꝙ ex impreſſione corporū celeſtiū dicit̄ quis bene fortunatus et bene natus. Non eñ poteſt intelligi ꝙ hoc ex diuerſa natura procedat ꝙ vnus vtilia ſibi eligat et alius nociua preter rationē propriā cum natura intellectus in omnibus ſit vna Sed ſcōꝫ ꝙ intellectus homis illuſtratur ad aliquid agendum non dicitur hō bene natus ſed magis cuſtoditꝰ vel gubernatus. Ex hoc patet vnde prouenit ꝙ homo aliquando eſtimat ꝙ aliquid ſit bonū fieri Si tamē q̄reretur quare reſpōderet ſe neſcire vñ qñ pueiet in finē vtilē quē nō ꝓcōſiderauit erit ſibi ſeruitum

¶ Notandū tamē ꝙ bona moralia non ſūt preter intētionem cū in electione conſiſtant et ideo reſpectu eorum poteſt aliquis dici bene vel male natus nō autē fortunatus ſed tantū reſpectu exteriorum bonorum que preter intentum eueniūt vnde ergo eſt ꝙ vnus miles potius vincit. Dicendū qꝛ eligit cōuenientia ad finem et ad hoc inclinatur per illuminationem intelligentie vel prima gentis. Ex quo patet dicit. S. T. ꝙ nemo poteſt eſſe bene fortunatus vniuerſaliter ex virtute corporis celeſtis quia natura eſt ad vnū determinata fortuitū auteꝫ non eſt tantum vnum. ¶ Notandū preterea ſcōm phm̄ in libro de bona fortuna ꝙ eſſe bene fortunatum non eſt a natura qꝛ natura eadem eſt in diuerſis nec eſt preciſe a ratiōe qꝛ bene fortunati aliqñ ſunt magis inſipientes et bene fortunati neſcirēt ſuorum impetuū reddere rōnem. Item tunc bona fortuna quereretur per ſtudium. Item bona fortuna non eſt a ſolo deo cum iniuſtos videamus eſſe bene fortunatos. Item deus eſt mouens vniuerſale vniformiter agens q̄tum eſt in ſe ergo ꝙ vnus ſit bene fortunatꝰ oportet ꝙ hoc proueniat ex aliqua diſpoſitione Dicit tamē philoſophus ca.2. ꝙ ſicut maius bene regitur quam daimona dirigit Sic q̄dam dicunt ꝙ in taxillorum caſu hic eſt bene fortunatus eo ꝙ ametur a deo vel propter aliquod dirigēs itrinſecum.

¶ Contra hec arguitur per aureolum quia philoſophus ibidem habet pro icōueniēti ꝙ deus ſit cauſa ꝙ mali ſint bene fortunati ergo ſanctus thomas eufortunium nō debet attribuere deo. Item libro.1. cōtra gētiles ca.88. Error eſt dicere ꝙ deꝰ omnia producit ſecūdum ſimplicem volūtatē et ꝙ ī nullo oportet ratiōem reddē niſi quia deus vult ergo non eſt iſte dicēdus bene fortunatus a deo. Item illud quod eſt poſſibile reduci ī principia naturalia ridiculoſum eſt reducere immediate ad deum vnde ſubſtrahētes actiones corporibus naturalibus vt dignificēt deum tāq̄ immediate omia facietem nō habēt cerebrum naturaliter abile ad bonum vt cōmē. dicit.9.meth.cō.7. imo ſi natura poteſt recipere talem virtutem actiuam videtur ꝙ deus eſſet iuidus ſi nō cōmunicaret creature quaſi vellet ipſe ſolus omnia facere ſed nō videtur impoſſibile reducere eufortuniū ad principiū naturale ſicut indicamus de morte nec aliquod naturale puta per cometam productum a natura Itē ꝓſperitas fortune videtur eſſe abſq; meritis et demeritis vnde inter infideles reperiūtur bene fortunati ergo iſtud nō debet reduci in deum prouidētem ſecūdum merita vel demerita vnde dicere ꝙ a deo immediate quis peccator eſt bene fortunatꝰ eſt ponere ꝙ cum illo peccatore cōtinue miracula facit Item ſecūdum philoſophum deꝰ agit neceſſitate nature ergo q̄tum eſt ex parte eius vnus nō eſt magis bene fortunatus q̄ alius.

¶ Secūdo arguitur q̄ eufortunium non eueniat magis vni q̄ alteri ab angelis vel intelligētiis qꝛ proſperitas fortune impedit homines ſepe a ſalute ergo nō procuratur ab angelo cuſtodiēte añs patet ex petrarcha dicēte ꝙ fortūa blāda iſidioſior eſt q̄ minax 7 fortūe ꝓſpere regimē difficilimū eſt licet vtraq; facies ſit metuēda Item ſecūdum eum Omnis fortuna ſuas habet moleſtias que neminē enexit niſi vt alcior caſus eſſet ergo effectꝰ bone fortūe nō eſt ab āgelis ſaltem bonis imo magis videt̄ eſſe a demonibus quia diuitie que ſūt bona fortūe iuuāt ad hoies decipiēdū vnde 4. ethi. dicitur ꝙ hoies iculpāt fortunam quia maxime digni exiſtētes nequaq̄ ditātur. Item āgeli boni magis perſuadēt hoibus paupertatem q̄ proſpe

ritatem et honores et tamen habentes iſta dicimꝰ bene fortunatos igitur.

¶ Tertio queritur que res eſt fortuna Si dicatur ꝙ ſit ſubā tunc vel eſt homo vel aſinꝰ nec poteſt dici ꝙ ſit accidens quia quod oīa rotat ad libitū non eſt accidēs ſed fortuna eſt hmoi igitur minor patet ex boetio li.2.proſa.1.et.2. Et a iuuenale ſati.6.dr̄ improba hec aūt nulli accidenti cōueniūt. Itē fortuna dicitur hr̄e munera quibus eſt vtēdum non fidendū quia mendax varia leuis infida eſt.

¶ Quarto arguūt ſocij alberti magni vt ipſe narrat negātes caſuꝫ et fortunā quia nichil eſt niſi cuius ortū legittima cā ꝑceſſit ſed nullū tale eſt a caſu. Item quicquid eſt preter primam cauſā eſt cauſatum et factū ergo habet cauſam non ſolum ꝑ accidens qꝛ oē per accidēs reducitur ad per ſe igitur habet cauſā per ſe licet occultam que ab auguſtino de achade. caſus vocatur.

¶ Quinto obijciunt mathematici quia vna eſt cā vniuerſaliter ordinans ad finē vnicuiqꝫ debitum ⁊ regens cauſas particulares ſed quod eſt ſic rectuꝫ non recipit aliquid per caſum et fortunā igitur antecedēs patet qꝛ hec inferiora regulantur motu celi Et ideo oportet hunc mūdum inferiorem continuari lationibus ſuperioribus vt dicetur in.1.peri geneos.1.de generatiōe. Item heſiodiſte theologi dicunt oīa regulari a primo ente quod eſt deus cui omnia futura ſunt preſentia ergo ſimpliciter nichil euenit a caſu ſed omnia eueniūt ſcd̄m fidem catholicā immobiliter a deo vnde videtur hereſis ponere caſum et fortunā. Sunt autē quidam inq̄t albertus volentes predicta ſoluere ponentes duplices cauſas agētes ſcꝫ vniuerſalem et ꝑticularē tunc dicunt ꝙ per reſpectum ad cauſā vniuerſaleꝫ nichil euenit a caſu ſed bene ſi cōparetur ad cauſaꝫ ꝑticularē Sicut ſi paterfamilias mittat duos ſeruos ad eandā foueā per diuerſas vias tunc obuiatio iſtorū eſt a caſu per reſpectū ad ſeruū non autē per reſpectum ad patrēfamilias. Sed cōtra illa q̄ ſic eueniūt eueniūt īmobiliter ſimpl'r. Si ergo oīa hec inferiora ſic eueniāt tūc perit liberum arbitriū et conſilium. Item ſcd̄m hoc nichil fieret ſimplicit' fruſtra quia q̄uis non cōſequatur finem intentum a nobis. Conſequitur tamē finem intētum ab agēte primo. Item tūc primum agēs intenderet deffectum nature et ꝑctā nature que ſūt mōſtra.

¶ Sexto recitat auicenna duas rationes. Prima omnis actio vel naturalis vel volūtaria eſt aliquo fine terminata ergo nō eſt caſualis quia caſus ⁊ fortuna ſunt cauſe per accidens ergo ſūt preter intētum et ideo male videtur diffinita fortuna ꝙ ſcꝫ eſt in hijs que fiūt ſecūdum propoſitum Iteꝫ impoſſibile eſt finē conuerti in non finem ergo ſiue nos intendamus ſiue non ſemꝑ eiuſdem rei eſt ideꝫ finis ergo nō fit a caſu.

¶ Septimo Qui ſepe lucratur ludendo ad taxillos nichilominꝰ lucratur a caſu ergo caſꝰ eſt in hijs que fiūt frequēter forte dicis ꝙ lucrū non eſt a caſu quia lucrās intēdebat lucrari. Contra ſequeretur ꝙ ludus alee non eſſet fortuitus. Item qui vadit ſemel ad forū et inueniēs debitoreꝫ hoc eſt a caſu et etiā ſi frequenter inueniat. Item ſi cōtingēs rarum ſufficeret ad fortunā ſequeretur ꝙ ecclipſis ſolis eſſet a caſu Et plato dicit ꝙ cōiūctio oim planetarum fit in.36000.annis ſemel ergo in celo aliquid fit a caſu quod eſt cōtra phm̄.

¶ Octauo arguitur ꝙ caſus ⁊ fortuna nō ſint cauſe per accidēs quia cauſa per accidēs nichil operatur ad effectū ſecus autem eſt de fortūa quia alias effectus non denomiaretur caſualis. Item tūc muſicus eſſet caſus reſpectu domus quia eſt eius cauſa per accidens. Item arguit. S. T. lec.8.contra primā diuiſionem phi quia nullā facit mencionem de hijs que ſūt ad vtrumlibet Forte dicis ꝙ illa q̄ ſūt ad vtrumlibet vt ſic nūq̄ fiunt. Cōtra illa que ſūt ad vtrumlibet magis nata ſunt fieri q̄ contingentia raro Item contingens raro nō habet cām per ſe ſed quod nō habet cauſā per ſe equaliter ſe hēt ad eē ⁊ nō eē gͦ eſt contingens ad vtrumlibet

¶ Ad primum dicendum ꝙ propter hoc aſtrologi dixerunt ꝙ impetus bene fortunatorum reducitur ad conſtellationes et influxus ſtellarum quia ex eis periti aſtrologi ſciunt predicere futura. vnde coniunctio iouis et ſaturni ſignificat depopulationem regnorum Tum quia corpora celeſtia mouēt aues ad miras operationes vt formicam ad eleuādum granum in altum cum debet eſſe pluuia et ad deponendum cum debet eſſe ſiccitas ⁊ gallum ad diſtinguēdum horas vnde deus iſta operatur per cauſas ſecundas et ſic videmus aliquos natura ſolertes et aptos ad vnam artem et non ad aliam et cōſiliatiuos vt acitofel. et poeta quidam donū dei carmē niticum faciūda ꝑſtās mittit' ex aſtris ſed vt ſupra dictū eſt non oēs effectꝰ fortuiti vl' bene fortunatorum poſſūt reduci ī celum vel impetum qui ſit in intellectu ſeu voluntate qm̄ queritur quid ē iſte impetꝰ Item intellectꝰ non ſubicitur celo niſi forte per accidēs ergo fortuitum repertū in eo eſt ab alio. Et notandum ſecūdum philoſo. ꝙ ille nō dicitur bene fortunatus cui ſemel accidit magnuꝫ bonum aut cui ſepe eueniūt parua bona quia vt dr̄ dicitur primo ethi. vna irūdo nō facit ver ſed opꝫ ꝙ vt in pluribus accidat Contra per diffinitioneꝫ fortune fortuna ē ī hijs q̄ fiūt vt in pautioribus et ideo videtur ꝙ fortuitorum non eſt querenda cauſa Dicendum ꝙ aliter capitur fortuna in libro de bona fortuna et hic immo videt' ibi accipi pro effectu fortuito vt bona fortuna dicatur bonus effectꝰ fortuitus Et licet ariſto. ponat cauſam bone fortune eſſe īpetum tamē ſecundum eū videtur ꝙ prime intellectiones et volitiones ſūt a deo et ſic ponit henricus de gandauo quodlibet.6.q.10.⁊.ſ.t. 12ͤ.q.9.ar.4. vnde ꝙ homo velit media hoc eſt poſt conſilium ⁊ volitiōem finis ꝙ autē nūc moueat' ad volendū et non prius hoc eſt a deo. Tunc ad argumenta dicunt quidā ariſtotelē inſufficienter determinaſſe de bona fortuna deinde dicitur ꝙ proſperitas aliquando eſt ſpecialiter a deo ne aliquod bonum maneat omnino irremuneratum.

¶ A ſcdꝫ dr̄ ꝙ ꝑ accidēs eſt hec tꝑalia eſſe cauſam mali ⁊ hec ſūt oculta iudicia dei q̄re viri iniuſti obtinuerunt diuitias de quo vide boetium ⁊ lactanciū.

¶ Ad tertiū dicitur ꝙ fortuna eſt ipſa cauſa per ſe
ſcꝫ intellectus vel natura cuius effectui cōiūgitur
alius effectus non intentus Auguſtinꝰ etiā propt
illos cōmunes modos loquēdi de fortuna dicit pri
mo retractationū Nō michi inquit placet totiēs ap
pellaſſe fortunā Catholici enī debēt potius om̄ia
attribuere diuine prouidentie.

¶ Ad quartū dicitur ꝙ oīa habent cauſā vel ꝑ ſe
vel per accidēs. ſ.t. libro 3º cōtra gentiles. c. 94. ea
que ſunt a caſu reſpectu nature ꝑticularis ſūt intē
ta ab agente vniuerſali vt gn̄atio femine Deinde
dicitur ꝙ cauſa per accidēs reducitur ad cauſā per
ſe alicuius effectꝰ nō aūt illiꝰ qui dicit̄ per accidēs.

¶ Ad quintū dicit̄ ex. ſ.t. 1ª ꝑte. q. 22. articulo ſcđo
ad 1m vt hic tactū eſt nec tamē perit liberū arbitriū
qꝛ deus prouidit cauſas liberas vt libere agerentꝰ
Neceſſitas eñ cōditionata non tollit libertatem.
Contingēter enī ſortes mouebit̄ tamē neceſſario
mouebitur ſi currat Res etiā ſit fruſtra quando nō
habet ſuū finem ex ꝑte operis. Nec tamē res ſemꝑ
cōſequūtur finē ad quem diuina prouidentia ordi=
nantur quia tūc oēs homines ſaluarētur. ſ.t. de ve
ri. q. 6. ar. 1. nec tamē diuina prouidentia fruſtratur
Ad aliud dico ꝙ mala culpe nō intēdit nec tñ ſunt
a caſu reſpectu eius Mala pene vel nature non in
tendit per ſe primo.

¶ Ad ſextū diſtigue de fine ex ꝑte operis vel ope=
rantis et nota ꝙ effectus fortuitus eſt in agentibꝰ
ſcđm propoſitum nō tñ ſic ꝙ illuꝫ intendat ſꝫ aliud
ad quod iſtud ſequitur.

¶ Ad ſeptimū dicitur ꝙ fortuitum vt ſic natuꝫ eſt
fieri raro ex parte ſue cauſe.

¶ Ad octauū dicit̄ ꝙ ambulare eſt contingens ad
vtrūlibet et hoc non eſt a caſu nec nominatur illud
contingēs qꝛ quādiu cauſe ſūt ad vtrūlibet nullus
ſequitur effectus.

AD ſecundū ſic proceditur. Uidetur ꝙ fa
tum imponat rebus neceſſitatē qꝛ fatū
eſt immobilis diſpō ergo ea q̄ fato ſub=
duntur imobiliter et ex neceſſitate eue
niunt. Sed ꝯtra eſt boetius et oēs per
ipathetici.

¶ Reſpondeo dicendū ꝙ vt recitat albertus mul
te de fato fuerunt opiniones Dicit eñ. hermes tri
megiſtus in libro de natura deorū ꝙ fatū quod gre
ce vocatur ymarmenes idē eſt ꝙ cārū amplexio ex
prouidentia prime cauſe dependēs in idē autē cō
ſentit apulegius ph̄us firmicius aūt aſtronomꝰ di=
cit fatum eſſe cauſarū colligātiā ex motibus aſtroꝝ
vim et efficaciā trahentē et cū illo cōſentit ptolo=
meus licet non noīet illud noīe fati ſed vocat con
ſtellationis virtutē Seneca vero in libro de natu=
ralibus queſtionibꝰ vbi loquitur de ſignificationibꝰ
tonitruū ſcđm ſcinam pontificē dicit nichil aliud
eſſe fatū q̄ꝫ neceſſitatē oīm rerum et actionū quaꝫ
nulla vis poſſit irrumpere eo ꝙ ſcđꝫ ſcinniam ex io
uis diſpoſitione dependeat et diffinito cōſilio deo
rum. ¶ Notantū ꝙ ſcđm. S. T. fatū multipliciter
dicitur vnoº dicitur fatum mors diſpoſitione perio
dorum inducta Sic dicitur ī anticlaudiano Liuor
poſt fata quieſcit Et hoc modo decurſum vite tribꝰ
deabꝰ ꝑhatalibus tribuebāt īceptionē ſcꝫ clotho.
lacheſi progreſſū et cōcluſionē termini antropeſe
cūdum ꝙ dicitur clothocolū portat lacheſis trahit
atropos occat Et hoc modo nō queritur hic de fa=
to Secūdo dicit̄ fatū diſpoſitio prouidētie diuine
de futuro progreſſu eſſe et vite īferioris que diſpo
ſitio cū ſit eterna cōſtat ꝙ nichil ponit in rebus et
cum explicatur in effectu tunc effectus iſte per
res cōpletur tēporibus et locis opportunis ſicut
preordinatio et predeſtinatio alicuius in mēte de
agēdis negocijs ſuis per nūciū nichil ponit in nū
cio ſed tamē per nunciū expletur quādo nunciū di
rigit et ſibi iniūgit negociū et hoc modo loquit̄ boe
tius de fato et hoc modo iterum non querit̄ hic de
fato natura tamē huius preordinationis et prede
ſtinationis ī mēte diuina exn̄s ſimplex eſt eterna
et diuina immaterialis īcōmutabilis et cū per res
tēporales explicat̄ temporalis ſit et materialis ꝛ
multiplicata mobilis cōtingēs Tertio modo dr̄ fa
tum forma ordinis vel decurſus eſſe et vite inferi
orū cāta ī ipſis ex periodo celeſtis circuli vel aſpe=
ctu celi quod ſuis raditionibus ambit natiuitates
rerū et hoc modo hermes loquitur de fato vocans
ſtellas et ſacramēta deorū īmobilē diſpoſitionem
eſſe et vite inferioris Eſt aūt forma hec nō forma
dās eſſe ſed potius forma cuiuſdā vl̄is ordis eſſe ꝛ
vite ſimplex ꝛ eterna multiplex ī virtute Simplex
eſt a ſimplicitate circulationis Multiplicitatē aūt
virtutis habet a multiplicitate eorū que ꝯtinētur
a circulo. Fiunt enim a multis ſtellis et ſitibus et
ſpacijs et imaginibus et radiacōibꝰ et multiplici
bus angulis qui ſcribunt̄ ī intrinſecationibꝰ radio
rū celeſtium corporum ꝑ radiorum productionem
ſup rem per aſpectū enim ſolis ſicut dicit proculꝰ
omnes virtutes eorū q̄ ſunt in celeſti circulo cōgre
gātur ꝛ adunātur. Hec aūt talis for̄a mediū ē īter
neceſſariū ꝛ poſſibile Neceſſariū eī ē q̄cq̄d eſt mo
tu celeſtis circl̄i poſſibile autē et mutabile quicq̄d
eſt in materia gn̄abiliū ꝛ corruptibiliū Forma autē
iſta cāta ex celeſti circulo et inherēs gn̄abili et cor
ruptibili media eſt inter vtrūqꝫ Oē eñ qđ ꝓcedit
a cauſa nobili in cauſatum Jgnobile in aliquo te=
tenet proprietatē ſue cauſe tamē eſſe ſuū nō eſt ni
ſi q̄ntum ꝑmittit poſſibilitas eius in quo eſt qꝛ om̄e
quod recipitur ī aliquo vt dicit boe. et ari. 5. phi. eſt
in eo in quo recipitur ſcđm ꝑtātem recipiētis ꝛ nō
ſcđm ꝑtātem cauſe a qua eſt Hoc poſſumus videre
in hijs que a dioniſio dicūtur. Proceſſiones enim
diuine ſicut eſt vita ratio ſapīa et hmōi ſcđm ꝙ pro
cedūt longius a deo ſcđm gradꝰ entiū efficiunt̄ ma
gis tēporalia et mutabilia et cōmixta ꝛ potētie ma
terialit̄ priuationi ad mixta cū tamē in deo ſint ſim
plicia et eterna immutabilia ꝛ īmaterialia Et ſimi
liter eſt de forma ordinis eſſe et vite que in celeſti
circulo eſt neceſſaria et ineuitabilis et inalterabi=
lis in rebus autem gn̄atis propter mutabilitatē ip
ſorum eſſe eſt recepta mutabiliter et contingenter
vnde boe. in. 5. de cōſo. figurat multos circulos in
quorū centro ordo et cauſa eſt fati et fataliū Et in
circulo diſtāte in quo continent̄ generabilia et cor
ruptibilia eiuſdem fati eſt cōtingentia ꝛ mutabilꝰ

per eſſe generatorū ⁊ corruptorū Et ſic eſt diſpoſitio eſſe vite in mente motoris primi quā explet circulus iuxta cātum propinquior et eodē ordine forma diſpoſitionis prout eſt in periodo celeſti explet diſpoſitionem que eſt in mēte primi motoris ⁊ circulus a cētro diſtans deſignat eandē formā diſpoſitionis prout mutabiliter adheret gn̄atis et corruptis forma aūt cū ſit ymago periodi potentialiter et virtualiter p̄habet totum eſſe cōpoſitionē et durationē generatorū et corruptorū et ſic licet ſit neceſſaria eſt tamē mutabilis et contingens. Huius autem cām optime aſſignat ptolomeus in quadripartito dicēs ꝙ ſcd̄m virtutem ſtellarū per aliud ⁊ per accidens fiūt inferioribus. Per aliud quidē qr per ſpherā actiuoꝝ et paſſiuorum per quoꝝ qualitates actiuas et paſſiuas inheret inferiorib⁹ Per accidens aūt qr hec forma et ſi effluat a cauſa neceſſaria et immutabili accipit eſſe in rebus contingentibus et mutabilibus accidentaliter. Ex duobus autē habet mutabilitatē ſcꝫ ex qualitatib⁹ elementorum per que defertur ad generata et ex eſſe generatorum in quibus eſt ſicut in ſubiecto hoc ergo eſt fatum. ¶ Notandū preterea ꝙ quidā dicūt a fato ſumi ideas fatales quas parcas vocabāt qr nemini parcebāt a cōtrario ſcilicet ſed capiēdo ipſum pro diſpoſitione cauſarū ſecūdarū ad ſuos effectus producēdos fatum nullā abſolutam neceſſitatem imponit rebus ſed inclinat ad effectus celeſtium ſi non ſit diſpoſitio fortior in materia ad cōtrarium mouens et ideo hmōi mouentia aſſimilat phūs in lib. de ſōno ⁊ vigilia duplicibus cōſiliarijs Sapientes enim cōſiliarijs ex rōnibus certis perſuadent aliquid vniuerſaliter eſſe faciendū quod tamen inferiores propter aduerſos caſus obuiantes diſſuadent. Tunc ſoluitur per lex cōſilij ſapiēter et eſt verbum ſuum tale ꝙ ſuꝑuenientib⁹ conſilijs alijs cōſilia mutantur ſapienter Regula enim vt dicit ari. leſbie edificationis mutatur ad edificatum Eſt em̄ leſbia inſula in qua lapides non ad rectam lineam ſunt dolabiles ⁊ ideo oportet ꝙ regula ſcd̄m quā dolantur aliquantulū curuetur ad ipſas edificationes et ita eſt de diſpoſitione eſſe ⁊ vite inferioris in qua propter cauſas que ſunt in materia ſepe mutatur diſpoſitio ſapiens circuli celeſtis et diſpoſitio adherens mobilibus que fatū vocatur extra rectitudinem celeſtiū declinās exorbitat propter multas oppoſitas inferiorum tranſmutationes ¶ Notandū preterea ꝙ due partes ſunt aſtronomie ſicut dicit ptolomeus vna eſt de ſitibus et motibus ſuperiorum et quantitatib⁹ eorū ⁊ paſſionibus proprijs et ad hanc per demonſtrationeꝫ peruenitur. Alia eſt de effectibus aſtrorūꝫ in inferioribus que in rebus mutabiliter recipiūt et ideo ad hanc non peruenitur niſi per cōiecturā et oportet aſtronomū in iſta parte ſcd̄m aliquē phicum habitū inferioris certitudinis eſſe ⁊ ex ſignis phicis cōiecturari. Coniecturatio aūt cuꝫ ſit ex ſignis mobilibus generat habituꝫ minoris certitudinis q̄ ſit ſcia vel opinio Cū enim hec cōmunia ſigna ſint et mutabilia nō poteſt ex ipſis haberi via ſillogiſtica eo ꝙ vt videtur vt in pluribus includunt ſiigna tātum et fiunt iudicia quedā multis de cauſis mutabilia ſicut patet per ante dicta et ideo ſepe aſtronomus dicit veruꝫ quia dictū ſuū eſt quo ad diſpoſitionem celeſtiū veriſſimū ſi hec diſpoſitio ſit a mutabilitate rerum excluſa. ¶ Notandū preterea ꝙ falſa et heretica opinio eſt dicentiū aīas intellectuales deſcendere a cōpare ſtella Egiptiorū eni phōrum opinio fuit ꝙ intellectuales aīe ſtellis a deo deorum factis terreno effectu quo aliquando efficiuntur grauantur que grauate deprimunī ad corpora generabilia et corruptibilia ⁊ ibidem deputate per cultum pietatis et iuſticie recipiuntur ad cōpares ſtellas Affectum aūt terrenū ad intellectuales aīas peruenire dixerunt eo modo quo afficiī aīa ſcd̄m certam dulcedinē nutrimēti corporis Poſuerunt eni ꝙ ſubtilliſſimo vapore paludū mectidarum inter duo ſolſticia poſitarum ſuꝑ quas maximus planetarū eſt diſcurſus nutriūtur corpora planetarū ita ꝙ quando illum attrahunt ex grauitate deprimuntur et retrogradantur. et quando eundē digerunt eleuantur: ⁊ curſu diriguntur Hanc autē ſubtilitatem in ſpera ignis ⁊ aeris nectar deorum vocabant et hoc modo affectum terrenorum ad animas in ſtellis poſitas peruenire dixerunt Heretici autem ab hac opinione occaſionem erroris ſumentes dixerunt animas in celo eſſe cum angelis factas ⁊ ꝑpter peccatum quod commiſerunt in corpora eſſe detruſas vt hic purificate ad celeſtes ſedes recipiantur et hoc eſt quod dicit dauid. Educ de carcere animam ⁊c. Hijs ergo refutatis dicēdū eſt cum philoſopho 2. de cauſis proprietatum elementorum et planetarum ꝙ cum cadit ſemen viri in matricem mulieris decoquitur in ea decotione forti et fit fruſtrum carnis et creatur in ea anima iuſſu dei.

¶ Contra hec arguitur dicit grego. in omelia de epiphania domini Abſit a fidelium cordibus vt fatum aliquid eſſe credatur Et tradit rationem quoniam ſtelle facte ſunt propter hominem nō homo propter ſtellas ſi ergo ſtellarum motus non eſſet in hominis miſterio ſtella que magis apparuit nō moueretur ad nutum domini ꝙ eſt inconueniens. Item aug. in lib. de doctrina chriſtiana Fatum dicit nichil eſſe et ſi mathematici aliquando de futuris vera prenunciare videntur dicit hoc fieri arte demonum ad deceptionem fidelium Item ſi eſt fatum aut eſt cauſa aut cauſatum non cauſatum quia hoc regulatur fato vt dicunt mathematici Si cauſa aut inferior aut ſuperior Non inferior quia illa ſunt calidum frigidum humidum et ſiccum quoruꝫ nullum eſt fatū Non ſuperior quia cauſa ſuperior eſt celeſtis circulus cum ſuo motu quod mathematici non dicunt eſſe fatum ſed fati factiuum fatum ergo nichil eſt.

¶ Secundo res non habent niſi duplex eſſe vt dicit aug. ſcilicet in cauſa prima vbi ſunt vita et lux quorum neutrum ē fatum et in ſeipſis ſed eē rei in ſeipſa non eſt fatum vt dicunt mathematici ſed potius regulatur a fato ergo fatum nichil eſt. Itē aug dicit ꝙ inferiorum cauſam ſufficit dicere volūtatem dei quia omnia fiunt dei voluntate vel per

mittuntur voluntas aūt dei non eſt fatū ergo. Itē
Si fatū habet eſſe tenet ordinē cū ergo fatum nō
teneat ordinēꝫ quia videmus indignos exaltari et
dignos deici quod inordinatū eſt et fatū circa talia
ſit fatū nichil eſſe videtur. Item Si fatū eſt effectꝰ
circuli celeſtis ea que ſunt vnius circuli videtur eſ
ſe vnius fati ſꝫ iacob et eſau ex vno cōcubitu iſaac
concepti ſunt et ſic videntur eſſe vnius circuli ⁊ ta
men nō fuerunt vnius fati ſicut cōſequens proba
uit euentus ergo fatū nichil eſt vñ. ſ.t.1ª pte.q.116
reprobat eos qui dicunt fatū eſſe diſpoſitione ſide
rū in qua quiſqꝫ conceptus eſt.

Tertio arguitur ꝙ fatum imponat rebꝰ neceſſita
tem qꝛ cuiꝰ cauſa eſt neceſſaria ipſū eſt neceſſariuꝫ
ſed cauſa fati eſt celeſtis circulus qui eſt neceſſariꝰ
ergo fatū eſt neceſſarium. Item fortiora ſunt ſupe
riora ꝙ̄ inferiora ergo ſuperiora trahunt inferiora
ad ſui diſpōnem neceſſariā Cū aūt fatuꝫ ſit vincu
lum per quod inferiora trahuntur ad ſuperiora er
go fatū imponit rebus neceſſitatē alias non eſſet
concors armonia int̄ inferiora et ſupiora ſicut nec
inter cordas cithare niſi vna conformaretur alteri

¶ Quarto niſi fatum imponeret rebus neceſſita
tem ſequeretur ꝙ ex ſtellis non poſſēt pronoſtica
rari certitudinaliter futura quod eſt contra ptolo
meum dicentē ꝙ ꝓiector menſiū pronoſticatur per
ſigna futurorū accepta a ſtellis ſcḋis Stellas ſe
cundas vocant effectus ſtellarum qui apparent in
inferioribus elementis ſicut in nubibus. Iteꝫ per
ſōnia pronoſticantur futura vt dicit macrobius er
go in eis fatū eſt ꝑpter quod futura neceſſario eue
niunt. Item vnūquodqꝫ neceſſario mēſuratur ſua
periodo ergo periodꝰ imponit rei neceſſitatē Pe
riodus autē eſt circulus celeſtis ergo ex circulo po
teſt ſciri de neceſſitate vita iſtorū inferiorū ⁊ duraº

¶ Quinto arguitur ꝙ fatū nō ſit ſcibile quia in ce
leſti circulo quo ad nos ſunt infinita cōſideranda ſi
cut ſtelle et numero et ſpē et virtutibus et ſitus ea
rum in circulo decliui.i.zodiaco et extra ipſū et di
ſtantie et coniūctiones et quātitas anguli ſub quo
incidit radius et pars forme et gradus lucidi ⁊ vm
broſi in puteis et in turribus exñtes ⁊ hmōi ſunt in
finita quo ad nos que opꝫ ſcire ad ſciendum fatuꝫ
ergo videtur ꝙ effectus eiꝰ a nullo ſciri poſſit Iteꝫ
circulus cōtinet datorē forme et datorē ſenſus et
intellectus qui yles et alchato dr̄ a mathematicis
aliter enim non eſſet menſura totius vite qꝛ princi
pium vite non includeret hora aūt principij eſt ho
ra caſus ſemis in matrice ſed hanc quo ad nos nō
contingit ſcire ergo ignorabitur forma diſpoſitio
nis totius vite et ſic ignorata eſt diſpoſitio reꝝ nec
etiā videtur ex effectibus Sunt enim quedā quoꝝ
videtur eſſe vna periodus et tamē accidentia eoꝝ
per ſe ſicut eſt ſexus maſculus et femininꝰ nō ſunt
eadem ⁊ cām huius non contingit ſcire ex celeſtis
circuli effectu Similiter etiā natus octauo menſe
moritur vt frequētius et in.7. viuit Similiter i ge
mīs quorū vnus eſt maſculus alter femīa rariſſime
contingit maſculū viuere Femina vero aliquando
ſupuiuit et horū impoſſibile eſt aſſignare cauſaꝫ ex
circulo celeſti. Item luminaribꝰ exñtibus in capite
algon.i.gorgonis ſi eā mars reſpectu inimicicie ra
diauerit natus vt dicit pholomeus trūcabitur ma
nibus et pedibus et truncus ſuſpendetur in cruce.
Item dicit ꝙ luna exiſtente in leone veſtimēta no
ua induere malū eſt. Manifeſtū eſt aūt ꝙ hec ſi eſ
ſēt ſcibilia eſſet deductio ſillogiſtica ad ea quod eſt
falſum qꝛ non ſequitur. Luna eſt in leone ergo ma
lū eſt induere veſtes aut luminaria ſunt in capite
gorgonis ergo reſpicit ea inimiciª Et radiacio mor
tis a quadrato vel ab oppſito diametro eſt ergo na
tus tunc ſuſpendetur.

¶ Sexto arguitur ꝙ aīe intellectuales deſcēdāt
a compari ſtella quia plato dicit ꝙ aīa deſcendens
per circulos planetaꝝ vires accipit ſcꝫ memoriam
intelligentiā et voluntatē ſicut exponit macrobiꝰ
ſup ſōnium ſcipionis Hoc etiā videtur tangere oui
dius loquens de lacteo circulo dicens Hac iter eſt
ſuperis ad magni tecta tonātis Hoc etiā videtur ꝑ
rationē quia quorū eſt vnus eſſentialis actus illo
rum videtur eſſe vna natura intelligentie aūt cele
ſtis et intelligētie hominis in cōceptione viri vide
tur eſſe vnus eſſentialis actus ergo vna natura
Item quarūcunqꝫ formarū vna natura eſt illarum
vna relatio eſt ad corpus vnius nature ſi in aliquo
eſſe dicunt̄ ſed intelligentie celeſtis relatio eſt ad
ſtellam vel ad orbē ſcḋm cōparē ſtellā ergo ⁊ intel
lectualis nature in homine erit relatio ad ſtellam
comparem. Item cōmentator ſuper.11.metha.di
cit ꝙ finis proſperitatis ītellectus hoīs eſt ſi poſt
mortē cōtinuetur motori celeſti.

¶ Septimo vel fatum eſt dei voluntas et tunc nō
eſt in rebus ſed in deo vel eſt ipſa creatura et tunc
ſemꝑ tot erunt fata quot erunt creature. Item ea
que fato aguntur nō ſunt improuiſa quia ſecundū
aug. fatum dicimus a fando Dicimus enim ea que
ſunt ab aliquo prelocuta non eſſe fortuita ſi ergo
res fato ageretur tolleretur caſus et fortuna Itē
motis rebus mouentur ea que in eis ſūt ergo ſi fa
tum ſit in rebus fatum erit mobile Si enim ſit im
mobile ſequitur ꝙ imponat rebus neceſſitatem.

¶ Ad primum dicitur ꝙ gregorius loquitur de fa
to ſecundum ꝙ ponebatur ab hereticis imponere
rebus neceſſitatem Et ſic loquitur virgilius de pa
ride Te tua fata trahūt ne fata relinquere poſſis
Ad aliud dicitur ꝙ fatum eſt ſimilitudo cauſe vni
uerſi ordinis eſſe et vite et ſic eſt aliquid cauſe licꝫ
non ſit vera cauſa ſed eſt ordo exiſtens in rebus ſi
ue diſpoſitio rerum ordinatarum. S.T.1ª. dicit ꝙ
eſt relatio.q.160.ar.2.ad 3m. Et ſi querat̄ An om
nia ſubdantur fato dicit ibidem ꝙ non ſꝫ tātum ef
fectus cauſarum ſecūdarū. Ad hoc ꝙ obicitur de
gemellis dicit S.T.opuſ.28.ca.2. vno modo ꝙ poſ
ſemus dicere ꝙ in vno conceptu ſemen per vices
proicitur et per vices a matrice glutiatur et ſic nō
eſt vna hora conceptoruꝫ geminorum Dato tamē
ꝙ eſſet vna hora tamē centrū cordis eorum a quo
incipit conceptus formatio non eſt vnum et muta
to centro neceſſe eſt mutare totum circulum et ſic
orizon eorum non eſt vnum nec anguli et ideo nec
domorum diſpoſitio et ſic tota periodus efficitur
diuerſa et per conſequens diſpoſitio fatalis Et ꝑ

hec patet ſolutio ad 2^{m}.
¶ Ad 3^{m} dicit S. T. ꝙ fati cauſa eſt neceſſaria ſʒ
ex hoc non ſequiturꝙ imponat rebus neceſſitateʒ
quia iſta inferiora mutabilia ſunt et contingentia
Et ideonon neceſſario in eis ſequitur effectus Di
ctum eſt etiam ꝙ corpora celeſtia non imponūt re
bus neceſſitatem vnde ptolomeus ſecundum S.
T. lib. 3 contra gentiles ca. 86. Nō debemus eſti
mare ꝙ ea que proueniunt a ſuperioribus ineuita
biliter eueniant quia vir ſapiens dn̄abitur aſtris
vt ſecundum eum dicit S. T. 12ᵉ. q. 9. art. 5. ad 3^{m}.
vndenon ſemper ex corporibꝰ celeſtibus inclina-
tus ad irā iraſcitur Et ſi dicatur ſecundum hoc Fa
tum aliquando falleret quia ſecundū philoſophū
futurus incedere q̄s non incedet Dicendūꝙ 3º mō
capiendo fatum tunc nō dicit ieuitabilem ordinē
Ad aliud dicitur ꝙ licet fortiora ſint ſuperiora q̄ꝫ
inferiora tamē ex impotentia inferioris cōtingit
nō omnino recipere ſuperiorum effectus Et ideo
quo ad hoc ex parte ipſorum ſoluitur vinculum qꝛ
ab alio forte cauſa ſecunda impeditur ne agat.
¶ Ad 4^{m} dicitur ꝙ nō omnia poſſunt ex ſtellis p̄
cognoſci qm̄ vt dictum eſt ſupra ꝙ aliqui ſint bene
fortunati hoc nō ſolum eſt ex ſtellis ſed etiā ab an
gelis vel a deo vt ſi quis exeat domum mox ruitu-
ram. Non poteſt dici ꝙ hoc ſit propter benignum
radium celi quoniam celū nec ratione nec conſilio
vtitur Actus etiā voluntatis non ſubduntur celo
nec effectus per accidēs ſcilicet fodēdo inuenire
theſaurū S. T. 1ª parte q. 116. ar. 1. vnde nec talia
futura demū cognoſcit per fatū 3º. mō Agricola tn̄
ſcit futurā pluuiam per celū dicit Picus mirādula
lib. 4. cōtra aſtrologos cap. 3. ꝙ hoc ad diuinā mo
tionē pertinet qua penitus ipſa volūtas occultis
impulſionibus inclinatur quas paſſi ſolent dicere
preſagit animꝰ neſcio quid huc rapior et ca. 4. oñ-
dit. ꝙ apud platonem vrbibus regnis hominibuſ
q̄ꝫ ſunt angeli prepoſiti quorum mētionē quoq̄ꝫ fa
ctā ab ariſtotele yſidorus et clemens in ſtromatis
meminerūt Predictus autem doctor per 12. lib. ni
titur declarare ꝙ apud aſtrologos nulla eſt certi-
tudo ſed magna preſumptio per quā etiam dixerīt
chriſtum de neceſſitate eſſe mortuum vt idem reci
tat li. 5. ca. 14. vnde dicit albumaſar xp̄m de neceſ
ſitate fuiſſe mortuuum in cruce quia in ſua genitu
ra mars fuit in domo mortis S. T. opuſ. 27. ca. 2.
dicit. ꝙ operationes etiam vegetabilium ſunt ipe
dibiles ab oppoſitis diſpoſitionibus inuentis in
anima ſenſibili hoc enim faciunt apprehenſa in
virtutibꝰ anime ſenſibilis qd̄ faciunt diſpoſitiōes
actiuarum qualitatum in corporibus vnde imagi-
natione mulieris cōcepta corpus totum tranſmu-
tatur ad venerea propter quod etiā auicenna dicit
ꝙ quidā ex ymaginatione lepre leproſus factꝰ eſt
et patientibus fluxū ſanguis prohibet galienꝰ aſ-
pectum rubicūdorū. Si ergo hmoī apprehēſa ſint
contraria motui celi excludunt effectum celi alias
iuuant vnde Meſalon dicit ꝙ celeſtis effectus qui
vocatur alatre iuuatur a ſapiente aſtronomo ſicut
in producendis terre naſcentibus iuuat̄ per ſemia
tionem et artem. Item incertus eſt numerus ſphe
rarum et aſtrologi in multis ſibi cōtradicunt et per
diuerſas tabulas ſupputant ⁊ ideo non videtur eſ
ſe ibi magna certitudo.
¶ Ad 5^{m} dici. S. T. ibidē ca. ꝙ p̄ motus celi non
niſi cōiter iudicare debemus et cōiecturaliter quia
non poſſumus oīa cōſiderare. Ad aliud dicit ꝙ nō
requiritur via ſillogiſtica ad coniecturaliter ſcien-
dum de ſexu femineo dicit ꝙ ſemp̄ fit propter occa
ſionem defectus alicuius principiorum vnde natu
ra perticularis nunq̄ꝫ intēdit facere feminā ſʒ cuʒ
melius fieri non poſſit ex natura vl̄i fit adiutoriuʒ
generationi et ꝙ mas frequentius morit̄ hoc eſt qꝛ
requirit materiā magis p̄fectam ⁊ magis termina
tā Ad id ꝙ dicit de octauo mēſe dr̄ ſcd̄m quoſd̄ octa
uo menſe moritur qꝛ ſaturno attribuitur cuiꝰ fridiˢ
et ſiccitas natū interficiūt ſed hoc eſt falſum quia
multi dicuntur diu ſuperuiuere vnde Contra hoc
diſputat picus lib. 3. Cauſa ergo non eſt in circulo
ſed in principiis materie quia quādo virtus eſt ha
bundans et materia dinuta termiata eſt cōplexio
7. menſe et naſcitur puer licet ſit p̄uus corpore et
valde agilis quando autem adequata ſunt virtꝰ ⁊
materia et quādo eſt ſup̄habūdās materia tūc non
eſt complexio ſeptimo menſe cōpleta ſʒ quieſcit p̄
vnam lune cōuerſionē in. 8. menſe et ſic exit in no
no menſe et cōualeſcit ſed qñ eſt virtus deficiens
naſcitur octauo mēſe et moritur vt in plibus ſʒ hoc
non cōuenit expiodo Notanter dixit vt in pluribus
multū enim variationis faciūt cōplexiones femi-
narum et cōplexiones climatū p̄pter quod. S. T.
dicit ſe vidiſſe vnā que peperit. 11. menſe puerū ma
xime q̄ꝫtitatis et ariſtoteles vnaʒ que peperit 14.
menſe. Ad aliud de capite gorgonis dicendū ꝙ il-
le ſtelle funeree ſunt propter quod eciam ipſe per
ſeus caput aduerſo vultu abſciſum tenet ſʒ hoc nō
imponit neceſſitatē ſed facilē inclinationē. Et eo
dem modo dr̄ de noua veſte ſicut em̄ radiacio p̄iodꝭ
imprimit rebus naturalibus ita etiā et artificiatis
Sed cōtra hoc videtur eſſe. S. T. opuſ. 34. dicens
ꝙ non poteſt eſſe ꝙ aliquod artificiatū habeat ali-
quā op̄ationē et virtutem a corpore celeſti ad pro-
ducendū aliquos effectus tranſcendētes virtutes
naturales elementorum quia ex eo ꝙ aliquod cor-
pus ſic vel ſic figuratur nullā ydoneitatem maiorē
vel minorem habet ad recipiendū impreſſionē na-
turalis agentis quale eſt celum ſʒ habēt op̄atiōes
conſequentes formas ſubāles et ſic verū aurum et
naturale letificat cor non aūt alchimie ⁊ ſaphirus
ſanguinē cōſtringit. Et. S. T. cōtra gētiles lib. 3.
ca. 99. dicit ꝙ quidā p̄uꝰ piſcis retinet nauim ymo
videtur eſſe ſup̄ſticioſū ꝙ abſtinendū ſit a noua ve
ſte propter lunā exiſtentē in leone.
¶ Ad 6^{m} dicit. S. T. ꝙ dictum ouidij intelligen-
dum eſt ſic ꝙ per viā candidā candore iuſticie et in
nocentie peruenitur ad deum Deinde dicitur ꝙ in
telligere aīe et angeli ſunt diuerſarum naturaruʒ.
Ad aliud dicitur ꝙ illa continuatio non eſt ſecun-
dum vnā naturā ſʒ ſcd̄ʒ vnū cōe obiectū ſpeculatio
nis p̄tinentis ad beatitudinem.
¶ Ad ſeptimū pʒ ex dictis Et nota ꝙ fatum ſecū-
dum boetiū. 4. de conſo. diffinitur ſic fatum eſt in-

ferens rebus mobilibus diſpō.i.ordo ꝑ quā diuina prouidentia ſuis queqꝫ nectit ordinibus et eſt vnū per reſpectum ad principium non autem ex parte ſubiecti et eſt impedibile ſicut cauſe ſcđe poſſunt impediri.

Ad tertiū ſic proceditur videtur ꝙ natura intendat producere monſtrum qꝛ natura intendit finem ſui operis ſed monſtrum eſt finis opationis nature ergo intendit monſtruꝫ minor patet qꝛ natura auget et nutrit monſtrū ergo intendit ipſum. Sed contra eſt phūs.

¶ Reſpondeo dicendū ꝙ. S. T. lec. 12. cū phō declarat naturā eſſe de numero cārum illarū que propter aliquid agūt et hoc valet ad queſtionē de ꝓuidētia Ea enim que non cognoſcunt finem nō tendunt in finē niſi directa ab aliquo cognoſcēte ⁊ iō oportet ꝙ natura ordinetur ab aliquo intelligēte.

¶ Et ſciendum ꝙ quidam dixerūt naturā nō agere propter aliquid Sed contra ex operatione nature ſemper inuenitur aliquid fieri quāto melius et cōmodiꝰ eſſe pōt ſicut pes ſecūdū ꝙ eſt aptꝰ ad gradiēdum ſed dicebāt ꝙ hoc nō erat natura ſed cōtigi ſic euenire ſic̄ diceremꝰ ꝙ pluit nō vt frumētū augmētetur ſed qꝛ vapores eleuati congelātur et cōuertuntur in aquā et ideo oportet ꝙ propter grauitatem deſcēdant Et ſic dicebant ꝙ etiam ex neceſſitate nature dentes anteriores ſunt acuti ⁊ apti ad diuidendū cibum et maxillares ſunt lati ⁊ vtiles ad continēdum cibum non tamē ita ꝙ propter iſtas vtilitates nā faceret dētes tales vl̄ tales ſꝫ dētibꝰ ſic factis a natura ſequitur talis vtilitas ſic dicunt ꝙ a principio facte ſunt multe et varie diſpoſitiones rerū naturalium et ſic accidit ꝙ omnia eſſēt apta ad aliquā vtilitatē inutilia vero ſunt deſtructa vnde empedocles dicebat a principio fuiſſe quoſdam generatos qui ex vna parte erant boues et ex alia parte erant homines ſed conſiderādum ꝙ exemplū de pluuia eſt inconueniēs Na licet pluuia habeat neceſſariam cauſaꝫ ex parte materie tamen ordinatur ad finē aliquem ſed ad conſeruationem rerum generabilium et corruptibiliū nec huic obſtat ꝙ aliquando vt in paucioribus frumētum ex pluuia deſtruatur.

¶ Notādum preterea ꝙ propter tres rationes āntiqui crediderūt naturam non agere propter fineꝫ Primo quia videbant mōſtra accidere in operationibus et eā monſtrum ſecūdum philoſophum peccatum in natura eius quod propter aliquid fit vel eſt indiuiduū natū cum aliqua deformitate preter ſolitū curſum nature Et dr̄ peccatū inꝗtum productum eſt ex defectu exiſtēte in actu nature Et ſi queratur An in tali operatione nature natura fruſtret̄ ſuo fine dicit S. T. 12ᵉ. q. 21. ar. 1. ad 2ᵐ. ꝙ deficit a fine vltimo qui eſt ꝑfectio gn̄ati non aūt deficit a fine proximo operatur enim natura aliquid formando Secundum eſt quia credebāt ea que nāliter fiunt procedere ex cauſis prioribus que ſunt materia et forma et non ex intentione finis Tertium eſt quia natura de ſuis operationibus nō deliberat et ipſi putabant ꝙ nichil ageret propter finē niſi primo deliberaret Contra hanc opinioneꝫ arguit philoſophus 1º Omnia que fiunt naturaliter fiunt ſicut ſēper aut ſicut frequenter Sꝫ nichil eorū que fiunt a fortuna vel caſu fit ſemper vel vt freꝗnter nō ei dicimꝰ ꝙ mltotiēs pluat ī hyeme a caſu Sꝫ bene ſi multū plueret ī diebꝰ canicularibꝰ Nec eēt a caſu ſi in diebꝰ canicularibus fit. Cantina ſiue eſtus pꝫ ergo ꝙ naturalia nō fiūt a caſu ſꝫ propter finem ſic etiam phūs in probleumatibus probat ꝙ non eſt a caſu ꝙ omnes homines computant vſqꝫ ad decem et tunc replicāt niſi apud quoſdam barbaros vnde hoc fit qꝛ primi homines quaſi groſſi per digitos cōputabant et cū venirent ad decem replicabāt poſt decem dicentes vndeci. i. vnū et decē Secūdo omne quod habet determinatum modum quo natum eſt fieri fit propter finē quia alias non magis deberet fieri vno modo ꝙ̄ alio ſed omne ens naturale habet determinatū modū igit̄ vnde naturam agere propter finem vel appetere finem nichil aliud eſt ꝙ̄ res habere aptitudinē naturalē ad finem. Tertio ars ꝑficit aliqn̄ ea que natura nō poteſt operari et imitatur naturam in ꝗ̄tū pōt ſed ars operatur ꝓpter finē quia ordinat priora ad poſteriora ergo ſimiliter ē in natura maior pꝫ qꝛ ſicut in arte primo fit fundamentum poſtea parietes ſic in vegetabilibus ſunt radices quaſi fundamentum et poſtea ſtipites quaſi parietes Quarto bruta agunt propter finem. Et ſimiliter plante ergo et natura antecedens patet quia yrūdo facit nidum et aranea telam et formica in eſtate cōgregat victum. Nec hoc eſt ab intellectu ſed a natura quia ſemper eodem modo operantur et omnibus cōuenit Similiter ī plantis folia ſunt propter cooperimentum fructuum et radices non ſunt ſurſum ſed deorſum vt accipiant nutrimentum a terra ergo in naturalibus eſt cauſa finalis Quinto forma eſt finis generationis.

¶ Notandum preterea ꝙ phūs deſtruit 3ᵃ. moctiua antiquorum et ex eis concludit propoſitum. Primo licet ars agat propter finem tamen in operationibus artis contingit fieri peccatū quia ſcriptor qn̄qꝫ male ſcribit. Item illa ſunt ſecundum naturam ab aliqua cauſa que mouentur quouſqꝫ ꝑueniant ad aliquem finem determinatum niſi impediantur ergo preter materiam ⁊ formam opꝫ ponere cauſam formalem. Item contra tercium motiuū. Ars agit propter finem et tamē artifex qn̄qꝫ non deliberat vt puta de citharedo. Si enim deliberaret in tangendo quamlibet cordam videretur nichil ſcire Et ſi queratur in quo eſt ars cithariꝫādi et ſcribendi. Quidam putant eam eſſe in manibus. Sed Contra 6º. ethicorum ars ponitur habitus veridicus ergo eſt in intellectu. Item ars eſt recta ratio ſed ratio non eſt in manibus ergo. Item ſequeretur ꝙ ſi manus mea continuaretur alteri ꝙ eſſet optimus citharedus.

¶ Notandum preterea ꝙ in mōſtro duo ſunt ſcilꝫ natura et ſic bene intenditur ab agente Aliud eſt defformitas ideſt inordinatio membrorum et hec non intenditur a natura. Quidam dicunt ꝙ natura monſtrum intendit ſed non intendit mō

ſtrum quia dicunt ꝙ ratione appellationis ſenſus eſt. natura intendit monſtrum ſub ratiōe deformitatis. Sed contra intendere ſecundū ꝙ conuenit agentibus naturalibus nō importat actum cognitiuum vel actum ſequentem cognitionē ergo non appellat propriam rationem.

¶ Notandū preterea ſecūdum S. T. i. 2. q̄uis mōſtra contingant in natura preter intentionē virtutis formatiue que agit in ſemine tamen reducūtur in aliquas cauſas naturales contingunt enim ex aliqua indiſpoſitione materie ſicut ex principio ꝓximo vel ex impreſſiōe alicuius ſigni celeſtis ſicut ex principio remoto d. 18. q. 1. ar. 3. 6m. Et de potētia. q. 6. ar. 2 ad 8m. dicit ꝙ licet mōſtra fiant cōtra naturam particularē non tamen contra naturam vniuerſalem ideo non ſunt miracula theologo.

¶ Notandum preterea ꝙ albertus 2. phi. ponit mōſtra fieri propter 4 cauſas Primo propter materie diminutionem et hoc tripliciter primo ſecundū quātitatē magnitudinis membrorum tantū aliquādo ſecundum quātitatē magnitudinis et ſecūdum numerū Aliquando autem ſecundū numerū tantū primum adhuc eſt ex duplici cauſa ſcilicꝫ ex diminutione materie aut ex debilitate virtutis formatiue que non poteſt formare niſi parū de materia et reicit aliā Que autem fiunt ex diminutione numeri fiunt ex defectu materie vel virtutis ⁊ ideo precipue deficiunt membra longe a corde et epate diſtātia Secundo fiunt monſtra principaliter ꝓpter materie ſuperfluitatem et hoc tripliciter qꝛ aliquādo excedūt in magnitudine tantum aliquādo in numero aliq̄n in vtroqꝫ et hoc propter habundantiā materie vel fortitudinis virtutis vnde albertus fatetur ſuo tempore natā eē puellā dependētibus vberibꝰ et cum pilis et alius cū duobus capitibus et inferius videbatur vnum corpus aliq̄n vero ſuperius corpus eſt vnum et tamē inferiꝰ habet 4. crura Et hoc prouenit quia ſperma diuiditur quando infunditur. Si ergo ex toto diuidatur fiunt gemini. Si vero non perficitur ſed ramificatur tunc fiunt bicorpora animalia et ideo quidam inueniuntur cum duobus ventribus et cum quattuor brachiis ⁊ cū multis linguis vnde tēpore alberti fuit vnus hn̄s vndeci liguas ⁊ vndecim ora et labia incōpleta ⁊c. Tertio fiunt monſtra ꝓpter qualitatū improporcionabilitatē vnde ex nimio calore fit nimia macies ⁊ ex nimio frigore nimia pinguedo et ſi iungātur qualitates contrarie quarum vtraqꝫ ſit cōplexionalis ⁊ terminans tūc naſcitur hermophroditus habēs vtrūqꝫ ſexum ¶ Notādū preterea ꝙ quattuor fiunt monſtra ꝓpter maliciā continētis quod ē pellis ſecundina que ſi rumpatur materia defluit ⁊ deficit membrū vel curuatur vel grandeſcit. Item ex aſpectu celi porce pariūt porcellos quorū capita ſūt humana. Idem ſecundū ptolomeū in quadriptito ī quadā parte arietis nō pōt fieri generatio hūana ſed monſtrorū vt narrat etiā albertus in. 2 ſentētiarū diſ. 7. p duas matronas. Item Aliquando preter ſolitum curſū ē multitudo in hiis que generantur ſicut dicit phūs. 9. de animalibus ꝙ fuit quedā mulier que vno conceptu cōcepit duodecim ⁊ Auicenna ꝙ fuit quedā que concepit lxx. Aliquando generatur minotaurus ſuperius hn̄s figurā hominis inferius thauri et ſic empedocles ponebat quoſdā hoīes generatos qui ex vna parte erāt boues et ex alia parte homines Sed Contra arguitur ex phō quia in plantis res videntur eſſe minus diſtincte ⁊ tamen ī eis non reperitur compoſitum cuius vna pars ſit oliua et alia pars vitis.

¶ Notandum preterea ſecūdū philoſophū et S. T. hic lec. 11. ꝙ tantum ſunt quattuor gnā cauſarū tn̄ aliq̄n coincidūt materialiter vnde forma ⁊ finis aliquando ſunt idē nūero quia forma geniti eſt finis gn̄ātis ſi nō generetur a caſu. ſ. t. pria parte q. 19. ar. 1. Similiter efficiens coincidit in idem ſpē cum forma in agentibus vniuocis in quibus agēs facit ſibi ſimile ſecundū ſpēm Secus aūt eſt ī agētibus equiuocis. Materia vero non eſt idē ſpē nec idē numero cū aliis cauſis quia oēs alie cauſe ſūt aliquo modo in actu materia vero ē ens in potēcia ſed dices Elemētū aliq̄n ē finis generationis et materia motus localis. Dicendum ꝙ hic loquimur de materia prima quā beatus thomas opus: 31. diffiniuit dicens ꝙ eſt illa que intelligitur ſine qualibet forma abſolute. Elemēta aūt vt puta aqua pōt dici materia reſpectu liquabiliū ⁊ farina reſpectu panis tamen non eſt materia prima abſolute ſufficientia aūt quattuor cauſarū probatur per reſponſionem ad quattuor queſita Si eñ queratur ꝓpter quid eſt medicus reſpondetur ꝙ propter ſanitatē Sed contra Sanitas non ē nobilior medico ergo nō eſt finis eius Dicendū ꝙ ſanitas in eſſe cauſe finalis eſt nobilior medico in eſſe cauſe agētis Similiter ſi queratur ꝓpter quid aliquid ē tale pōt reſpōderi per cauſā materialē ⁊ ſic dicimus ꝙ ſemen eſt cauſa materialis ſed diſtinguendū eſt de ſemine quia ſemen viri eſt efficiens cā nō autē mulieris. Alia eſt cā efficiens ⁊ ſic dicimus ꝙ ſtatuificus per ſe facit ſtatuam Sed cōtra vel per ſe facit ſtatuā in vniuerſali ⁊ hoc nō quia vniuerſale non pōt fieri per ſe. Item bene ſequitur Statuificus p ſe facit ſtatuā ergo artifex per ſe facit ſtatuā quia ſecundū ari. genus cauſe p ſe etiā eſt cā p ſe ꝙ conſequens ſit falſum patet dupliciter. Primo accidit artifici inq̄ntū hmōi facere ſtatuam. Item actus ſunt ſuppoſitorū ergo artifex in vniuerſali non facit ſtatuā. Dicendū ꝙ per ſe facit ſtatuā ſed non primo Et per hoc ſoluuntur argumenta. Itē ſi queratur propter quid angulus eſt rectus Reſpondetur p cauſā formalē quia ſcꝫ conſtituitur ex linea cōſtituēte duos angulos equales Sed vtrū omne qđ reſpōdetur per hmōi queſtionē ſit cauſa p ſe videtur ꝙ non quia ſi queratur quare materia appetit formā reſpondetur ꝙ propter priuationem priuatio eñ eſt cauſa appetitus. Itē pluuia ē propter meſſes ⁊ tn̄ videtur ꝙ meſſis nō ſit cā pluuie Tum quia meſſes nō ſunt a natura ſed ab arte gͦ pluuia non eſt cauſa meſſis Nec econuerſo Nullum eñ artificiale pōt eſſe cā forme ſubſtātialis quia ars eſt forma accidentalis Sed hic pōt dici ꝙ ars aliq̄n confert formā ſubſtantialē vt in alchi-

mia et per artē producitur forma in aquis artificia libus que non ſunt eiuſdem ſpēi cum naturalibus Sed contra videtur. S. T. de potentia. q. 6. ar. 1. ad 18^{m}. et in. 2. d. 7. q. 3. ar. 1. ad 5^{m} et phūs dicit. 4. metheororum ꝙ alchimiſte non faciunt verū aurū ſed de hoc dicendum eſt vt ſupra. Et ſi queratur Ad quam ſciam pertinet cōſiderare de cauſis. Dicendum ꝙ triplex eſt conſideratio rerum quedā enim ſunt res immobiles ⁊ circa hoc eſt conſideratio metha. Alie ſunt mobiles et incorruptibiles ⁊ de hiis eſt aſtronomia. Alie ſunt mobiles et corruptibiles et iſte habent. 4. cauſas quas conſiderat phiſicus qui habet per quālibet cauſam demonſtrare. Notandum tamen ꝙ materia et efficiens quādoqꝫ ſūt talis nature ꝙ ipſis poſitis neceſſario ponitur effectus et tunc fit demonſtratio a priori vt hoc eſt cōpoſitum ex contrariis ergo eſt corruptibile aliquādo vero non ſed ſolum frequenter et tunc fit demōſtratio ab eo quod eſt poſteri⁹ natura vt ſi homo debet generari neceſſe eſt ſemen hominis cum virtute formatiua preexiſtere. Si tamen remouerentur impedimenta tunc neceſſario ſequeretur effectus et fieret demonſtratio. Et ſic dicit phūs. 1. poſt. ꝙ de hiis que ſunt frequenter eſt ſcientia de fine vero dicit ariſtoteles ꝙ eſt perfectio et dignitas rei ⁊ natura ſemper de poſſibilibus facit quod melius eſt Non ſimpliciter ſed ſecundum ꝙ conuenit nature ideo per cauſam finalem fit demonſtratio arguendo ſic Hoc eſt melius et dignius ſic fieri ergo a natura fiet vt melius eſt dentes hominis anteriores eſſe acutos propter diuiſionē cibi ergo ſic fiet niſi ſit defectus ex parte materie vt patet in monſtris. Sed vtrum dentes et digitus ſint partes hominis videtur ꝙ nō quia ſine eis homo poteſt eſſe. Item partes ſunt priores toto ſed non ſic eſt de dētibus quia pueri naſcuntur edentuli Dicendum ꝙ non omnes partes quantitatiue ſunt priores toto S. T. 7. methaphiſi. poſt philo. declarat etiam aliqua pars diffinitionis non eſt prior vel pars diffiniti patet quia angulus acutus dicit͛ qui eſt minor recto. Mathematicus aūt non demonſtrat per. 4. cauſas ſꝫ per cauſam formalem.

¶ Contra hec arguitur vel monſtrum fit per ſe a natura vel per accidens Non 1^{m} quia tunc ſemper natura faceret monſtrum Nec ſecundum quia tūc monſtrum eſſet ens per accidens quia eſſet effect⁹ per accidens ſed hoc eſt falſum quia ens per accidens a nullo fit per ſe ſed monſtrū fit a deo ꝑ ſe forte dicis ꝙ ens per accidens eſt a deo effectiue cum ſit creatura et non creator cōtra tūc de ipſo eſt ſcietia quia habet deum pro cauſa inuariabili forte dicis cauſa proxima eius eſt variabilis contra cauſa prima inuariabiliter mouet illam proximam ergo etiam illa proxima īuariabiliter mouet ergo de ente per accidens eſt ſcia contra ariſ. 6. metha. Itē quod fit frequenter non eſt per accidens ſed monſtrum fit frequenter probatur quia femina eſt monſtrum cum ſit mas occaſionatus ⁊ mulus. Item poſſibile eſt ꝙ in aliqua regione cōmuniter generent͛ mōſtra vel homines nimis parui vel nimis magni ergo male diffinitur monſtrū dicendo ꝙ fit preter ſolitum curſum nature. Item genito quinto digito natura adhuc generat ſextum in animali ergo natura intendit monſtrum. Item de monſtro eſt ſcia ergo monſtrum fit ſepe et frequenter forte concedis per reſpectum ad ſuā cauſam. Sed cōtra Tūc etiam effectus fortuitus fieret ſepe et frequenter quia ſemper fit poſita ſua cauſa que eſt caſus et ſic erit effectus per ſe reſpectu ſue cauſe quod ſi concedas ſequitur ꝙ caſus vt ſic erit cauſa per ſe quod eſt contra ſuam diffinitionem.

¶ Secundo Natura eſt cauſa per ſe nature ergo eſt cauſa per ſe monſtri forte dicis negando conſequentiam quia non inconuenit ꝙ aliquid ſit cauſa per ſe reſpectu vnius et cauſa per accidens reſpectu alterius Contra cauſa per ſe ſemper precedit cauſam per accidens ergo non eſt idem cum ea vt ſupra dictū eſt. Itē natura a deo dirigit͛ ergo nūqꝫ producit monſtrum niſi intendat ipſum producere Item actiones eiuſdem ſpeciei ſunt ad eundē terminum et ſi vnus terminus non ſit a caſu nec ali⁹ ſed homo monſtruoſus et non monſtruoſus ſunt eiuſdem ſpeciei ergo ſi vnus fit ex intentione et alius.

¶ Tertio omnis effectus naturalis habet finem et cauſam neceſſariam ergo nullus fit a caſu ſed mōſtrum eſt effectus naturalis. Forte dicis ꝙ quia fit raro ideo fit per accidens et a caſu cōtra aliqua que ſunt per accidens fiunt ſepe quia aperiens feneſtram eſt cauſa per accidens introitus luminis ⁊ remouens columnam eſt cauſa caſus lapidis. Itē tunc pluuia ſub cane eſſet a caſu vt etiam ſupra cōceſſum eſt Sed contra in celeſtibus nichil fit a caſu.

¶ Quarto arguitur ꝙ animalia per eorum naturam non agunt propter finem vt dictum eſt quia vt͛ aranea facit telam per naturam que ſit materia et patet ꝙ non vel per ſuam formam ſenſitiuam Sed contra nunqꝫ ſenſit hyemem ergo formica non colligit grana propter tempus hiemale futurum. Item que ſunt a natura fiunt quolibet tempore ſꝫ formica nō q̄lꝫ tpe colligit grana Item iſta aīalia videntur operari ex quadam prudentia et artificialiter ergo non ex natura. Forte dicis ꝙ animalia agunt propter finem vt dicit. S. T. 12^{e}. q. 1. ar. 2. tamen non mouent ſeipſa ad finem contra ſecūdum ariſtote. in. 8. phi. animata mouēt ſe et non niſi ad aliquem finem ergo animal mouet ſeipſum ad finē Forte dicis ꝙ non habet rationem finis et ideo nō proprie mouet ſe ad finē. Contra nichil agit propter aliquod in cognitum ergo niſi aīal habeat rationē finis nō pōt agere ꝑpter finē: finis enim nō mouet niſi vt eſt in intētiōe vt dicit. ſ. t. 12^{e}. q. 1. ar. 1 ad 1^{m}. Ne curo pro nunc an ibi intentio capiatur ꝑ actu intellectus vel pro actu voluntatis de quo vide. ſ. t. de veri. q. 22. ar. 13. et q. 21. ar. 3. ad 5^{m}.

¶ Quinto arḡ ꝙ phiſi. nō differat ab aſtrologo vel mathe^{o}. qꝛ phiſic⁹ demrāt ꝑ quēlꝫ cām vt dctm̄ ē ꝑtiet ad phiſi. demrāre terrā eē rotūdā ꝑ eādē cām ꝑ quā aſtrolog⁹ demrāt Itē oīs forā hꝫ cām efficiētē g^{o} ſi mathe^{s}. demrāt ꝑ formā poterit ēt demrāre cām efficientem. Item mathe^{s}. tractat de q̄lꝫ re g^{o}

de qualibet cauſa antecedens patet quia tractat
de vnitate modo quelibet res eſt vna ⁊ ſimiliter ar
gueretur ꝙ phiſicus tractat de qualibet re etiaꝫ de
deo quia oppoſitorum eadem eſt diſciplina ſed tra
ctat de mobili ergo tractat de immobili. Item for=
ma non habet cauſam formalem vt patet prima.q.
61.ar.1.ad 2^{m} ſed illa de quibus eſt mathematica
ſunt forme g° non hn̄t cauſam formalem.
¶ Sexto materia non habet cauſam ergo philoſo
phus nil poteſt demonſtrare de materia ſalteꝫ per
quattuor cauſas. Item occaſio et omen videntᷣ eſ=
ſe quedam cauſe et non effectus tamen nulla ſciē=
tia de iſtis determinat ergo nec de alijs et tamē vi
detur eſſe cauſa quia ex omine aruſpices nituntur
predicere futura vt pꝫ ex petrarcha de rebus mēo=
rabilibus lib.4.trac.6. vnde emilius pugnans ad
uerſum xerſem regē macedonie ſero venit domūꝫ
et inuenit filiā triſtem quia perſa eius catella mor
tua fuerat ex hoc ſumpſit omen quia vicit predictū
regem vnde Omen a quibuſꝺ dicitur oſtentum qꝛ
aliquid futurum oſtendit.
¶ Ad primum dicendum ꝙ monſtrum fit per acci=
dens a natura particulari et aliquando per ſe a na
tura vniuerſali nec ſequitur eſt effectus ꝑ accidēs
ergo eſt ens per accidens quia non eſt diuerſorum
predicamentorū ſed queritur in quo predicamēto
ponuntur monſtrum et fortuna. Dicendum ꝙ for=
tuna videtur dici relatiue ad fortunatuꝫ Monſtrū
autem cum ſit deffectus non ponitur per ſe in pre=
dicamento et ideo melius videtur dicendum ꝙ nō
habet cauſā per ſe. Ad aliud dicitur a quibuſdam
ꝙ in illa patria in quibꝰ ſepe fiunt monſtra vt ſcꝺꝫ
ſolinū in lib. rerū memorabilium in india ſepe na=
ſcuntur homines difformes et tamen non ſunt pre
ter ſolitum ibi vel dicitur ꝙ inſolitum non dicit ra
ritatem facti ſed excludit ſolitum curſum nature
S.T.in.2.d.18.q.1.ar.3.ad 2^{m}. Ad aliud dicitur ꝙ
licet natura continuet operationem in generatio=
ne monſtri non tamen intendit mōſtruoſitatem ſꝫ
ſubiectum eius et hoc indiuiduum quod eſt ſextus
digitus Cui tamen accidit ꝙ ſit ſextus. Ad aliud
dicitur ꝙ monſtro in vniuerſali conueniūt aliqua
predicta vniuerſaliter dicibilia de ipſo per diffini=
tionem et ſic de eo habetur ſcientia. Et per hoc pꝫ
quomodo fortuna poteſt diffiniri et ita de alijs Si
dicatur ſecunduꝫ phm̄ fortuna eſt imanifeſta ergo
non diffinitur. Item melius eſt ſic eſſe q̄ꝫ nichil eſ
ſe ergo melius eſt eſſe monſtrum q̄ꝫ nichil eſſe ſed
natura facit quod melius eſt ergo natura intendit
monſtrum. Item terminus gn̄ationis eſt intentus
ab agente ſed monſtrum aliquando eſt terminꝰ ge=
nerationis et finis quia per generationē acquiritᷣ.
Item aliquis pater deprauatus poteſt velle gn̄a=
re hominem monſtruoſum ergo monſtruꝫ eſt inten=
tum a gn̄ante. Item pctm̄ eſt monſtrum in morali=
bus ſed difformitas peccati aliquando eſt intenta
vnde aug. dicit ꝙ cum furaretur poma amabat ip=
ſum defectum Et. S.T. dicit. q. de malo.q.3.ar.12.
ꝙ quando quis vult aliquid quod ſcit eſſe malū iā
ex conſequenti malum vult non ſolum per accidēs
ad quartū et de veri.q.24.10.ad 3^{m} voluntas eſt ꝑ
ſe cauſa peccati. Ad hec dicitur ꝙ fortuna quo ad
predicata vniuerſalia eſt cognita. Ad aliud nega=
tur conſequentia Deinde dicitur ꝙ pctm̄ poteſt eſ
ſe intentum per ſe ſed non primo. S.T. opuſ.31.
ca.1. dicit ꝙ intendere ipſius nature nichil aliud
eſt q̄ꝫ habere naturalem inclinationē ad aliquid.
¶ Ad ſecūdū dicitur ꝙ cauſa prima ſimpliciter eſt
cauſa per ſe et reſpectu malorum pene poteſt dici
cauſa per accidens tamē vt cauſa per accidens nō
habet rationeꝫ prime cauſe Et ad aliud negatᷣ ma
ior.
¶ Ad tertium dicitur ꝙ effectus per accidens ali
quando fit ſepe quia homines vt in pluribus ſunt
mali ſed. ſ.t. dicit pria.q.49.ar.3.ad 5^{m} ꝙ iſta infe=
riora in quibus contingit malū nature vt corruptio
nes ſunt pauca reſpectu corporuꝫ celeſtium in qui=
bus nullus eſt effectus per accidens in elementis
tamen bene eſt effectus per accidens vt patuit de
pluuia ſub cane. Et ſi dicatur Aſtrologus poteſt iu
dicare de pluuia futura ſub cane ergo non fit a ca=
ſu Negatur conſequentia qm̄ etiam ſcit predicere
de monſtro.
¶ Ad quartum dicitur ꝙ natura non ſemper eo
dē mō operatᷣ qꝛ alias naſcerētur flores ī hyeme nec
proprie animalia habent prudentiam ſed ex inſtin
ctu nature et non per cognitionem futuri agunt.
¶ Ad quintum dicitur ꝙ phiſicus demonſtrat ꝑ
quamlibet cauſam pertinētem ad motum vnde nō
habet etiam demonſtrare quecunqꝫ predicata de
ente mobili nec de eis determinare niſi per medi
um phiſicum poſſint cognoſci Et per hoc patet ad
alia vnitas enim mathematica non in quolibet re
peritur vnde in deo trinitas perſonarum nō eſt tri
nitas de genere quantitatis alias eſſet proportio
tripla triū perſonarū ad vnā et per ꝯn̄s proportio
inequalitatis maioris Et ſic deſtrueretur equali=
tas in diuinis.

AD 4^{m} ſic proceditur videtur ꝙ contin=
gentia rerum non ſtet cum prouidētia
dei quia bene ſequitur deus hoc prouꝺ
dit ergo ita erit ſed antecedens eſt ne
ceſſarium ergo et conſequens Forte di
cis ꝙ antecedens non eſt neceſſarium niſi ex ſup=
poſitione Hoc videtur contra. S.T. prima q.14.
ar.13.et de verita.q. Item quando aliquid eſt
neceſſarium ex ſuppoſitione tunc fatuum eſt con=
ſiliari de oppoſito q̄ꝫdiu ſtat illa ſuppoſitio ſi ergo
deus habet prouidentiam de quolibet futuro tūc
periret omne conſilium Forte dicis ꝙ oportet con
ſiliari quia non eſt neceſſarium abſolute. Contra
licet contingens ſit fortem moueri tamen fatuum
eſſet conſiliari ad faciendum ipſum non moueri
ſuppoſito ꝙ currat. Item videtur redire error
gentilium qui aſſumebant ad excuſationem ſuoꝝ
peccatorum omnia prouenire ex fato quia fruſtra=
toriū eſt, ſtāte prouidentia dei ꝙ a erit oppoſitū cō
ſiliari Si dicas ꝙ gētiles ponebant res ꝓuenire
ex q̄dā neceſſitate abſoluta hoc eſt falſū ſꝫ ſolū po

nebant ꝙ ita eueniret ſuppoſito ꝙ ſit ita fatatum Sed contra Natura agit propter finem quem nō cognoſcit ſecundum philoſophum hic ergo oportet ꝙ dirigatur a primo agente ergo primum agēs vniuerſalei cauſando ſcilicet deus habet prouidētiam de rebus.

finẽ. Itẽ neceſſitas eſt ex illo per quod aliqd põt
demouſtrari eẽ tale ſed per q̃llibet cauſam põt con
cluſio demonſtrari ergo per q̃llibet cãm res põt di
ci neceſſaria. Itẽ res naturalis non poteſt eẽ ſine
cauſa materiali nec ſine formali ergo habꝫ ex iſtis
neceſſitatem.

¶ Ad primũ dicendũ ꝙ ſcientia dei non imponit
rebus neceſſitatẽ licet ſciẽtia dei non poſſit muta
ri. Poſſum eñ per liberũ arbitriuꝫ facere ꝙ deus
nunq̃ꝫ ſciuerit me peccaturũ et ideo quidã dicunt
ꝙ ſcita a deo mutabiliter eueniũt q꞉ licet ſcientia
dei non poſſit mutari tamẽ ſcita a deo poſſunt eui
tari. Ad illud quod tangiꝛ ex ihero. diciꝛ ꝙ incõue
niens deum ita eẽ ſollicitũ de oibus aĩalibus ſicut
de homine. Et per hoc ptꝫ ad alia deus eñ intueꝛ
res quaſi preſentes. Et ideo ſicut p̃ſentia rei non
tollit meritũ ita nec dei preſcientia. Ad aliud dici
tur ꝙ non dicimus eandẽ rem eẽ neceſſariã abſo=
lute et contingentẽ ſed bene eſt neceſſaria ex ſup
poſitione ⁊ non ꝯtingẽs per reſpectũ ad deuꝫ pro
q̃to ordine ſue ſapientie exire non poteſt.

¶ Ad ſecundũ dicitur ꝙ argumẽta procedunt ex
malo intellectu vt patuit in corpore articuli vnde
res per reſpectũ ad deũ non habent ordinẽ fallibi
lem et ideo ꝑ reſpectũ ad deũ dicũtur habere quã
dam neceſſitatẽ non abſolutã qm̃ poſſet deꝰ ſe ſo=
lo omnia annichilare. ⁊ ideo deus non dicitur cau
ſa contingens nec effectus eius dicitur ab eo con
tingens phiſice. Secundo dicitur ꝙ per reſpectuꝫ
ad cãm ſcd̃aꝫ effectus dicũtur contingẽtes ⁊ a deo
dicuntur libere producti et non neceſſario abſolu
te. Tertio dicitur ꝙ illa que immediate fiũt a deo
ſemper fiunt ſed illa q̃ꝺ que deus ordinauit cãs ſe
cundas non ſemper eueniunt quia poſſunt impe=
diri. ¶ Et per hoc patet ad tertium.

¶ Ad quartũ dicẽduꝫ ꝙ non eſt poſſibile in ſenſu
compoſito motum nunc eſſe ⁊ poſt hoc non fore q꞉
partes ſunt incompoſſibiles. Ad aliud dicitur ne
gando conſequentiam.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ in rebus naturalibus
aliquid nunc fit neceſſario non abſolute ſed ex fi=
ne vt ꝙ hoc lignum corrumpatur non eſt neceſſa=
rium abſolute ſed bene eſt neceſſarium ſuppoſito
ꝙ forma ignis debeat introduci in eo. Secũdo di
citur ꝙ neceſſitas ex principijs eſſentialibus vel
q̃ eſt ex fine abſolute neceſſario poteſt dici neceſſi
tas abſoluta reperta in rebus naturalibus vñ. S.
T. dicit libro ſcd̃o contra gentiles c.30. rem eẽ cor
ruptibilem et celũ eſſe eſt neceſſariũ abſolute. Et
ſi dicatur deus poteſt ipm̃ annichilare ergo nõ eſt
neceſſariũ abſolute iſta conſequentia nichil valet
in phiſica quia phiſicus iudicat de rebus ſecunduꝫ
cauſas naturales. Tertio diciꝛ ꝙ hic non loq̃mur
de mathematicis. Quarto diciꝛ ꝙ ſecluſo fine nul
la eſſet actio deinde diciꝛ ꝙ defectus ⁊ ſimilia ha=
bent finẽ licet non per ſe primo intendantur quia
corruptio vnius eſt generatio alterius et ideo per
accidens intenditur. S. T. libro tertio contra gẽ=
tiles c.6. ⁊ de po.q.3.ar.6.ad.19m. dicit ꝙ priuatio
vel corruptio eſt preter intentionẽ nature particu
laris non autem vniuerſalis.

¶ Ad 6m pꝫ ex dictis 2o dicitur ꝙ cõtingẽtia ſunt
contingẽtia quando ſunt vnde philoſophus dicit
9.methaph. ⁊ S. T. lec.3. ꝙ aliquid eſt poſſibile ⁊
quando eſt et quando nõ eſt ꝙ enim aliquid ſit poſ
ſibile quando nõ eſt patet quia aliquis qui nõ ope
ratur habet artem per quam poteſt tunc operari.
Et aliquis libere operatur ergo pro tũc poteſt nõ
operari Forte dicis ꝙ non ſed prius potuit facere
ꝙ tunc non operaretur Et ideo dicitur libere ope
rari Et ſic dicit Occã cõtra quem multipliciter ar
gumẽtatur gregorius in primo diſtinctio. 38. quia
ſecundum eum ãgelus i primo inſtanti potuit pec
care et tamen non potuit prius vitare peccatum
quia prius non erat Sed queritur de veritate hu=
ius Aliquid ſimul et ſemel poteſt eſſe et non eſſe
Quidam eam concedunt in ſenſu diuiſo Sed con
tra inquit gregorius quia ſua de ineſſe eſt impoſſi
bilis et ipſa eſt falſa in ſenſu compoſito ergo non
debet concedi in ſenſu diuiſo et ideo dicit ꝙ nõ ſe
quitur aliquid quando poteſt eſſe poteſt non eſſe
ergo aliquid ſimul ⁊ ſemel poteſt eſſe et non eſſe
licet poſſet concedi copulatiue ꝙ aliquid ſimul po
teſt eſſe et poteſt non eſſe. Poſſet dicit ꝙ prima
non ponitur in eſſe per vnam cathegoricam ſed ꝑ
diuerſas partes Sicut et iſta iſte anime poſſũt eſ
ſe create demõſtrãdo ſecundum eum omnes quaꝝ
quelibet eſt creabilis. Tunc ad argumenta diciꝛ
ꝙ illud dictum eſt verum in ſenſu compoſito et in
ſenſu diuiſo ſi ſit de conditionato predicato q꞉ ſor
tes neceſſario eſt ens ſi eſt ens falſa tamen eſt in
ſenſu diuiſo ſi ſit de temporato ſubiecto deinde di
citur ꝙ oppoſitum illius quod nunc eſt verum po=
teſt eſſe verum abſolute non per aliquã ſucceſſio
nem tantum. Et ideo diuiſio facta nichil valet

¶ Ad ſeptimum dicitur ꝙ comparatio poſſibilis
ad potentiam non eſt ſicut menſurati ad menſurã

ſed ſicut obiecti ad potentiā contingit tñ diuinam potentiā oim̄ potentiarū eſſe menſuraꝫ. Ad aliud dico ꝙ lꝫ cauſa pꝛima maxime influat in effectū tñ eius influētia per cām pꝛoximā determinaꝶ et ſpecificatur et ideo eius ſimilitudinē imitatur effectꝰ Ad aliud dicitur ꝙ ꝗuis illuminare cecum ſit deo poſſibile non tamen poteſt dici oino poſſibile. Ad aliud dicendū ꝙ mundū foꝛe fuit poſſibile reſpectu cauſarū ſuperioꝛū dr̄ ſecūdo ꝙ iſtud dictū mundum foꝛe eſt poſſibile nō ſolum ſcđm diuinā potētiam actiuam ſed etiā ſecundū ſeipꝫ qꝛ termini nō ſunt diſcoherentes.

¶ Ad octauū dicendū ꝙ diuiſibilitas eſt pꝛopter foꝛmā que eſt finis materie. ad aliud dicitꝶ ꝙ vltia demonſtratio eſt per pꝛimam cauſam que eſt finis. Et nota ꝙ finis eſt poſterioꝛ in executione ⁊ iō neceſſitas que eſt ex fine eſt a cā poſterioꝛi. Quidam querūt vtrū res dicaꝶ impoſſibilis quia cā agēs nō poteſt eaꝫ pꝛoducere vel qꝛ res in ſe pꝛoducibilis non eſt quidaꝫ dicūt ꝙ res ſunt poſſibiles pꝛopter oīpotentiam dei ſic ꝙ oīpotentia dei eſt cā poſſibilitatis rerū et tamē econuerſo ſe habet impoſſibilitas ſcꝫ ꝙ non ideo aliquid eſt impoſſibile fieri qꝛ deus facere non poſſit ſed quia res fieri non pōt Sed contra hoc poteſt obiici quia poſſibilitas nō eſt aliud ꝗ̄ non implicatio ꝯtradictiōis ſꝫ hoc oꝛiꝶ immediate ex terminis et non aliūde vt ꝙ totū ſit maius ſua parte. Iteꝫ in mathematicis multa ſūt poſſibilia et tñ illa poſſibilitas non ſumitur ꝑ reſpectum ad oīpotentiā dei. Sed contra oīs potentia denominat ſuū terminū vnde ab intellectu res dicuntur intelligibiles ergo res dicunꝶ poſſibiles a potentia dei. S. T. de potentia. q. 1. ar. 3. dicit ꝙ poſſibile et impoſſibile dicūtur tripliciter. vnomō ſecundū aliquā potētiā actiuā vel paſſiuaꝫ. Scđo ſcđm ſeipm̄ qñ ſcꝫ p̄dicatuꝫ non repugnat ſubiecto Tertio dr̄ poſſibile ſcđm potentiā mathe, que ē in geometricis pꝛout dicitur linea potētia ꝯmenſurabilis quia quadratum eius eſt ꝯmenſurabile. Pꝛimo ergo modo res dicuntur poſſibiles a potentia dei vel ab alia cauſa.

¶ Sequitur tertius phiſicoꝛum.
Quoniam autem natura.

¶ Circa tertium phiſi. queruntur quinꝗ. Pꝛimo an motus conuenienꝶ diffiniatur. Secūdo an motus ſit eiuſdē eſſentie et pꝛedicamēti cum ſuo termino ad quē. Tertio an motus diſtinguatur a mobili. Quarto an ſit dabile aliquod infinitum. Quito an ſit dabile infinitū a deo factibile.

AD pꝛimū ſic pꝛoceditur videtur ꝙ motꝰ non bene diffiniatur dicendo motus ē actus entis in potētia ſcđm ꝙ hmōi qꝛ motus localis eſt actꝰ entis in actu cū motus ſit quidā actus exiſtens in mobili ergo motus non debet dici actus entis in potentia Sed contra eſt philoſophus.

¶ Reſpondeo dicendū poſtꝗ̄ determinatuꝫ in p̄cedentibus de pꝛincipijs rerū et ſcientie nūc tractandū eſt de motu in iſto tertio. Et in quarto determinabitur de conſequētibus motum quia tamē infinitū immediatius conſequiꝶ motuꝫ ideo in iſto libꝛo ſimul determinatur de motu et de infinito. Pꝛo quo ſciendum ꝙ ſcientia naturalis eſt de natura quia ergo in diffinitione nature ponitur motus ideo neceſſario determinat de motu. Tum qꝛ ignoꝛato motu neceſſe eſt ignoꝛare naturā qꝛ ignoratis partibus diffinitionis ignoꝛatur diffinitio ⁊ diffinitum. Tū quia conſiderans cāꝫ per ſe habet conſiderare effectū per ſe ſed motus eſt effectus ꝑ ſe ipſius nature ergo ad phiſicū pertinet conſiderare de motu. Et per idē pꝛobatur ꝙ habet conſiderare infinitum locū et tempus quia iſta cōſequunꝶ motū vacuū autē conſequitur motū ſecundum opinionem antiquoꝛū ideo etiā in quarto phiſi. determinat de vacuo.

¶ Notandum preterea ꝙ locus vacuū et tempus ſe habēt ad motū extrinſece vnde locus extrinſece menſurat motū ⁊ ſimiliter tempus ideo de iſtis non determiatur in hoc tertio infinituꝫ autem eſt ratio intrinſeca motus quia motus in infinitum diuidi poteſt ⁊ motus eſt continuus modo in vna diffinitione continui ponitur infinitum cōtinuū vno modo diffinitur ꝙ eſt diuiſibile in infinitum. Alio modo cuius partes copulantur ad vnū terminum cōem et ſic infinitū non poniꝶ in ſua diffinitione.

¶ Notandū preterea ad ſciendum quid ſit motus tres ponūtur diuiſiōes a phō. Pꝛima entiū aliud eſt potētia aliud eſt actus et hec nō ē per diuerſa genera entium quia potētia ⁊ actus īueniūꝶ in quolibet genere Secūda diuiſio eſt ipſius entis in decē pꝛedicamēta. Motus autē continetur ſub ſcđo mēbꝛo pꝛime diuiſiōis et ſub quattuoꝛ generibus ſecunde diuiſionis. Eſt enim motus ſecunduꝫ ſubſtantiam ꝗtitatē qualitatem et vbi vnde in iſtis p̄dicamētis reperitur motus qui non eſt preter res ad quas eſt motus que quidem res ſunt de altero iſtoꝛum pꝛedicamentoꝛum tantum. Unde ſciendū ꝙ omne imperfectum cadit ſub eodē genere cum perfecto non ſicut ſpecies ſed reductum ſicut materia pꝛima eſt reductiue in genere ſubſtantie ſed motus eſt actus imperfectus ergo eſt in eodem genere et pꝛedicamēto cum ſuo termino nō enim poteſt eſſe extra quodlibet pꝛedicamentū quia alias non eſſet ens quod per decem pꝛedicamēta ſufficienter diuiditur. Hijs autem generibus inquit. S. T. hic/non eſt accipere aliquid ratiōe vniuocū et ideo motus non poteſt eſſe genus ad diuerſa p̄dicamēta Quod autē in pꝛedictis pꝛedicamentis poſſit eſſe per ſe motus pꝫ quia in eis aliquid pōt exire de imperfecto ad perfectum eſſe alicuiꝰ foꝛe

¶ Notādum preterea ꝙ 3a diuiſio quā ponit philoſophꝰ eſt ipſius ad aliquid. Nam motus aliquo modo ad hoc genus pertinere videtur inꝗ̄tum mouens refertur ad mobile. Ad huius intellectum conſiderandum eſt ſecundum. S. T. ꝙ cum relatio habeat debilliſſimum eſſe quia conſiſtit tantū in hoc ꝙ eſt ad aliud ſe habere opoꝛtet ꝙ ſup aliđ accidens fundetur quia perfectioꝛa accidentia ſunt pꝛopinquioꝛa ſubſtantie et eis medianti-

bus alia accidētia ſubſtantie inſunt maxime autē ſuper duo fundatur r'atio ſcilicet ſuper ꝗtitatem ⁊ actionem ⁊ precipue ſuper numerū cui competit prima ratio menſure vt duplū et dimidiū et ſuper actionē et paſſionē vel ſecundum ipſū actū ſicut calefaciēs dicitur ad calefactū vel ꝙ ē egiſſe ſicut pater refertur ad filiū qꝛ genuit vel ſecundum potētiā agendi ſicut dñs ad ſeruum quia poteſt eum cohercere hanc diuiſionē ponit philoſophus ſub alijs verbis ſcilicet ꝙ ad aliquid aliud quidez eſt ſecundū ſuperhabūdantiā et defectū aliud eſt ſecundū actiuum et paſſiuum vt motiuū et mobile ⁊ ad hoc ſecūdū mēbrum pertinet motus Ex hijs ergo patet ꝙ motus eſt actus ſecundum aliquid ſcilȝ ſecundum 4. predicamēta et ꝙ eſt alicuius ſcilicȝ ipſius mobilis.

❡ Notandū preterea ꝙ duplex eſt actus quidam eſt actus purus vt deus qui eſt actus perfectus et ſic etiam illud quod ē i termino ad quem dicitur eē in actu ⁊ ſimpliciter tale Alius eſt act⁹ imperfect⁹ ⁊ pmixtus potentie vt actus qui adhuc ē in fieri et ſic calefieri eſt quidā actus ipſius aque ſecūdū ꝙ procedit de eſſe imperfecto caloris ad eſſe perfectum vnde aqua anteꝗ̄ calefiat eſt in potentia vt calefiat et vt ſit calida ſed quando calefit tūc non eſt in potentia vt calefiat ſed actu calefit et eſt in potentia vt ſit perfecte calida Ex quo patet ꝙ motus eſt actus quia per eum res dicitur actu calefieri Eſt autem actus entis in potentia quia ſemper reperitur in ente in potentia quia licet idem quādoqȝ ſit in actu et in potentia non tamen ſecundū idem vt puta actu calidum eſt in potentia vt frigefiat Ex quo patet ꝙ motus cōuenienter diffinitur dicendo ꝙ eſt actus entis in potentia ſecundum ꝙ in potentia.

❡ Et notandum ꝙ triplex eſt act⁹ primus quidaȝ eſt actus primus quo ad fieri et ſic motus poteſt dici actus primus et forma per motum producta actus ſecundus Alius eſt actus primus in eſſendo et ſic forma ſubſtāntialis eſt actus primus accidētalis vero actus ſecundus 3° dicitur actus primus prioritate cauſe formalis ad ſuum actum et ſic anima dicitur actus primus corporis animati et viuere actus ſecundus. Ex hijs patet ꝙ antiqui male diffiniuerūt motum dicentes motus eſt exitus de potentia in actum non ſubito quia exitus eſt ſpecies motus genus autem non diffinit̄ ꝑ ſpēm. Tū quia ſubituȝ in ſua diffinitione habet tempus. Eſt em̄ ſubitū ꝙ fit in indiuiſibili tēporis ſed tēp⁹ diffinitur per motum ergo motus non bene diffinitur per ſubitū. Et notandū ꝙ motus diffinitur ꝑ ſuum ſubm̄ ſcȝ ens mobile quod ad duo poteſt comparari ſcȝ ad motū et ſic eſt in actu et ad terminū cōpletum ipſius et ſic eſt in potentia ꝗ̄diu mouetur. Ex quo patet ꝙ illud quod eſt in potentia tantū nō dicitur moueri nec illud quod eſt in termīo perfecto ſed illud quod partim eſt ſub actu termini ad quē et ſub potentia termini a quo.

❡ Contra hec arguitur et primo probatur ꝙ ignorato motu non eſt neceſſe ignorare naturā quia ſecunda pars eſt falſa ſcȝ neceſſe eſt ignorare naturam ergo tota iſta propoſitio eſt falſa ignorato motu neceſſe eſt ignorare naturā. Antecedens patet quia contingens eſt ignorare naturam. Itē omne prius poteſt cognoſci ante ſuum poſterius ſed natura eſt prior motu ergo poteſt cognoſci ante motū Forte dicis ꝙ licet natura ꝗ̄tuȝ ad id quod ē ⁊ quo ad ſuū abſolutum poſſit cognoſci ante motum non tamen in ratione nature quia vt ſic iportat reſpectum ad motuȝ et operationē. Contra ſequeretur ꝙ tertius liber phiſi. deberet precedere ſcd̄m. Itē natura vt ſic eſt cauſa motus ergo natura vt ſic eſt prior motu ſcd̄ȝ naturā. ſed prius poteſt per abſtractionem intellectus cognoſci ſine poſteriori. Iteȝ natura et motus habent diſtinctos concept⁹ ergo vnus poteſt eſſe ſine alio imo hoc videtur eſſe neceſſariū quia plures operationes nō ſunt ſimul in intellectu ergo cognitio nature et cognitio diſtincta motus non ſunt ſimul. Itē ſi natura cognoſceretur per motum ſeq̄retur ꝙ naturā eſſe poſſet demonſtrari quod eſt cōtra phm̄ in pricipio ſcd̄i phi.

❡ Secundo natura diffinitur per quietem et nichilominus poteſt cognoſci ſine quiete ergo lȝ motus ponatur in diffinitione nature non ſequit̄ quī poſſit cognoſci natura ſine eo antecedens pȝ quia ille qui nūꝗ̄ vidit lapidē quieſcere poteſt ſcire ꝙ ſcd̄m ſuā naturam eſt grauis videndo eum deſcendere. Item angulus acutus diffinitur per angulū rectum vnde dicitur ꝙ angulus acutus eſt ille quī eſt minor recto et tamen poteſt cognoſci ſine recto immo poteſt eſſe ſine recto vt ſi abſcindatur medietas anguli recti tunc remanet angulus acutus. Item ſubiectū poteſt cognoſci ſine proprio accidēte vt homo ſine beatificabili ergo natura poteſt conoſci ſine ſuo per ſe accidente ſcȝ motu. Itē ſcd̄m phm̄. 7°. metha. T. C. 4. ſubā ē prior accidēte noticia diffinitione et tempore. Sed natura eſt ſubā eſt et motus accidens igitur.

❡ Tertio arguitur ꝙ motus non ſit actus qꝛ ſi ſic tunc omne quod mouetur eſſet in actu et non in potentia inꝗ̄tum hm̄ōi quod tamē eſt contra diffinitionē motus Et patet ſequela quia omne tale habet motum qui eſt actus. Item omne imperfectuȝ eſt in potētia ſed motus eſt imperfectus vnde perficitur per terminū ad quē/ ergo habet rationē potentie et nō actus. Itē po^a^ eſt actus entis in potētia ſm ꝙ hm̄ōi Potentia em̄ ꝑ reſpectuȝ ad formā in qua eſt/ eſt quidā act⁹ Sequit̄ ergo ex diffinitione ꝙ motus ſit potentia. Itē hec eſt vna reduplicatiua ſcilicet motus eſt actus entis in potētia ſcd̄m ꝙ in potentia cuius exponentes ſunt falſe quarū vna eſt ſi aliquid eſt in potētia in eo eſt actus ⁊ motus ⁊ omne ens in potentia habet actum quod eſt falſum de quieſcente.

❡ Quarto quod eſt actus entis in potentia nō eſt actus entis in actu ergo impoſſibile eſt ꝙ mot⁹ ſit actus et ꝙ ſit in ente in potentia. Itē ſi eſſet act⁹ maxime eſſet actus mobilis inꝗ̄tuȝ eſt mobile ſed hoc eſt falſum quia aliquid eſt mobile ſine motu lapis em̄ quieſcens eſt mobilis et tamen non habet motum ergo. Itē generatio eſt quidā motus et tamen nō eſt actus entis in potētia. Probatur quia

res quãdo generatur tũc actu eſt ergo nõ eſt in potentia et capio generationẽ non pro diſpoſitione ſed pro introductione forme ſubſtantialis. Itẽ qñ calor in:ẽditur tunc ibi eſt motus et tamen non eſt actus entis in potentia quia ſubm̃ iam actu habet calorẽ forte dicis ꝙ eſt in potentia ad calorẽ magꝭ intenſuꝫ. Contra ſequeretꝰ ꝙ aqua tepida ſemper moueretur et calefieret quia eſt in potentia ad calorem magis pefectum ergo ⁊c̃.

¶ Quinto vel motus eſt actꝰ perfectus vel ẽ actꝰ imperfectus non ſecundũ quia oĩs actus eſt perfectio quedã ergo nullus actus eſt imperfectus. Itẽ motus eſt actus mouentis quia mouens producit motum ergo non eſt actus entis in potentia. Iteꝫ actio eſt in mouente ergo et motꝰ quia actio in motu fundatur añs ptꝫ qꝛ denoĩat agentẽ ergo ⁊c̃.

¶ Sexto arguitur ꝙ motus eſt ꝑ ſe in predicamẽto et non ſolum reductiue quia ſcd̃m phm̃ hic motꝰ eſt de genere continuorũ ergo. Item ad quattuor predicamẽta vel ad tria eſt per ſe motus ergo motus per ſe eſt ad aliqua predicamẽta et vltra ergo motus per ſe eſt in aliquo predicamẽto. Itẽ S. T. in 4°. diſ. 1. q. 1. ar. 4. q. 2. 1m. dicit ꝙ eſt in p̃dicamento paſſionis nec ſignificat rem magis imperfectã vel ſub modo imperfectiori q̃ꝫ paſſio ergo eſt ita ꝑ ſe in predicamento ſicut paſſio vel calefieri quod ſi concedas contra nullũ poſtpredicamentuꝫ eſt per ſe in predicamento ſed motus eſt poſtpredi. in logica. Item arguitur ꝙ phũs non ſufficienter diuidit ad aliquid quia nullaꝫ facit mentionẽ de ſimilitudine et relationibus fundatis in qualitate.

¶ Septimo arguitur ꝙ motus ſit vniuocum quia oẽs motus menſurantur per vnũ vniuocuꝫ ſcꝫ per tempus. Et S. T. dicit in. 2. diſ. 2. q. 1. ar. 1. ad 3m. ꝙ motus vniuocatur ad minus in intentione generis. Et in p̄io ſen. dicit. D. ih. q. 4. ar. 2. ad. 2. ꝙ oẽs ſpecies motus equaliter cõueniunt in rõne cõmuni motus licet motus localis ſit prior alijs motibꝰ Sed motus reperitur in diuerſis p̃dicamentis ergo aliquid eſt vniuocũ ad ea q̃ ponũtur in diuerſis predicamentis. Itẽ motus in tota ſua cõitate hic diffinitur quidditatiue ergo eſt vniuocũ et ens per ſe quia ſolum tale diffinitur.

¶ Ad primuꝫ dicendũ ꝙ neceſſe dicit neceſſitatẽ ſuppoſitionis ſiue conſequẽtie et nõ conſequẽtis Ad aliud dicitur ꝙ prius a quo non conuertitꝰ ſubſiſtendi conſequentia poteſt intelligi ſine poſteriori de alijs autem non eſt neceſſe. Ad aliud dicitꝰ ꝙ ſcd̃us liber ponitꝰ añ 3m qꝛ cã p̃cedit effectũ. Ad aliud dr̃ a q̃buſdã ꝙ motꝰ et nã ſimul cognoſcuntꝰ vno actu. Vel dicitur ꝙ cognoſcũtur diuerſis actibus ad inuicẽ ordinatis. Ad aliud patuit 2°. phiſi. Et ſi dicatur naturã eſſe eſt per ſe notũ ergo non cognoſcitur per motum de hoc dictum eſt ſupra. Anteq̃ꝫ eñ cognoſcatur ꝑpoſitio per ſe ñota opꝫ cognoſcere terminos et ideo non valet conſequentia.

¶ Ad ſcd̃m dicitur ꝙ natura non perfecte cognoſcitur ſine quiete quies autẽ cognoſcitur per motũ ſicut priuatio per habitum et ideo ariſtoteles non dixit ꝙ ignorata quiete neceſſe ſit ignorare naturam. Ad aliud dicitꝰ ꝙ angulus acutus non cognoſcitur diffinitiue niſi per rectum vel niſi aliter diffiniatur. Sed tunc queritur nunquid natura poſſet diffiniri per genus et differentiam ſine motu dicẽdum ꝙ non. Ad aliud dicitur ꝙ ſubiectuꝫ non põt cognoſci ſine ꝑprio accidente quod ponitur in ſua diffinitione. Sed contra eadem ſunt principia eſſendi et cognoſcendi ſed accidens non eſt principium eſſendi ſubſtantie igitur nec cognoſcẽdi. Dicendum ꝙ maior eſt vera de principio cognoſcendi a priori Natura autem non ſic cognoſcitur licet quidam dixerint ꝙ motus eſt quodãmodo cauſa finalis ipſius nature vel ꝙ naturam eſſe principiũ motus eſt cauſa finalis nature. Ad philoſophũ dicitur ꝙ ſubſtantia ſcd̃m ꝙ genus generaliſſimum ab intellectu cognoſcitur ante accidens.

¶ Ad tertium patet ſatis et Notandum ꝙ ſubiectum motus ſemper eſt ens in actu ſed in generatione ſubiectum eſt materia que eſt pura potentia S. T. de po. q. 3. ar. 2. Ad aliud dicitur ꝙ motus ſi comparetur ad ſubiectum ſic habet rationem perfectionis. Alio modo comparatur ad terminuꝫ ad quem et ſic habet rationem perfectibilis et potentie et primo modo rationem actus Nec incõuenit idem habere rationem potentie impure et actꝰ Et per hoc patet ad aliud et li. inq̃ꝫtum capitur hic ſpecificatiue.

¶ Ad quartum negatur antecedens quia reſpectum diuerſorum eſt in actu per motum et in potẽtia ad terminum ad quem Ad aliud dicitur vt priꝰ Oẽ enim mobile ordinatur ad motum tanq̃ꝫ ad finem propinquum et ideo motꝰ dr̃ actus eiꝰ. Ad aliud quidam dicunt ꝙ diffinitio motus non conuenit generationi Sed contra ariſtoteles poſt diffinitionem motus exemplicat de generatione Forte dicis ꝙ capit generationem pro prima diſpoſitione Contra ſic non diſtinguitur ab alteratione. Alij dicunt ꝙ exemplorum non requiritur veritas qꝛ gñatio nõ eſt proprie motꝰ ſꝫ mutatio. Sed dicitur ꝙ generatio eſt actus entis in potentia ſcꝫ ipſius materie ſecundum ꝙ eſt in potentia ideſt ſecundum ꝙ prius erat iſta forma ſubſtantiali priuata Ad aliud dicitur ꝙ ad motum non ſufficit ſubiectum eſſe in potentia ad alium terminum ſed req̃ritur actus imperfectus exiſtens in ſubiecto tendente continue et fluente ad vlterius complemẽtum ſi ſit motus acquiſitiuus vel ad vlteriorem diminutionem ſi ſit motus remiſſionis Et hec diffinitio conuenit omni motui ſiue ſit generatio ſiue corruptio augmentatio vel diminutio vel motꝰ localis violentus ſeu naturalis.

¶ Ad quintũ dicitur ꝙ aliqua perfectio ſecundũ aliquid eſt imperfecta vt nigredo dicit perfectionem tamen pro q̃ꝫto dicit priuationem albedinis dicit imperfectionem ⁊ ita de motu dicatur per reſpectum ad terminum ad alia dicetur articulo ſequente.

¶ Ad ſextum videtur quibuſdam ꝙ motus ſit per ſe in predicamento quia de motu eſt ſcia/ſcia aũt eſt vniuerſalium ergo motus eſt quoddam vniuerſale Sed contra de linea viſuali eſt ſcientia et tamen non eſt per ſe i predicamẽto non enim eſt per

ſe in predicamento q̃titatis nec eſt per ſe in alio genere quia eadē ſcientia eſt de gñe ⁊ ſpē Si ergo linea viſualis eēt p ſe ſpecies q̃titatis continue tunc pertineret ad geometriam Et ſi eſſet ſpecies qualitatis pertinent ad methaphiſicam que conſiderat q̄litatē in rōe entis. Sʒ dices linea viſualis eſt ens per ſe alias de ipſa non eſſet ſcientia. Cuʒ de ente per accidens non ſit ſcientia dicendo aūt linea viſualis hoc totum eſt ens per accidens cuʒ addat ſupra lineam differentiaʒ accidentalē. Hic dicitur ꝙ dupliciter aliquid dicitur ens per accñs primo quia eſt aggregatum ex hijs que contingenter vniuntur et de tali ente per accidens non habetur ſciētia. Aliud eſt ens per accidens quando aliqua neceſſario vniuntur licet ſint diuerſorū predicamentorum et de tali ente poteſt haberi ſcientia vt ptʒ ſciendo hoīem eſſe riſibilē Quidā dicūt ꝙ ex ſubiecto ⁊ proprio accidente vtputa q̃titate non fit ens per accidens et ita dicunt de proprio paſſione et ſubiecto. Sed hoc videtur eſſe contra S. T. opuſ. 32. ca. 4. vbi diſputat contra cōmentatorem reprobando dimēſiōes interminatas. Preterea philoſophus. 5. metha. T. C. 18. dicit ꝙ motus non dicitur q̃tus niſi per accidens ⁊ ideo non eſt per ſe in predicamento q̃titatis ergo non ē dicendum ꝙ ſit per ſe in aliquo predicamento. Sed contra S. T. opuſ. 44. ca. 3. dicit ꝙ motus eſt eēntialiter continuus et ſucceſſiuus et ꝙ eius eſſentia in ſucceſſione conſiſtit ergo iſta p̄dicatio ē eēntialis motus eſt continuus ergo ibi predicatur genus de ſpecie. Negatur conſequentia deinde dicitur ꝙ diuidendo ad aliquid phūs non facit mentionem de relatione fundata ſuper qualitatē qꝛ non eſt relatio niſi equiparantie vel ſub q̃titate continetꝛ qualitas quia etiam in qualitate reperitur motus ſcʒ motus alteratiōis S. T. dicit ꝙ hic fit mētio de q̃titate quia ipſa poteſt eſſe menſura alicuius exterioris Et ideo aliquo modo conuenit cum ipſo ad aliquid magis q̃ qualitas.

¶ Ad ſeptimū dicitur ꝙ licet motus poſſit aliquo mō dici vniuocʒ hoc tamen non eſt contra nos qꝛ non eſt genus nec per ſe in predicamento cum ſit ens imperfectum.

AD ſecundum ſi proceditur. Videtꝛ ꝙ motus non ſit eiuſdem eſſentie ⁊ predicamenti cum termino ad quem quia ex p̄cedentibus dictum eſt ꝙ motus eſt ad aliquid et propter hoc ſuperius poſita fuit tertia diuiſio et vltra ergo omnis motus eſt in predicamento ad aliquid. Terminus autē ad quē non eſt illius predicamenti igitur ſed contra ē philoſophus. ¶ Reſpondeo dicenduʒ ꝙ de quidditate motus diuerſi ſunt modi dicēdi vt recitat albertus hic. Quidam enim dicunt motum eſſe in predicamento actionis. Quidā eñ conſiderauerūt motū p cōparationē ad ipʒ mobile ſm eē receptū qd̄ habet in mobili Et iſti dixerunt motum eſſe in genere paſſiōis. Alij ꝯſiderauerūt motū p ꝯparationē ad mouēs a q̄ p̄cedit tanq̃ act⁹ mouētꝭ. Et iſti dixerūt motū eē de genere actiōis. Tertij conſiderauerūt motum non per habitudinem ad mouens vel mobile ſed vt eſt quidā fluxus forme de eſſe imperfecto ad eſſe perfectum et iſti diuiſi ſunt. Quidam eñ dixerūt huiuſcemodi fluxū eſſe diſtinctum per eſſentiam a forma q̄ acquiritur. Quia tamen non eſt perfectum ideo non eſt aliquomō in genere vel ſpecie. Et ita dicit auicenna Alij autē dixerunt ꝙ motus vt dicit predictum fluxum eſt genus ad alias ſpecies motus quod eſt contra articulum precedentem. Alij dicunt ꝙ motus idē eſt ſecundū eēntiam cum forma que producitur Gilbertus porretanus videtur tenere ſcd̄aʒ opinionē quia dicit in ſex principijs ꝙ omnis motus eſt in actione Ariſtoteles in predicamento paſſionis videtur loquꝫ ſcd̄m primā opinionē quia illa opinio fuit famoſa tunc Sed hic ariſtoteles dicit ꝙ motus non eſt p̄ter res ad quas eſt motus et ideo dicēdū eſt ꝙ natura motus ē forma que acquiritur ſm ꝙ procedit de imperfecto ad perfectum Nec inconuenit ꝙ illa eadem forma dicatur actio vel paſſio pro materiali Actio inq̃ pro q̃to eſt ab agente. Paſſio vero prout fluit et recipitur in paſſo ab agente Probatur autem iſtud ſic quia forma permixta potētie et forma pura nō dr̄nt penes eēntiā ſʒ ſolū p eſſe motus autem non eſt aliud q̃ forma permixta potentie et terminus eius eſt eadem forma depurata a potentia ⁊ imperfectione ergo motus eſt idem ſecundum eſſentiam cum termino Et quia res ponūtur in predicamēto per ſuas eſſentias ſequitur ꝙ motus eſt reductiue in predicamēto ſui termini.

¶ Notandum preterea ꝙ motus actio paſſio pro materiali idem ſunt formaliter tamen diſtinguūtꝛ Et ideo quidam dicūt ꝙ predicti tres termini ſupponunt pro eodem ſed differunt per diuerſa ſignificata formalia. Pro quo ſciendum cum. S. T. ꝙ motus abſtrahit a ratione actionis et paſſionis et ideo non continetur in aliquo illorum predicamētorum ſed tunc reſtat dubitatio cum actio et paſſio ſint vnus motus videtur ꝙ non debent eſſe duo p̄dicamenta cum predicamenta ſint genera rerum. Item ſi motus eſt idem ꝙ actio vel paſſio ergo motus non reperitur in genere ſubſtantie vel quantitatis Ad horum igitur euidentiam. Sciendum eſt ꝙ ens analogice diuiditur in decem predicamēta ſecundum diuerſum modum eſſendi Modi autem eſſendi proportionales ſunt modis predicandi.

Predicando enim aliquid de altero dicimus hoc eſſe illud Tripliciter autem fit omnis predicatio Primo quando predicatum pertinet ad eſſentiam ſubiecti vt ſortes eſt homo et ſic eſt predicamentū ſubſtantie Alius autem modus eſt quando predicatū inheret ſubiecto ex p̄te materie et hoc eſt p̄dicamentum q̃titatis Nam quātitas proprie ſequitur materiam vnde et plato poſuit magnum ex parte materie aut conſequitur formam et ſic eſt predicamentum qualitatis Unde et qualitates fundātur ſuper quantitatem vt color in ſuperficie Et figura in lineis vel ſuperficiebus aut eſt per reſpectum ad alterum et ſic eſt predicamentum relationis Tertius autem modus predicandi eſt quando aliquod extrinſecum de aliquo predicatur per mo-

dum alicuius denominationis Sic enim acciden=
tia extrinſeca de ſubſtantijs predicantur vt homo
eſt veſtitus Aliquando ergo hoc fit ſecundum rõez
cauſe non formalis vel materialis vt homo eſt ra=
tionalis vel homo eſt corporeus ſed ſcd̃m cãm agẽ
tem et ſic eſt predicamentũ paſſionis. Nã pati ni=
chil aliud eſt ꝗ ſuſcipere aliquid ab agente. Secũ
dum aũt ꝗ econuerſo denoiatur cã agens ab effe=
ctu eſt predicamentũ actionis. Nã actio eſt actus
ab agente in aliud. Item aliquando denominatio
ſumitur ab accidente extrinſeco ſcd̃m rationẽ mẽ=
ſure extrinſece que ſunt tempus et locus. Scd̃m
igitur ꝗ aliquid denominatur a tempore eſt predi=
camentũ qñ Secũduȝ aũt ꝗ denominatur a loco ẽ
predicamentũ vbi et ſitus quod addit ſupra vbi or
dinẽ partium in loco. Hoc autẽ nõ erat neceſſariũ
addi ex parte temporis cũ ordo partiũ in tempore
ratione temporis importetur. Eſt eñ tempus nu=
merus motus ſcd̃m prius et poſterius. Eſt aũt ali=
quid ſpeciale in hominibus in alijs eñ animalibꝰ
natura dedit ſufficienter ea que ad conſeruationẽ
vite pertinent vt cornua ad defendẽdũ coriũ groſ
ſum et pilloſum ad tegendum ꝛ per iſta poteſt dici
animal naturaliter armatũ vel veſtitum ſuis parti
bus et nõ per aliquod extrīſecũ ꝛ ideo predicta de
nominatio refertur ad predicamentuȝ ſubſtantie.
Sicut cũ dicit guillermus eſt mantatus vel peda
datus Sed huiuſmodi nõ poterant dari hoi a na=
tura. Tũ quia non conueniebant ſubtilitati ꝯple=
xionis eius. Tũ ꝓpter multiformitatẽ operũ q̃ cõ
ueniũt hoi inq̈tum habet rationẽ quibꝰ determia
ta inſtrumenta non poterãt accomodari a natura.
Sed loco oim̃ eſt hoïs ratio que preparat ſibi exte
riora adminicula vnde cum homo dicitur armatus
vel veſtitus denoiatur ab aliquo extrinſeco. qđ nõ
habet rationẽ cãe vel menſure vnde eſt ſpãle pre=
dicamentum ꝛ dicitur habitus Qui etiã per reſpe
ctum ad hoiem aliqualiter cõuenit aialibus vnde
equus dicitur falleratus vel ſellatꝰ Sic ergo patȝ
ꝗ licet motus ſit vnus tamen predicamẽta que ſu
muntur ſcd̃m motũ ſunt duo ſcđȝ diuerſas denoia
tiones per quas predicamẽta diſtinguũtur.

¶ Notandũ preterea ſcd̃m S. T. lec. 4. ꝗ rõ mo=
tus completur non ſolũ per id quod eſt de motu in
rerum natura ſed etiã per id quod ratio apprehen
dit. De motu eñ in reruȝ natura nichil aliud eſt ꝗ̃
actus imperfectꝰ qui eſt inchoatio quedã actꝰ pfe
cti in eo quod mouetur ſicut in eo quod dealbatur
iam incipit eſſe aliquid albedinis Sed ad hoc ꝗ il
lud imperfectũ habeat rationẽ motus requirit vl=
terius ꝗ intelligamus ipm̃ quaſi mediũ inter duo
quorũ precedens cõparatur ad ipm̃ ſicut potentia
ad actum Unde motus dicit actus cõſequẽs vero
comparatur ad ipm̃ ſicut perfectũ ad imperfectuȝ
vel actus ad potentiã. Propter ꝗ dicitur actꝰ en=
tis exiſtis in poª vnde quodcũq; imꝑfectũ accipia
tur ſi ipm̃ non tendat in aliud non debet dici motꝰ
ꝗ̃tum igitur ad id quod in rerum natura eſt de mo=
tu. Motus ponitur reductiue in predicamento ſui
termini vt ſupra dictũ eſt. Sed ꝗ̃tum ad id qđ ra=
tio comprehendit circa motũ ſcȝ eſſe mediũ quod=
dã inter duos termīos ſic iam implicatur rõ cauſe
et effectus. Nã reducitur aliquid de potẽtia in a=
ctuȝ/ ſolũ ab aliqua cauſa agente ꝛ ſcd̃m hoc motꝰ
pertinet ad predicamentũ actionis et paſſiõis q̄z
hec duo predicamenta accipiũtur ſcd̃m rõnem cãe
agentis et effectus et per hoc ptȝ reſponſio ad 2ᵐ
argumentum in dubio tactũ Ex predictis ergo pa
tent duo. Primo quid ſit motus. Secundo ꝗ actio
et paſſio ſunt vnius motꝰ materialiter ita ꝗ calor
productus in aqua eſt actio pro materiali. Actio eī
tranſiens eſt in paſſo et idẽ calor etiã eſt paſſio ꝓ
materiali differunt tamen ſcd̃m rationẽ formalem
dicentẽ qđ q̄d erat eſſe. Per hoc ꝗ dicũt diuerſas
relationes reales vnde actio pro formali dicit re=
lationem que eſt in agente. Et paſſio dicit aliã re=
lationem que eſt in paſſo. Primuȝ probatur q̄z idẽ
motus eſt actus agentis et patientis ſed actio eſt
actus agentis ſcd̃m ꝗ fluit ab agente. Et paſſio ẽ
actus patientis ergo actio et paſſio ſunt idem mo
tus tamen non ſunt idem abſolute. S. T. 1ª. parte
q. 28. ar. 3. 1ᵐ. Secunduȝ ſatis patȝ ex ſupradictis.
Unde actio et paſſio formaliter non ſolum differt
ratione ratiocinante ſiue ratione preciſe ſe tenẽ=
te ex parte intellectus Sed tenente ex parte rei
Ex prima etiam parte probatur ꝗ actio pro mate=
riali eſt in paſſo quia motus eſt in paſſo Ex predi=
ctis patet ꝗ motus eſt actus mouentis et mobilis
et ideo poteſt diffiniri per comparationem ad mo=
uens et mobile dicendo ꝗ motus eſt actus actiui ꝛ
paſſiui inq̈tum huiuſmodi. Et ſciens diffinire
motum in vniuerſali facile poterit diffinire ſingu=
las ſpecies eius. Nam ſicut dicimus ꝗ motus eſt
actus entis mobilis inq̈tum mobile ita poſſumus
dicere ꝗ alteratio eſt actus alterabilis inq̈tum al
terabile et ſanatio eſt actus ſanabilis inq̈tum ſa=
nabile Si queratur quid ſit actio primi agentis di
cendum ꝗ actio primi agentis non eſt in aliquo ge
nere ſed eſt ipſa dei ſubſtantia cũ relatione ad cre
aturam que non eſt relatio talis ſed ratiõis tantũ

¶ Contra hec arguitur p aureolum et ſcotũ. Pri=
mo probando ꝗ actio et paſſio non ſunt vnus mo=
tus quia illuminatio eſt actio corporis luminoſi in
corpus illuminabile Sed illũatio nõ fundatur ī
motu non enim lumen acquiritur per motum ſed ꝑ
mutationẽ indiuiſibilẽ et inſtãs. Et cõmẽ. ait. 6.
phi. c. 32. ꝗ ariſtoteles et omnes peripathetici di=
cunt aliquas eſſe tranſmutationes que non fiunt
in tp̄e ergo non omnis actio eſt motus nec habet
motum pro fundamento nec valet ſi dicatur ꝗ mo
tus localis preceſſit illuminationẽ quia tales trãſ
mutationes indiuiſibiles ſunt fines aliorum mo=
tuum vt cammentator dicit ibidem quia illumina=
tio actio non fundatur in illo motu igitur. ꝛc.

¶ Secundo arguitur ſic Uia in aliquod ens eſt
actio vt patet. 7. metha. cõ. 1. ſed non omnis via ad
ens eſt per motum immo aliqua habent eſſe ꝑ ſim
plicem mutationem ſicut forme ſubſtantiales et
gratia in anima Et ſimiliter creature ſunt a deo ꝑ
ſimplicem emanationem igitur non eſt verũ ꝗ om
nis actio ſit fundata in motu Nec valet ſi dicatur
ꝗ commentator ibi dicit de ariſtotele ꝗ intẽdebat

ꝑ motꝰ corporū vias ducētes ad gn̄atiōes iſtoꝝ nō vz inqꝫ q2 magis per hoc habetur intentū nō eñ exponeret motus per vias q2 in plꝰ ſe hꝫ via ad ens ꝙ̄ motus. Itē phūs dicit ꝙ viſio ꝛ auditio ꝑficiuntur in inſtanti ſed viſio ꝛ auditio ſunt paſſiōes ſenſuū ꝛ actiōes ſenſibiliū vt ptꝫ.2.de aīa ergo non oēs actiones ꝛ paſſiōes ſūt ī tēpore ꝛ per ꝯn̄s nō ſunt in motu. Itē intellectꝰ agens vere dicit̄ agere ꝛ non tm̄ methaphorice ſcd̄m ꝯmen.3.de anima ꝯmento.8. Deducit eñ themiſtiū et theophraſtuz ad hoc incōueniens ꝙ intellecta non erunt vere facta ſi intellectus agens ꝛ patiēs et intellectus in habitu eſt eternus ſed actio intellectus agētis nō eſt cū motu et tēpore ptꝫ q2 ſpēs intelligibiles non acquiruntur in tempore vt ptꝫ 7.phi.igit̄.

¶ Tertio motus remanet tranſeunte actione et paſſione ſicut patet in proiectis manet eñ motus proiectorū proijciēte ceſſante ymo eo ablato manēt q2 motus depēdet ab actione motoris in ordine cālitatis effectiue ergo motus non eſt actio et paſſio. Itez actio ꝛ paſſio nō dr̄ñt a motu gº poſito motu in aliquo mobili nō poterit rō aſſignari quare plus eēt ab vno motore ꝙ̄ ab alio poſitis duobꝰ motoribꝰ appropinquatis ad mobile Cōſtat eñ ꝙ motꝰ talis mobilis p̄t profluere ab alterutro duorū mouentiū ꝛ intellectus eque p̄t fundare reſpectū ſup motū ad vnū ſicut ad aliḋ ꝙ̄tū ē ex natura mouētiū ꝛ ex natura ipius motus Niſi igitur ponatur ꝙ motus habet aliquā cōnexionē plus cū vno motore ꝙ̄ cū alio extra oēm intellectuz vt pote q2 ſcꝫ oritur ab vno et nō ab alio et q2 vnū agit motuz aliud vero nō agit non poterit intellectus connectere motū cuz ſuo proprio ꝛ deteriato motore ſed hoc eſt oīno abſonū ꝛ impoſſibile ergo neceſſe ē ꝙ in rerū natura vltra motū ꝛ mouentē ſit realis cōnexio motꝰ ad ipm motorem ſub reſpectu originis motus a motore ꝛ actione motoris ergo. Itē illud quod poteſt nō eē motu et motore exn̄tibus nō eſt idē realiter cum motu aut motore imo realiter dr̄t a quolibet ex quo ſine contradictione poteſt nō eē illis exn̄tibꝰ ſi eēt eñ alterū eorū et illud alterum exiſteret illo non exn̄te ſequeret̄ eandē rem eſſe ꝛ non eē ſimul. Sed manifeſtū eſt ꝙ per diuinaz potentiā p̄t manere idē motor et idē motꝰ non exn̄te agere ipius motoris aut fieri a motore Nā approximato igne alicui cōbuſtibili p̄t deus ſuſpendere actiuitatē ignis ne agat ꝓ aliq̄ hora ꝛ facere incōbuſtibili eūdē motū quē ignis facēt illa hora ꝛ ſcd̄z hº remaneret idē motus remoto agē motoris ꝛ ipo fieri a motore ꝙ tn̄ agere ꝛ fieri affuiſſet niſi diuia poª ſuſpēdiſſꝫ vtraqꝫ g̊ nccē ē ꝙ agere motoris ſit aliḋ a motu ꝛ a motore realr̄ ꝛ ſilr̄ fieri motꝰ ſit aliḋ a motu ꝛ motore ex quo p̄t ſuſpēdi vtroqꝫ manēte.

¶ Quarto quecunqꝫ habitudines ſūt oppoſite et reales per neceſſitatē realiter diſtingūtur Notanter eñ dicitur reales quia ſi eſſent rationis et oppoſite ſola ratione diſtinguerentur inter ſe. Sed probatum eſt ꝙ effluxus effectus ab agente eſt q̇d reale poſitum in rerum natura et ſimiliter exitus agentis et proruptio in effectum eſt quid vere reale iſti autē exitus et effluxus ſunt vere oppoſiti q2 vnꝰ incipit ab agente et teriat̄ in effectuz vt pote actio qua agens prorūpit in ipꝫ alter vero incepit ab effectu et teriat̄ ad agēs ſꝫ exitꝰ ꝛ origo effectꝰ ab agente ergo iſti duo exitus realiter diſtingūtur et ita actio et paſſio ſunt res diſtincte et non vnus motus. Itē illa que ſunt vnū ſcd̄m ſubiectū et differentia ſcd̄m quidditatē et ſunt in rerum natura nec fiūt per intellectū illa de neceſſitate realiter diſtingunt̄. Diſtingui eñ ſcd̄m quidditatē realem eſt re diſtingui Sed ꝯmen. dicit 3.phi.ꝯmē.21º. expreſſe ꝙ actio motoris et moti eſt eadē ſcd̄m ſubm̄ et ſecundū motū in quo fundat̄ vel formā indiuiſibilē in hijs q̄ acq̇runt̄ ſine motu. Sūt aūt dr̄ia ẜm q̇dditatē gº actio ꝛ paſſio realr̄ dr̄ñt a motu ꝛ int̄ ſe

¶ Quinto ar̄ ꝓbando ꝙ actio ſit in agente et per ꝯn̄s nō ſit motus cū ille nō ſit in agēte. q2 impoſſibile eſt effectum formalem ſeparari a forma Sed agens dicitur formaliter agere actiōe ergo actio eſt formaliter in agente. Itē agens et patiens debent in omnibus proportionari excepto eo qḋ eſt vere ꝓductum Sed in patiēte ſūt tria ſcꝫ potenª paſſiā et paſſio ꝛ paſſū 4ᵐ autē qḋ eſt motꝰ eſt vere productum ergo ī agente ſunt alia tria ſcꝫ agēs potētia actiua et actio ſed nō erit in eo motꝰ vere ꝓductꝰ ergo ꝛc. Itē omnis perfectio eſt ſubiectiue ī eo quod perficitur nichil enim perficitur ꝓ aliq̇d qḋ eſt extra ſe Sꝫ actio ē ꝑfectio agētis Vnūquodqꝫ eñ eſt perfectū dum poteſt ſibi ſimile generare Secūdū phi.4º metheororū igr̄ actio ē ſubiectiue in agente Itē phūs dicit li de ſōpno et vigilia ꝙ cuiꝰ eſt potētia eius eſt actꝰ ergo et actio q̄ eſt actꝰ huius potentie erit in eo igitur.

¶ Sexto ſi actio eſſet ī paſſo ꝛ nō ī agēte tūc crucifixio ꝛ blaſphematio actiua iudeoꝝ ſubiectiue fuiſſet ī xp̄o et nō ī iudeis ſꝫ hoc ē abſonū q2 cū ille actiōes fuerit grauiſſīa pctā tūc pctā fuiſſēt ſubiectiue ī xp̄o igr̄ hmōi actōes erāt ī agētibꝰ ſubiectīe Itē ipoſſiᵉ ē forās oppoitas eē ſil̄ Sꝫ actō ꝛ paſſio ſūt oppoita igr̄ n̄ſt ſil̄ ſꝫ ī patiēte ē paſſio g̊ actō nō erit ī eo ſꝫ ī agente Itē oīs forā denoīat ſuū ſbm̄ ī poſſiᵉ eī ē albedinē ī eſſe alicui ſubiectīe q̇n illḋ ſit albū ſꝫ maifeſtū ē ꝙ paſſū nō agit nec denoīat̄ ab actiōe g̊ actō nō ē ſubiectīe ī eo ſꝫ ī agēte Itē ī eodē ſbō ē relatō ꝛ ſuū fūdamtū ſꝫ actō ē reſpectꝰ hn̄s ꝓ fūdamēto potētiā actiuā q̄ ē ī agēte igitur ꝛc.

¶ Septimo. phi. dicit 3.phi. ꝙ formalis rō actionis conſiſtit in eſſe ab hoc ī hoc ſed reſpectus qui importatur per eſſe ab hoc in hoc eſt ſubiectiue in agente Eſſe enim ab hoc non accipitur pro reſpectu opoſito ei quod eſt a quo aliud ſed ꝓ illo reſpectu vel habitudine importata per a quo eſt aliḋ de qua cōſtat ꝙ eſt in agente ſubiectiue ꝛ formaliter Nec reſpicit motum vel paſſum niſi terminatiue ergo actio eſt formaliter ī agēte terminatiue vero eſt in paſſo vbi eſt motus Itē phūs dicit 8.phi. ꝙ ſi deꝰ ageret de nouo mutaretur hoc aūt nō ꝯtingēt niſi quia reciperet aliquid nouuum in ſe non autē apparet quin niſi ipſam actionem igitur illa erit in eo et ſimiliter omnis actio erit in agente.

¶ Item ſi vnus ignis calefaciat duo calefactibilia aut erit vna actio tantum aut due non due q2

vnius agentis vnica eſt actio igitur vna tm̄ ⁊ ſi ſic aut illa eſt in paſſo aut in agēte non in paſſo quia qua ratione in vno et in vtroqꝫ et ſic idem accidēs erit in duobꝰ ſubiectis quod eſt impoſſibile igitur eſt in agente quod eſt propoſitum.

¶ Octauo qñcunqꝫ aliqua duo ſunt incōpoſſibilia in eodem ſubiecto ꝓpter primā incōpoſſibilitatē quorūdā aliorū in eodē ſubiecto ſi ꝯña nō cōpatiunť ſe in eodē ſubiecto nec etiā illa antecedētia ſed relatiōes de ſcđo mō relatiuorū ſunt incōpoſſibiles in eodē ⁊ hoc ꝑciſe ꝓpter primā incōpoſſibilitatē actionis ⁊ paſſionis quas cōſequunť idē em̄ ideo non p̄t eē pater et filiꝰ quia idē non p̄t generaria ſeipo aut generare ſe ergo actio et paſſio non ſunt ccompoſſibiles in eodē ſed paſſio eſt in patiēte igr̄ ī eo nō eſt actio. Itē aut actio denoīat agēs denoīatiōe ītrīſeca aut ſolū extrīſeca nō ſm̄ quia oē qđ denoīat aliquid denoīatione extrīſeca denoīat aliquid denoīatione intrinſeca vt pꝫ de viſione que denoīat obiectū denoīatione extrinſeca eē viſum et denoīatione intrīſeca denoīat ſubiectū vidēs nec alicubi reperiť inſtātia niſi inſteť in propoſito quod nō licꝫ Queriť ergo q̇d denoīat actio intrinſece conſtat em̄ ꝙ nō paſſū qꝛ paſſum non diciť agens nec p̄t dari quid aliud denoīet intrinſece niſi agēs et ꝑ ꝯñs eſt ſubiectiue in eo. Itē phūs dicit 3°. phiſi. ꝙ actio ⁊ paſſio non ſūt ꝓprie idē ſcꝫ cui hec inſunt igr̄ actio nō eſt paſſio dato ꝙ eēt in paſſo. Itē prio poſte. dr̄ ꝙ illa negatiua eſt immediata in qua vnū genus gñaliſſimū negatur ab alio vl'r ergo iſta eſt vera vl'r. Nulla actio ē paſſio igiť nulla actio eſt eadē res cum paſſione.

¶ Nono quecunqꝫ dr̄ñt gñe dr̄ñt ſpē ⁊ numero vt patet 5°. metha. Sed actio et paſſio dr̄ñt gñe cum ſint duo p̄dicamēta ergo dr̄ñt numero ⁊ ſic non ſūt vna res numero. Itē probatur ꝙ actio vel motus non ſint idē realiter cū forma que ꝓducitur. Et arguitur ſic qꝛ tranſeunte motu vel actiōe manet forma. Forma ei acquiſita eſt ⁊ nec actio nec motꝰ ē qꝛ habitibus p̄ñtibus in materia ceſſat motus igitur Itē quia forma illa et ꝑtes eiꝰ ſunt termini motꝰ et mutatorū eē ſꝫ nec motꝰ nec actio eſt terminus motꝰ aut mutati eē igitur ⁊c̄. Itē qꝛ ꝑ mutatū eſſe acquiritur illa forma nō aūt motꝰ aut actio igr̄ ⁊c̄.

¶ Decimo arguiť ꝙ motus non ē eiuſdē eēntie cū termino ad quē illud vere eſt motus ꝑ qđ acq̇ritur forma ſnd forma non acquiriť per formā nec ꝑtes forme ſuccedentes igiť. Maior eſt euidēs et ꝓbať per ꝯmentatorem primo celi et mūdi ꝯmē. 1. et. 4. metha. ꝯmen. 2. vbi dicit ꝙ motꝰ ē via ad rē vocat em̄ viā acquiſitionē rei ꝓ q̄ſto inducit rem. Minor pꝫ tū quia idē acquireret ſe tū qꝛ ille partes ſuccedentes acquiruntť. Quero ꝑ quid vtrū ꝑ alias partes ⁊ ſic erit ꝓceſſus in infinitū. Itē illud ē ꝓprie motꝰ quod teriatur et diuidiť per mutata eſſe ⁊ cōtinuatur per mutata eſſe in potētia ſed hoc nō p̄t eē forma nec partes forme igr̄ ⁊c̄. Maior nota eſt qꝛ licet motus nō incipiat a mutato eē tn̄ teriatur ꝑ mutatū eē in actu et diuidiť vt pꝫ. 6. phi. Mior pꝫ qꝛ nec forma nec ꝑtes forme ſuccedētes terminantur in mutato eē ita ꝙ mutata eē ſint teri illorū ꝑtiū ſuccedētiū ymo eſt ecōtra qꝛ ꝑtes ſuccedētes ſūt teri illorū mutatoꝝ eē. Sicut ei ſe hꝫ tota forma ad motū ꝙ acq̇ritur ꝑ motū ſic ſe hn̄t partes forme ad mutata eſſe ꝙ teriant illa mutata eſſe ꝙ teriant illa mutata eē Unde vltima ꝑs forme que eſt in actu terminat vltimum mutatū eſſe in actu ⁊ ſic partes forme ſunt infinite in potētia ſic vt acq̇runtur per motum termini ꝑ infinita mutata eē in potentia. Et ſi partē in potētia facias in actu ſtatim illa eſt terminꝰ acquiſitus per muatum eſſe in actu ſic ergo mutata eſſe terminantur ad ꝑtes forme et non econtra igitur ⁊c.

¶ Undecimo ſicut ſe hꝫ mutatio indiuiſibilis ad formā indiuiſibilē ſic motꝰ ad formā diuiſibilē. Sꝫ mutatio indiuiſibilis non eſt forma illa indiuiſibilis ſed eius acquiſitio ergo motꝰ non eſt forma indiuiſibilis ſed eius acquiſitio. Item impoſſibile ē ꝙ gñatio forme ſucceſſiua ſit illa forma ſed motꝰ ē gñatio forme ſucceſſiua igitur. Maior patet quia alias generationis eſſet generatio quod eſt f'lm ⁊ contra phi. 5. phiſico. ⁊ 11. metha. Minor probatur per cōmē 3. phi. cōmē. 9. vbi ait Dicamꝰ igr̄ ꝙ motꝰ vnoꝰ accipiť vt ē idē cū ꝑfectiōe ad quā vadit dr̄ns tamen ſecundum magis et minus Aliomodo vt ē gñatio partis poſt partē ⁊ via ad perfectionē q̄ eſt alia a perfectiōe quia via ad rē eſt aliud ab illa re et primo modo eſt de genere eius ad quod vadit ſꝫ ſecūdo modo eſt de predicamento paſſionis ⁊ prima opio eſt verior ſcđa famoſior hec ille. et. 5. phi. commen. 9. Poſtq̄ȝ improbauit illud dictum ꝙ motus ſit forma dicit ꝙ motus eſt formaliter trāſitio cōiuncta cum tempore Et poſt ponit ibi diſtinctionem hanc ꝙ motus habet duplicem conſiderationem ſcilicet ſecundum ſuam materiam et ſic eſt de genere eins ad quod vadit et ſecundum formam ſcilicet ſecundum ſuam formalem rationem hoc eſt ſecūdum eum in q̄ſtum eſt tranſitio coniuncta cum tempore et ſic eſt in genere paſſionis. Et in eodem commen. allegat dicta aliorū expoſitorum q̄bꝰ magis aſſētit ꝙ motꝰ eſt ī gñe paſſiōis formalr̄ Ariſto. aūt attribuit motū aliis predicamētis qꝛ alia predicamēta ſūt materia motus Nō qꝛ formalr̄ collocetur ſub eis Item ſecundū aug. primo de trini. Nulla prorſꝰ eſt res q̄ ſeipſam gignat ex quo habetur ꝙ īpoſſibile ē ꝙ aliq̇d ſit cauſa ſui ipſius in quocūqꝫ genere cāe vel cauſalitatis ſꝫ motꝰ aliquo genere cālitatis ē cā fo'e acq̇ſite igiť ⁊c. Si dicať ꝙ ī hac ꝓpōe fo'a acquiriť motu ablatiuꝰ teneť habitudie vl' in rōe cāe fo'alis ⁊ nō cāe efficiētis quō dicimꝰ hꝰ ē albū albedie ⁊ iō nichil prohibet ꝙ aliquid diſpōatur ꝑ ſeipſū ī gñe cāe fo'alis ſicut dicimꝰ ītereptū īteriit ītereptione Cōtra hoc ar̄ ſic Fo'a capit eē ꝑ gñationē cū ſic dr̄ li. ꝑ nō notat cām fo'alē ſꝫ efficiētē qđ ſic pꝫ qꝛ fo'a ē in eē ꝑ ſuū efficiēs ⁊ nō niſi ꝑ efficiētiā efficiētis ergo ad idē genus cālitatis reduciť eē ꝑ efficiētiā efficientis ⁊ eē ꝑ efficiēs ſꝫ eē ꝑficiēs reduciť ad genꝰ cāe efficiētis igr̄ ⁊c. Nō igr̄ eſt ſimile lapis albet albedie et fo'a ꝓducitur motu vl' lapis creať creatiōe nō ei albedo ſe hēt ꝑ modū cauſe efficiētis ad albū ſicut creatio ad lapidē vel motus ad formam.

¶ Duodecimo ſcđꝫ oēs gn̄atio nō eſt aliud q̄ꝫ hoc ꝙ dico ſubām eſſe effectiue ab alio ſiꝉr creatio non eſt aliud q̄ꝫ hoc quod importaꝉ ꝑ eē a deo hoc autē eē effectiue ꝓcedit lapidē cālitate originis qđ probatur aut em̄ lapis creatur qꝛ lapis eſt aut lapis ē qꝛ creatur. Sed iſta nō eſt vera lapis ē a deo qꝛ lapis ē. ſed potiꝰ iſta lapis eſt qꝛ eſt a deo. Hoc autē nō ē niſi qꝛ ſuū exire a deo eſt ſibi cā ꝙ ſit igitur qđ ſig̃tur ꝑ eē a deo nc̄cio ē primū prioritate originis Confirmaꝉ qꝛ ſi deus ſubſtrahat actionē ſuā creatura cedet in nichil igr̄ actio illa eſt cā. Ex quo inferꝉ ꝙ creatio nulloº dꝫ dici relatio quia nulla relatio eſt ſuo fundamēto vt ſic nec eſt eo prior origine nūero poſterior igr̄. Itē ſi forma impfecta q̄ pti eſt in actu et partim in potētia dicaꝉ motus ſequiꝉ ꝙ aliquid q̄eſcēs mouebiꝉ qꝛ ſubiectū q̄eſcens ſub tepiditate eſt ſub actu impfecto in poª ad aliquid vlterius acq̄rendū. Si dicaꝉ ꝙ nō intelligiꝉ ꝙ motus ſit illa forma abſolute impfecta ſꝫ vt eſt in quadā ſucceſſione Contra qꝛ phūs putauit habere veram diffinitionē motus et tamē poſuit hanc ſucceſſionem in diffinitione illius igitur ⁊c̄.

¶ Tertiodecimo ar̄ ſic Partibus motꝰ repugnat eſſe ſimul ſꝫ ptibus forme que acq̄riꝉ nō repugnat eſſe ſimul igiꝉ motus nō eſt forma. Itē nullꝰ motꝰ p̄t eſſe in inſtanti ſꝫ oīs forma q̄ ꝑ motū acquiriꝉ p̄t in inſtāti igr̄ ⁊c̄. Itē ſi motꝰ nō eēt aliq̄d diſtinctuꝫ a formis ꝑmanētibus ſequiꝉ ꝙ non eēnt hec ſenſibilia cōia ſicut dicit philo. 2. de aīa tenet ꝯn̄a quia inter illa numeraꝉ motus ⁊ conſtat ꝙ oīs forma ꝑmanēs eſt velox vel tarda igiꝉ nulla talis eſt motꝰ Item alteratio aliq̄n terminaꝉ ad formā ſubſtantialē tn̄ nō eſt ip̄a. ſꝫ dic ꝙ nō intrīſece Sed cōtra color medius diſtinguiꝉ ab extremis ſꝫ motꝰ ſe hꝫ ad formā vt mediū gº nō eſt ip̄a ad quā teriatur intrinſece. Itē ad nullū motū eſt motꝰ ſed ad formā q̄ acq̄ritur eſt motus igr̄. Itē dicit ꝯmen. 5. phi. cōmen. 5. ꝙ albificatio eſt motꝰ non autē albedo.

¶ Quartodecimo ar̄ nā ſi ſic tunc locꝰ vel magnitudo quā acquirit mobile eēt motus Conſequens eſt falſū et tenet ꝯn̄a quia ſi forma q̄ acquiritur dū eſt in fieri eſt motꝰ cū illud qđ mouetur localiꝉ non aliud q̄ꝫ locū acq̄rat ſequiꝉ ꝙ locus dū eſt in acquiri eſt motus localis ſed falſitas cōſequētis probauit octo modis. Primo nā oīs motus eſt actus mobilis et eſt in mobili ſed locus non eſt actus mobilis nec eſt in mobili. Tū ſcđo qꝛ ponatur ꝙ ſup magnitudinē a moueatur corpus b qđ tn̄ nunq̄ꝫ alias mouebatur ſup eā tunc ſic hec magnitudo vel locꝰ ſcꝫ a fuit anteq̄ꝫ b moueretur ſup a ſed hic motus q̄ b mouetur ſup a nō fuit an̄q̄ꝫ b moueretꝉ ſup a igr̄ iſte motus non eſt locus a nec magnitudo a. Cōfirmatur hoc qꝛ habēt locū poſſibile ē eē nullo motu ex̄n̄te ſed habent motū quo b mouetur ſup a īpoſſibile eſt eē nullo motu ex̄n̄te igitur iſte motus nō ē locus a nec magnitudo a. Tū tertio quia ſi locꝰ vel ſpaciū quod acquiritur mobili eſſet motus localis ſequitur ꝙ motus contrarij eēnt idem quod eſt impoſſibile. Tenet conſequentia quia ſuper eandē magnitudinē vel locū poteſt mobile moueri prius ex vna parte ad aliā et deinde econtra qui motus vtriq̄ꝫ ſunt cōtrarij ſicut motus ſurſū ⁊ motus deorſum ſuper idem ſpaciuꝫ. Tū 4º. qꝛ ſi ſic motus corruptus idē numero rediret ꝑ naturā ſi em̄ aliquid mouetur nūc per aliqđ ſpacium et poſtea quieſcit. Et iterū per idem ſpaciū moueatur idē erit motus qui erit poſtea et qui fuit prius ſi motꝰ nō ſit aliud q̄ꝫ locus vel ſpacium.

ymaginarium tunc quelibet pars mundi mouere=
tur et tamen non acquireret nouum vbi. Item an=
nichilet nunc deus illud vbi quod nunc eſt in me vꝫ
illo facto ego adhuc ſum in iſto loco ⁊ ſic ſuperflue
ponebatur predictum vbi Si non ergo ego ſum mu
tatuʒ ſecūdum aliquam mutationem cuius oppo=
ſitum ſuppono.

¶ Decimo vel ipſum vbi eſt res abſoluta vel reſpe
ctiua non primum quia non eſt ſubſtantia qualitas
aut quantitas nullum enim iſtorum intrinſece ter=
minat locum localem. Nec ſecundum quia vel eſt
reſpectus loci ad locatum vel econtra Non primū
quia alias locus haberet ipſum vbi et loci eſſet lo=
cus nec ſecundum quia reſpectus loci ad locatum
eſt de genere relationis nec pertinet ad aliud pre
dicamētum ſicut nec reſpectus locati ad locum cū
quo dicitur ad conuertentiam omnis autem mutui
reſpectus pertinent ad idem predicamentū.

¶ Undecimo ſi queratur vbi eſt ſortes Reſponde
tur per locum:

¶ Ad primum dicendum ꝙ propter hec nō eſt
concedendum motum localem eſſe ſpacium vel ip
ſum mobile quia motus localis eſt calefactiuus et
continuus dato ꝙ fiat ſuper ſpacium cōtiguū gre.
de arimino recitat plura argumenta contra ſuam
opinionem Primo quia motus localis non eſt per
manens ſpacium autem ſuper quod fit motus loca
lis eſt permanens. Pro quo notandum dup=
plices eſſe res quedam ſunt permanentes quarū
ſcilicet partes ſunt ſimul ſe habeat partes vt ho=
mo et domus. Alia eſt res ſucceſſiua cuius ptes nō
ſunt ſimul vt tempus. Item res permanens eſt du
plex ſcʒ ſcd̄m eſſe et ſcd̄m fieri et ſic poſſemus dicē
de domo ꝙ non eſt res permanens ſcd̄m fieri quia
non oēs ptes eius fiunt ſimul eſt tamē res perma=
nens ſcd̄m eſſe quia poſtq̄ʒ domus eſt producta om
nes partes eius ſunt ſimul Scd̄o ſpaciū vel ipſuʒ
mobile poſſūt eſſe in inſtanti non aūt motus. Iteʒ
tunc motus ſurſum et motus deorſum non differrat
ſpecie quia id̄ mobile poteſt ferri ſurſum et deorſū
Item tunc non eſſent quinq̄ʒ ſenſibilia cōmunia
quia motus et ſbā ſcd̄m hanc opinionē que non eſt

ſenſibile per ſe. Item tunc motus fuiſſet ante rem mobilez quia poſſibile eſt ꝙ ſpaciū ſupra qđ fit motus fuerit anteq̄ȝ iſta res moueretur. Item ſcđm multos motus celi eſt tempus. ſi ergo motꝰ celi ſit terra circa quā mouetur ſequitur ꝙ terra erit tēpꝰ. Item arguitur ꝙ alteraº dicat aliquid aliud ab ipſa qualitate quia niſi ſic ſequeretur ꝙ motꝰ ex vna forma contraria in aliā vt ex albedine ī nigredinē non eſſet vnus contra phm̄ 5º phi. patet ꝯña quia ibi ſunt due forme. Item per motū localē acquirit aliquis habitus vt in cytharizādo acq̄ritur ars iſte aūt habitus non preciſe cauſatur ab ipſo mobili Item ſortes aliter ſe habet qn̄ mouetur q̄ȝ prius q̄ritur ergo per quid. Si dicas ꝙ per nichil pari rōe poterit deffendi ꝙ aliquis homo nunc de nouo intelligit et tamē nichil habet quin prius habuerit. Si dicas ꝙ motus localis ſupponit pro re que mouetur cōnotando ꝙ acquirat ſpaciū Cōtra deſtruatur omne ſpaciū dicunt quiđ vt dicit gregoriꝰ ꝙ mirum eſt ſi quis dicat tunc aliquam rē moueri ſȝ magis mirū eſt oppoſitū aſſerere. Itē ſi celū eſſet ſuꝰ motus. ſequeret ꝙ impoſſibile eſſet celū eſſe quez moueretur. Item ſi motus ſurſum et motus deorſū eſſent ipſa mobilia cū mobilia puta ſubē non cōtrariantur ſequeretur ꝙ motus ſurſū ⁊ motus deorſū non eſſēt contraria. Item tūc motus rectus eſſet motus circularis qꝛ idē mobile poteſt moueri circulariter circa centrū proprium et motu recto ſi proiciatur ſurſū. Item tunc motus terre ſurſū nō eſſet et violentus cū ſit ipſa terra ſcđm naturales ⁊ peccatum eſſet a ſolo deo qꝛ motus exterior ſortis propter vanā gliaȝ eſt ſortes ⁊ ſortes eſt a ſolo deo vel ipſe adam igitur et iſtū pctm̄ exterius. ſ. motus.

Item ſequeretur ꝙ ante omnē motum localem finitum fuit motus cōtra phm̄ octauo phi. et probat conſequentia nō ante omē mobile finitum fuit motus cum ante primū mobile nichil fuerit et ſequit ꝙ nichil poteſt producere nouū motuȝ localē ſicut nullus generat ſacerdotē qđ eſt cōtra totaȝ phīam et probatur cōſequētia. Nā ſi produceretur nouus motus produceret nouū mobile quod moueretur ⁊ ſic non oē illud qđ mouetur prius mouebatur ꝯtra phm̄ ſexto phi. ymo ſequitur ꝙ habens motum nō mouetur ſcđm ſe nec ſcđm aliquid ſui contra phm̄. in hoc 3º et patet conſequenª quia habens mobile non mouetur aliquomō ſcȝ primus motor. et ſequitur conſequenter ꝙ aliquis eſt motus localis infinite intenſionis Nam moueatur vnū mobile vniformiter gradu vt octo in quo ſit caliditas. vt quattuor et cū quilibet gradus illius caliditatis moueatur vt 8º ſequitur ꝙ in eodem loco adequato ſūt infiniti gradus motus non cōmunicantes quorū quilibet eſt vt 8º. Pro iſta concluſione eſt expreſſe ari. 2º. thopi. di. neqȝ ſuperabuntia eſt ſuperabundās neqȝ vehemenª vehemens q̄ȝadmodum nec diſciplina diſciplinatum nec motus mobile. Et in hoc 3º dicit phūs ꝙ motus eſt actus entis in potentia 2^{m} ꝙ in potentia et ꝙ eſt actu mobilis inq̄ȝtum mobile et ſexto phi. ꝙ motus diuiditur diuiſione mobilis et temporis ergo non eſt mobile vel ſpacium Deinde arguitur principaliter de motu alterationis et augmentationis ꝙ aliquid important preter qualitatē et quantitatē quia iſta non eſt eſſentialis calor eſt motus ergo motꝰ aliquid importat preter ſubiectum. Itē omnis motus importat aliquomō rem ſucceſſiuā ergo motus calefactionis p̄ter calorem. Item motus augmentationis et diminutionis non ſunt eiuſdē ſpeciei nec motus intenſionis et remiſſionis caloris ergo iſti motus nō preciſe dicunt qualitatē aut quantitatem. Dicendum eſt ergo ad primum argumentum gregorij ꝙ res ſucceſſiua quando fit eſt. et auctoritas philoſophi eſt contra eum quia ſcđm philoſophū vt ipſe dicit generatio non generatur queritur ergo pro quo capit philoſophus generationem ſi pro ipſa re genita manifeſtum eſt hoc eſſe falſum quia talis generatur. Item philoſophus dicit ibidem ꝙ mutatio non eſt mutationis que non videntur eſſe vera capiendo mutationem pro ipſo mobili. Secundo dicitur ꝙ accidentia non proprie fiunt neqȝ generantur ſecundum. S. T. Et ideo dicitur ꝙ res per ſe ſubſiſtens quando generatur diſpoſitiue tūc nō ē generatio ergo hoc modo nō generatur quia oporteret ꝙ eſſet per aliam generationem et ſic in īfinitum procedendo Tertio dicitur ꝙ vniuerſalit quod fit nō ē aliquomodo quia ipſum vbi quod fit ⁊ acquiritur per motum non eſt perfecte durante motu locali et quod generatur non eſt non quin ipſa generatio ſit ſed terminus generationis non ē durante motu diſpoſitiuo ad formam ſubſtantialā. S. T. 5. phi. lec. 3.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ non inconuenit aliquā rem preciſe durare per inſtans deus enim poteſt facere angelum qui non erit niſi in vno inſtanti et ſic multi dicunt ꝙ ille ſimul generatur et corrūpit ſcilicet per vltimum inſtans eſſe et per primum inſtans eſſe. Secundo dicitur ſi admittamus accidētia proprie corrūpi ꝙ idem motus in eodem tempore generatur et corrumpitur pro q̄ȝto aliquas partes acquirit et aliquas partes deperdit. Nec ex hoc ſequitur in ſucceſſiuis idem eſſe ⁊ non eſſe nec eſt idem in ſucceſſiuis corrumpi et corruptum eſſe licet S. T. dicat 1ª parte. q. 45. ar. 2. ad 3^{m} ꝙ in his que fiunt ſine motu ſimul eſt fieri et factum eſſe.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ licet forte in qualitate et quantitate hoc ſit impoſſibile non tamē eſt impoſſibile de loco alia vera ſunt de generatione permanentium licet probabile ſit ꝙ in caſu minimum naturale ſolum duret per inſtans vt dictum eſt primo phiſi.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ motus non acquiritur in mobili per alium motum ſicut nec paternitas acq̄ritur in ſubiecto per aliam relationem et ſicut deꝰ non poſſet ponere paternitatem in aliquo quī ipſe eſſet pr̄ ita nec motū niſi in re que mouetur nec econuerſo qꝛ non poteſt ſupplere cauſā formalem vt ꝙ faciat albū ſine albedine.

¶ Et per hoc patet ad quintū Circa qđ notanduȝ ꝙ non ponimus motum localem eſſe rē diſtinctam ab ipſo vt patuit ar. 2º Si dicatur quō ergo motus localis dicitur eſſe continuus vel hoc eſt verum de motu vt capitur pro ipō vbi et hoc nō quia diuerſa

vbi non cõtinuãtur cũ ſint reſpectus indiuiſibiles
Forte dicis ꝙ in motu locali eſt vnũ vbi cõtinuatũ
licet habeat aliquod aliud eſſe ſicut eadẽ eſt pater
nitas qua pater refertur ad plures filios ſ3 de hoc
quinto phi. Si queratur a quo producitur illud ac
cidens dicendũ ꝙ ab agente producitur motus ſ3
contra Sequeretur agẽs naturale plus agere in
remotũ ꝗ in diſtãs q2 mouẽdo baculũ extremitas
eius remota velocius mouetur circulariter q2 ma=
ius ſpaciũ deſcribit ꝗ pars propinqua manui for
te dicis ꝙ vnus mot9 localis non eſt maior alio nec
intenſio quia motus localis non eſt niſi ipſum vbi
modo vbi non habet partes intẽſiuas cũ ſit reſpe=
ctus indiuiſibilis Dicendum ꝙ intenſio mot9 loca
lis non acquiritur per diuerſas ꝑtes ſimul exñtes
vt alias dicetur de qualibet intẽſione 2° dicitur ꝙ
agens non plus producit in remotũ ꝗ in propin=
quũ loquendo de accidente abſoluto producto.

¶ Ad ſextũ dicit. S. T. in quarto. d. 16. q. 1. ar. p°
q. 3. ad 2m ꝙ in partibus ſucceſſiuorꝫ ex qualibet ꝑ=
te poteſt concludi totũ et iõ qñcunq3 hora eſt dies
eſt. licet non quelibet hora futura ſit et ſimile põt
dari de voce que ſcðm nomiales eſt licet non queli
bet eius pars ſit ſed de hoc dicemus poſtea cum lo
quemur de tempore nec eſt ſimile de chimera cum
ipſa non ſit ens ſucceſſiuũ et ideo lic3 arguẽs poſ=
ſet ita dicere de chimera nõ tñ eque rõnabiliter

¶ Ad ſeptimũ patet per iđ dico eñi ꝙ motus qui
nunc eſt eſt act9 entis in poten^a. Et ſi queratur an
de aliquo motu verũ ſit dicere ꝙ ſit Quibuſdam vi
detur ꝙ non quia quicq̇d eſt eſt in inſtãti motus au
tem nõ poteſt eſſe in inſtãti igit̃ de hoc quinto phi.
Ad alia p3 ex ſupradictis Dico eñi primo ꝙ de9 po
teſt ponere aliquid in aliquo loco de nouo ſine mo
tu vel abſq3 hoc ꝙ res moueatur. ſcðo dico ꝙ mot9
non mouetur niſi forte per accidẽs q2 non ſubſiſtit
et ideo nõ requiritur alius motus ad hoc ꝙ motus
dicatur moueri ſicut albedo nõ dicitur moueri per
aliũ motum a motu ſubiecti.

¶ Ad octauũ dicitur ꝙ mobĺe motu locali in tem
pore menſurante motũ eius habet duplex vbi pri
mum eſt vbi conſtitutũ preciſe ex partibus ſimulta
nis diſtinctis ſcðm diſtinctionẽ ꝑtium ipſius mobi
lis correſpondentibus diuerſis partib9 loci ſui ꝓ=
prij et adequati et tale vbi eſt adequatũ mobili et
indiuiſibiliter acquiritur et perditur hoc eſt totum
ſimul et non pars poſt partem q2 tale vbi eſt reſpe
ctus locati ad locũ et partiũ locati ad ꝑtes loci et
ideo ꝗcito per motũ variatur locus tãcito tale vbi
deſinit eſſe per vltimũ inſtans ſui eſſe ſicut etiam
mobile deſinit eſſe in iſto loco adequate per vlti=
mũ inſtans eſſe incipiendo moueri et predictũ vbi
quando perditur predicto modo tunc eſt vel poteſt
dici perdi. i. perditum eſſe in tempore ſtatim ſequẽ
ti ſicut alias dicetur de ſecundo angelo immedia=
te producto poſt primum. Et ſi queratur an predi=
ctum vbi ſit in aliquo inſtanti primo perditum dicẽ
dum ꝙ non nec acquiritur per motum ſed per mu=
tatum eſſe Aliud eſt vbi ſecundum capreolum exi
ſtens in mobili conſtitutum ex partibus ſibi inuicẽ
ſuccedentibus vel potius eſt reſpectus partium ſi
bi inuicem ſuccedentium ⁊ partes illius vbi reſpõ
dent diuerſis locis ipſius mobilis inadequate ⁊ ſic
tale vbi non op3 eſſe compoſitum ex indiuiſibilib9
et acquiritur per motum et in tempore et per cõti
nuationem et diuiſionem talis vbi eſt continuitas
et diuiſio motus localis immo tale vbi fluens eſt
motus localis primum autem vbi eſt mutatum eſſe
continuans partes motus localis licet dici poſſit
de motu alterationis ꝙ ipſa forma ſub illo eſſe eſt
mutatũ eſſe mot9 alterationis. Tũc ad argumẽtũ
dicitur ꝙ ſecundum vbi eſt ſucceſſiuum et partibili
ter acquiritur non autem primum et non dicitur ꝑ
tibiliter acquiri ſecũdum diuiſionem mobilis in lõ
gum latum et profundum nec ſecundum partes eſ
ſentiarum ſed ſecundum partes ſibi ſuccedentes
ſecundum prius et poſterius ideo diuiſio arguẽtis
ẽ iſufficiens Unde in motu quidam ymaginantur
triplices partes prime ſunt partes ad diuiſionem
totius mobilis et ſic vna pars motus eſt in capite
et alia in pede ⁊ tales partes rei ſucceſſiue poſſũt
eſſe ſimul Alie ſunt partes ſecundum intenſionẽ
et hoc ſecundum illos qui dicunt qualitatem intẽ=
di per additionem alterius qualitatis. Tertie ſũt
partes in motu ſecundum temporis ſucceſſionem
2° dicitur ꝙ argumentum ymaginatur falſũ. ſ. pri
mum vbi habere primum inſtans ſui non eſſe.
Si queratur an ſecundum vbi remaneat in termi=
no motus ſecundum ſe totum videtur quod non q2
eſt ſucceſſiuum. Sed contra tale vbi eſt eſſẽtia mo
tus et terminus motus de hoc. ar. 2. Deinde cũque
ritur an quãdo iſtud vbi deſinit eẽ acquiratur aliđ
vbi loquendo de vbi primo mõ dicitur ꝙ imediate
poſt iſtđ vbi erit aliđ vbi tamẽ nullũ determiãtũ vbi
erit imediate poſt iſtud Nec incõuenit iſta entia im
perfecta ſimul corrũpi et generari ip̃roprie.

¶ Ad nonũ dicit Capre. ꝙ motus localis celi nõ
eſt vniuocus cũ alijs Cõtra talis eſt motus per ſe
et eſt in predicamẽto vbi et eſt cõtra. ſ. t. 2° celi lec.
14. vnde figura et motus hic et in celo ſũt eiuſdem
rationis ſ3 de hoc poſtea Ad aliud dicitur negãdo
caſum qñ eñi vnũ eſt de intellectu alterius tũc illa
de9 ſeparare nõ põt pria ⁊ ſcða opatione itellect9

¶ Ad decimũ dicitur ꝙ vbi eſt reſpectus non loca
ti ad locũ ſed eſt cõparatio fũdata in circũſcriptio=
ne paſſiua locati ad locũ circũſcribentẽ vt narrat
Capre. ex tractatu ſcĩ tho. de natura relatiõis vbi
dicit Queritur de qñ vbi poſitione/et habitu vidẽ
tur eñi dici relationes per diffinitiones ſuas quo=
modo ergo ſunt diſtincta predicamẽta a relatione
dico aũt ſine preiudicio ꝙ iſta quattuor gña relatio
nes queđ ſunt ſ3 alterius modi ꝗ ſunt ea que ſunt
in predicamento rela°nis ꝓpter qđ diuerſa gña cõ
ſtituũt qđ patet q2 quatuor gña vltima in ſolis na=
turalibus et corporalib9 accidunt quia cauſãtur ex
adiacentia corporis et loci vel tẽporis. Item pre=
dicamentũ ad aliquid fundatur ſup res abſolutas
immediate et in actione alia vero quatuor gña ſu=
per relationes ſunt fundata Et ideo quodãmodo
minus ſunt ꝗ relatiua vnde ſuper hanc relationẽ
per adiacentiã temporis ad tẽporalia relinquitur
quando in re tẽporali vt patet ex ſua diffinitione

patet gº ꝙ argumētū ꝓcedit ex īſufficiēti diuiſiōe

¶ Ad vndecimū dico ꝙ vbi et locus non ſeparantur et ideo de ambobus ſimul queritur et per ambo ſimul reſpondetur ſed ex hoc non ſequitꝛ ꝙ ſint idē. Si dicatur iſta vltima predicamēta extrīſice denominant ſubiectū ergo vbi nō eſt ſubiectiue in re locata dicendū ꝙ vbi denoīat ſubiectū per informationem ⁊ cōparationē et reſpectū ad aliquod extri ſecum Nō etiam ſequitur vbi non ſignificat reſpectum per moduꝫ inherentis ergo vbi non inheret. Aduertendū ꝙ aliter inquit Capreo. poſſet reſpōderi ad predictā difficultatē de vbi dicēdo ꝙ mobile localiꝛ motū nullā rē ſibi inherentē acqrit ſꝫ ſoluꝫ motum extrinſecū. S. T. 2º ſen. d. 7. q. 2. ar. 1. ad 3m Item de potenª. q. 6. ar. 3º. Iteꝫ 4º ſen. d. 44. q. 2ª ar. 3º. q. 3. dicit ꝙ motus localis nō eſt niſi ſucceſſio diuerſorum locorum.

¶ Ad argumentū capitale dicitur ꝙ illi motꝰ materialiter ad vbi poſſunt dici eiuſdem ſpeciei ſꝫ nō formaliter.

¶ Dubitatur in quo eſt motus ſubiectiue dicendū ꝙ eſt in mobili vt pꝫ ex ſua diffinitione ſuprapoſita Ponitur aūt hic alia diffinitio. ſ. motus eſt actꝰ mobilis inq̄ꝫm mobile et eſt ſcđm. ſ. t. lec. 4ª. eſt formalis et alia materialis et ideo ex premiſſa ꝯcluditur ſic arguendo Oīs actus entis in potētia inq̄ꝫtū huiuſmodi eſt actus mobilis inq̄ꝫtum mobile ſed motus eſt hmōi igitur Pro quo ſciendū ꝙ motus aliqñ eſt in mouente quia aliqñ idem eſt mobile ⁊ mouēs Omne eñ mouens phiſicū in mouente mouetꝛ vel eſt mobile quia quandoq̄ꝫ eſt in potenª qñq̄ꝫ in actu Non cōuenit tamē ſibi moueri inq̄ꝫtum eſt mouēs ſed inq̄ꝫtum coīcat in materia cū paſſo cui cōtrariatur et materia mouentis eſt in potentia ad formaꝫ patientis et ſic mouēs rōne materie eſt mobile ſꝫ rōne forme mouet omē moueri in plus eſt q̄ꝫ agere quia intelligētia mouet celum et tamen nō agit ipſum quia non trahit ipſum ad naturā ſui. Si dicatꝛ motus eſt actus mouentis diſtinguendū eſt vel ſubiectiue et ſic negatur loquendo de mouente inq̄ꝫm mouens quia vt ſic eſt in actu et non in potentia Et notandum ſcđm. ſ. t. ꝙ ſcđꝫ pictagoricos qꝛ motus non habet determinatā naturā ideo ponebatꝛ in genere priuatiuoꝝ Nam cum pithagoras poneret duas ordinationes reꝝ et in vtraq̄ꝫ decem principia illa que erant principia in ordinatiōe ſcđa dicebat indetermiata qꝛ erant priuatiua in prima ergo ordinatione ponebant finitū impar vnū dextrū maſculū quieſcens rectum lumē bonū triangulum equilaterū In ſecunda infinitū par multitudinem ſiniſtrum feminā motum obliquū tenebrā malū altera parte longius Sed videtur ꝙ in primo ordie etiā ponant aliquas priuationes.

AD quartum ſic proceditur videtur ꝙ ſit dabile infinitū naturaliter quia fruſtra eſt potentia que nō pōt reduci ad actuꝫ ſed quocunq̄ꝫ corpore dato cōtingit dare maius quia per diuiſionem corpꝰ poteſt in infinitum diuidi et pars diuiſa poterit alteri addi ergo in infinitū poterit corpus augeri ponatur ergo ineſſe et hētur intentum. Sed contra eſt philoſophus.

¶ Reſpondeo dicendum ſecundum ariſtotelē ad philoſophum pertinet determinare de infinito qꝛ ſcia de natura eſt circa magnitudines cui primo cōuenit infinitum in potentia quia couenit motui ꝑ magnitudinem ſuper quā fit motus ⁊ tempori per motum Eſt etiam circa motum et tempus ſed quod libet iſtorum neceſſe eſt finitum vel infinitum eſſe licet aliqua ſint que non ſunt finita nec infinita ſecundū quantitatē vt punctū. ſcđo probatur a ſigno quia omnes philoſophi fecerūt menſionē de infinito. vnde plato ⁊ pithagoras poſuerūt infinitum eſſe ſubām per ſe exiſtentem et ponebant numeros et quantitates eſſe principia rerum cum ergo infinitum ſit in quantitate ideo habebant ponē infinitum eſſe ſicut ſubām per ſe exiſtentem diffundatā quia pithagoras poſuit infinitum ſolum in ſenſibilibus non que ſunt infra celum quia illa ſunt finita ſed extra celum non ſic autem plato ponens infinitū tam in ſēſibilibus q̄ꝫ in ideis ſeparatis que tamen non ſūt extra celum quia nuſq̄ꝫ ſunt. Scđo differunt quia pythagoras poſuit numerū parem eſſe radicē infinitatis qꝛ andita vnitate fit impar et numerus par diuiſibilis eſt. Item probabat hoc a ſigno quia per numerum parē plus variātur numeri q̄ꝫ per numerū imparem qꝛ ſi vnitas addatur ternario fit quaternarꝰ qui eſt quadratum binarij ⁊ ſi quadrato addatur ſequēs nūerus impar fit nouenarꝰ qui eſt quadratū ternarij qꝛ fit multiplicādo ternariū per ſeipſū quia ter tria ſūt nomen nō ſic autem eſt de numero pari qꝛ ſi binario addatur vnitas fit ternarius qui eſt figure trilatere ſi aūt addatur ſecundus par. ſ. quaternarius cōſurgit ſeptenārꝰ qui eſt alterius figure. ſ. extagone ⁊ ſic pꝫ ꝙ gnomon. i. additio in numero pari variat ſpeciē figure eſt aūt gnomon ſecundum S. T. le. 5. quadratum ſupra diametrum conſiſtens cum duobus ſupplementes.

¶ Notandū preterea ꝙ. oēs nāles phī diſcordāt a ꝑdictis qꝛ dicūt infinitū nō eē ꝑ ſe ſubſiſtēs Anaxagoras poſuit infinita princiª eē īfinitas partes ſimiles vt dctm̄ ē 1º phi. Phūs dicit ꝙ oēs antiqui attribuerūt īfinito q̄ttuor cōditiōes 1ª ꝙ eſt prinm ⁊ nō principiatū qꝛ alias hēret princim ⁊ non eſſet īfinitū ⁊ ex ponitꝛ ſcđa ꝯditō ꝙ ē īgenitū ⁊ īcorruptibile Tertia ꝙ oīa ꝯtinet ⁊ gubernat ⁊ ex hoc ſeqꝛ Quarta ſcꝫ ꝙ ē quodā diuinū circa primā ꝯdōneꝫ equocā de pricipio origis ⁊ de pricipio quātitatis vt dicitur primo phiſicorum.

¶ Notādū preterea ſecūdum S. T. le. 6ª ⁊ phm̄ ꝙ īfinitū primo diuiditur diuiſione cōmuni oībus priuatīe dictis ſicut īuiſibile 1º dr̄ qđ n eſt aptū natū videri vt vox Secūdo ꝙ male vr̄ vt qđ vr̄ a longe 3º ꝙ nullō videtꝛ vt qđ eſt oīno ī tenebris ſic īfinitū primo dicitur ꝙ nō eſt natū trāſiri qꝛ nō eſt de gn̄e tranſibilium vt punctus Sed nonne ſor. tranſeundo totum continuum etiam pertranſit puncta Aliomodo dicitur infinitū cuius tranſitus non pōt perficia nobis vt ꝓfūditas maris que de ſe tamē trāſiri pōt Itē dr̄ infinitū ꝙ nō tranſitur niſi cum

difficultate vt iter vſq ad iudeam. Quarto ꝙ habet tranſitū in conſūmabilem propter eius extenſionem interminatā vt ſi eſſet linea cuius non eſſent extrema propter nimiā eius longitudinem ꝛ ſic proprie dicitur infinitū de quo hic loquimur Secunda diuiſio infiniti eſt qꝛ infinitū vnomō dicitur per appoſitionē vt in numeris. Aut ſcōm diuiſionem ſicut in magnitudīe Aut vtroq modo ſicut in tempore. ¶ Concluſio reſponſiua nullum eſt actu infinitum ſeparatū a ſenſibilibꝰ vt ſubā queð contra platonē Probatur tripliter primo qꝛ tale infinitum non eſt indiuiſibile ergo habet quantitatem et ſic eſt aliquomō ſenſibile. Item infinitū eſt paſſio magnitudinis et numeri ſed iſta nō ſeparant a ſenſibilibus ergo nec infinitum. Tertio illud infinitum qð ponit plato eſt ſubā homogenea cum ſit principium et ideo ſimplex. ergo quelibet pars eiꝰ erit īfinita ſicut quelibet pars aeris eſt aer et ita q̄libet pars occupabit totum locū ſed huic proteruꝰ diceret ꝙ nō omne dicibile de toto homogeneo dicitur de parte qꝛ non quelibet pars motus diſcreti eſt motus diſcretus nec quelibet pars diei eſt dies

¶ Scḋa cōcluſio Nullū eſt corpꝰ actu infinitū probatur qꝛ de ratione corporis eſt ꝙ ſit termiatū ſupficiebꝰ ſupficies aūt terminatur lineis ꝛ p idͦ pbaꝛ ꝙ non datur infinitum ſecundum multitudinem quia omne numerabile contingit numerari ꝛ per conſequens numerando tranſiri ergo omnis multitudo eſt finita S. T. le. 7ª. dicit has rationes vocari logicas nō quia ex terminis logicis procedāt ſed quia logico modo ideſt ex communibus et probabilibus et non demonſtratiue Aduerſarius ei non concederet ꝙ de ratione corporis eſt terminari ſuperficie nec concederet omnem multitudineꝫ eſſe numerum ſed ſolum multitudinem menſuratam per vnum Unde multitudo eſt magis commune et ideo non ponitur ſpecies quantitatis diſcrete ſicut numerꝰ deinde rōne naturali oñditur ꝙ nō ſit corpus in actu infinitum et ꝓcedit ex ſuppōne opinionis alioꝝ coīs ſcꝫ ꝙ celum ſit de natura quatuor elementorū qð reprobauit primo celi Omne eñ corpus ſenſibile aut eſt ſimplex aut cōpoſitum et ſi probetur ꝙ quatuor elemēta que ſunt corpora ſimplicia ſint finita Satis probabitur cōpoſitū eſſe finitum. Si eñ partes ſunt finite totum erit finitum qꝛ finitū finicies ſumptū ſemp manet finitū Nec poteſt dici ꝙ vnū elementū tm̄ ſit infinitū qꝛ tunc ipſum occuparet oīa loca. Item in maiori corpore ſemp eſt maior virtus ſi ergo vnū eſſet infinitum tunc haberet infinitā virtutē ꝛ corrūperet oīa alia ſi ergo aliquod cōpoſitum ex tali cōponeretur ipſum non poſſet ſubſiſtere. Item ſupponanꝛ tria primū ꝙ omne corpus naturale habet inclinationem vt ſit in aliquo loco Scḋo ꝙ cuilibet debeꝛ aliquis locus determinatus Tertio ꝙ idē eſt locꝰ naturalis totius et partis qꝛ ad eundē locum moueꝛ. Tunc ſic vel tale corpus infinitū eſt vnius ſpeciei cum ſuis partibus vt aqua vel non vt homo Si p^{m} ſequitur ꝙ ſit totaliter immoble aut ꝙ ſemp moueatur et vtroq modo tollitur rō nature cū natura ſit principiū motus et quietis licꝫ dictū ſit celuꝫ non quieſcere Sequela aūt probatur qꝛ non eſſet aſſignare rōnem quare magis ſurſum aut deorſum moueretur aut in quācunq partē cum totū locum occupat Si ſcōm ergo diuerſa erunt loca diuerſaruꝫ partium et iterū queritur de illis partibus vel ſūt finite vel infinite ſi dicas primū tunc oportet alteram eaꝝ eſſe infinitaꝫ et ſic corrūpet alias. ſicut heraclitus dicit ꝙ qñq futurū eſt ꝙ omnia conuerteꝛ in ignem propter excellentē ignis virtutē Anaxagoras dicebat infinitū quieſcere in ſeipſo Sed cōtra eadē rōne ſemp quelibet pars quieſceret quia eſt in ſeipſa Item in omi corpore oportet inuenire mediū et in vniuerſo ſurſū et deorſum ꝙ nō cōtingeret ſi eſſet infinitum. Itē omne corpꝰ circundaꝛ et continetur loco vt pꝫ per ſuppōnes ergo nulluꝫ eſt actu infinitum

¶ Tertia concluſio in rebus naturalibus reperitur infinitū in potenª. Sed dupliciter aliquid dicitur eſſe in potētia Primo ad actū cōpletum et pfectū et ſic es eſt in potenª ad formā ſtatue. Aliomō ad actum impfectū et pmixtum potentie ſicut ꝙ nunq̄ eſt totū ſimul actū exñs et ſic reperitur infinitū in potētia in numeris per appoſitionē qꝛ cuilibet numero poteſt addi vnitas et iō alij dicūt ꝙ in infinitū poteſt eſſe magnus numerꝰ in ſenſu diuiſo Magnitudo etiā eſt infinita in potentia quia quecūq parte data poteſt dari maior. Similiter in tempore eſt infinitū in potētia ſcōm ſucceſſionē ſcilicet Et nota ꝙ diuidendo cōtinuuꝫ in partes eiuſdeꝫ proportionis nunq̄ eſt ſtatus vt ſi totuꝫ diuidatur in duas medietates ibi ſemp eſt proportio dupla Aliomō diuiditur in partes eiuſð quantitatis et ſic non proceditur in infinitum quia omne finit um per ablationem finiti tandem conſumitur. Sed vtrum aliqua magnitudo per appoſitiones partium alicuius alterius corporis poſſit in infinitum augeri dicendum ꝙ dupliciter hoc intelligitur vnomodo ſic ꝙ quacumq magnitudine data contingit dare maiorem et hoc eſt falſum quia omnia entia naturalia ſunt determinata ad maximum per ſuas formas. S. T. 1ª. parte. q. 7. ar. 3. ad. 3^{m}. Alio modo ꝙ alicui magnitudini poſſunt dari infinite partes proportionabiles alterius corporis et hoc eſt poſſibile quia huic aq poſſunt addi in infinitum partes proportionabiles alterius aque.

¶ Contra hec arguitur. Quando ſubiectum eſt in actu tunc paſſio eius eſt in actu ſed infinitum non eſt ſubſtantia vt dicunt antiqui ſed eſt paſſio quantitatis ſecundum philoſophum ꝛ quantitas eſt in actu ergo infinitum eſt in actu vel arguatur ſic magnitudo eſt ergo infinitum eſt antecedens ē actu verum ergo et conſequens. Et eodem modo poteſt argui methaphiſicaliter quia finitum et infinitum diuidūt ens ergo aliquod ens eſt infinitū et ex eodem arguitur ꝙ determinare de infinito non partinet ad naturalem philoſophum quia determinare de paſſionibꝰ entis pertinet ad methaphiſicum ſed finitum et infinitum ſunt huiuſmodi igitur.

¶ Secundo arguitur ad idem quia de non ente non eſt ſcientia primo poſte. ſed infinitum eſt non

ens vnde non eſt ens naturale ergo non debet cō
ſiderari a naturali philoſopho. Jtē ſcia eſt vniuer
ſalium et entiū per ſe infinitum aūt non eſt ens ꝑ
ſe. Jtem omne de quo habetur ſcientia cōprehen
ditur ſcdm̄. ſ. t. prima par. q. 12. ar. 7. ſed infinitum
non cōprehenditur a nobis imo nec cognoſcitur qꝛ
vt dicitur primo phi. infinitū vt ſic eſt ignotū. igr̄

¶ Tertio arguitur rōnibus tex. quia tempus eſt
infinitum quia nunq̄ incepit eſſe nec vnq̄ deſinet
eſſe quia oē qđ incipit eſſe ⁊ deſinit eſſe incipit vel
deſinit in tempore ⁊ ſub tempore ergo aliquod eſt
infinitum. Jtem magnitudo eſt diuiſibilis in infini
tum et numerꝰ etiā angularis ergo infinitū eſt. an
tecedēs apparet quia mathematici ī diuiſione ma
gnitudinis et in appoſitione numeri vtūr infinito

¶ Quarto gñationes et corruptiones ſunt motꝰ ⁊
ſunt infinite et perpetue ſed hoc nō poſſet eſſe ni
ſi eſſet vnū materiale principiū infinitum ergo ⁊c.
Jtem oē infinitū per aliquod extra ipſum finitur
a quo includitur ergo oportet dare corpus infinitū
qđ a nullo includatur vel erit procedere in infini-
tum. ergo infinitum eſt.

¶ Quinto ſic omne illud eſt verū quod apparet in
tellectui vel ymaginationi cū intellectus et yma
ginationis apprehenſio cauſetur a rebus ſʒ intel-
lectus nr̄ concipit infinitum quia dato quolibʒ nu
mero adhuc poteſt cōcipere maiorē Similiter ex-
tra celum ymaginatur eſſe ſpaciū infinitum ergo
eſt plenum vel vacuum ſi primū non poteſt repleri
niſi corpore infinito. ſi ſecundum cum nichil aliud
ſit vacuum q̄ʒ locus non repletus corpore poteſt
tamen repleri et in perpetuis non differunt eſſe ⁊
poſſe ſequitur ergo ꝙ talis locus iam repletus eſt
corpore. Jtem arguitur quia motus infinitus pre
ſupponit mobile infinitum ſed motus celi eſt infi-
nitus cum ſecundum naturam careat principio et
fine ergo celum eſt infinitum.

¶ Sexto arguitur in corpore celeſti repperitr̄ infi
nitum ſecundum potentiam et diffinitionem cum
ſit quantum ⁊ continuum ergo ibi eſt infinitū actu
conſequentia tenet quia in perpetuis non differt
eſſe et poſſe Jtem infinitum ⁊ finitum habent fie
ri circa idem ſed finitum reperitur actu ſub corpo-
re ſenſibili ergo ſimiliter poteſt reperiri corpus a-
ctu infinitum.

¶ Septimo arguitur ſic omnis potentia eſt redu-
cibilis in actum alias eſſet fruſtra ſed infinitū nū
q̄ʒ eſt in actu ergo nunq̄ʒ eſt in potentia. Jtem en
tia naturalia ſunt determinata ad maximum ⁊ mi-
nimum ſecundum actum et potentiam ergo infini
tum ſecundum potentiam non reperitur in rebus
naturalibus.

¶ Octauo ſi reperiretur infinitum maxime eſſet
in diuiſione magnitudinis ſed hoc non igitur.
Minor patet quia omne infinitum per ablationeʒ
finiti tandem conſumitur ergo in diuidēdo magni
tudinē non eſt proceſſus in infinitum Jtem ſecun
dum ariſtotelem mundꝰ fuit ab eterno et ſemper
fuerūt homines ergo fuerunt infiniti homines et
quilibet habuit animā immortalem ergo nunc ſūt
infinite anime Forte dices ꝙ vna anima tranſiuit
de corpore in corpus contra ſecundum viam natu
ralem idem corruptum numero non poteſt redire
hoc autem eſſet falſuʒ ſi anima idifferenter poſſet
redire ad corpus.

¶ Nono in corpore ſperico ſunt infinita puncta
ergo dabile eſt infinitum ſecundū multitudinē for
te dicis ꝙ illa puncta non ſunt ibi niſi in potentia.
Contra corpus ſpericum ſecundum quālibet par-
tem exteriorem poteſt tangere corpus planū ergo
exterius habet infinita puncta. Jtē in corpore ſpe
rico ſunt infinite linee recte trāſeuntes ab vno ex
tremo in aliud per mediū quelibet aūt linea recta
habet duo puncta in actu forte dicis ꝙ ibi nulla eſt
linea in actu Cōtra ꝑtes talis corporis actu conti
nuantur ergo ibi ſunt actu aliqua puncta. Jtē vel
realiter ibi eſt aliq̄ linea. ſ. dyameter vel nulla rea
liter Si ſcdm̄ tunc illa linea que ꝑciſe dicitur eſſe
in potentia nō erit niſi ens rationis et ſic ī celo nō
eſſet realiter equinoctialis ſi dicas ē ipotentia qꝛ
eſt in materia arguatur ergo de punctis que ſūt in
q̄ʒtitate ſacramenti eucariſtie q̄ ſunt ſeparata nec
continuātur forte dicis ꝙ linea et puncta ſunt ibi
realiter ſʒ non habēt propriū eſſe exiſtētie hoc for
te verum eſt qꝛ nullum accidēs habet verū eſſe exi
ſtentie tamē eo modo quo accidēs habet eē vel pū
ctum extremū linee ſit realiter diſtincta pūcta ha-
bent diuerſum eſſe quia linee ⁊ pūcta ſitu diſtingū
tur. linea eīn cōſtat ex ꝑtibus habētibꝰ poſitionē.

¶ Decimo infinite ſunt ſpēs numerorum et forte
aīalium quia ex cōmixtione diuerſorū ſexuū gene-
ratur mulus et ita videtur poſſe dici de alijs ſʒ de
qualibet ſpecie eſt vnū indiuiduū actu quia vniuer
ſale eſt incorruptibile igitur. Jtem totū habet infi
nitas porpotiones ad quālibet partē quia ad ſuaʒ
medietatē habet proportionē duplā forte dicis ꝙ
illa proportio nō eſt in actu. Cōtra totū eſt in actu
duplū ad medietatē et triplū ad tertiā parteʒ. Jtē
ſcdm̄ ari. celum ſemper mouebatur et nullus motꝰ
in eo eſt corruptus ergo ſunt in eo nūc infinite mo-
tus Minor patet quia motus celi nō habet cōtra-
rium ergo a nullo corrūpitur forte dicis ꝙ corrum
pitur ex natura rei quia eſt ens ſucceſſiuū ⁊ ideo ꝑ-
tes eius non poſſunt ſimul manere Contra Motꝰ
localis eſt intenſibilis et non niſi per additionem
vnius accidētis ad aliud primum patet quia vnus
motus localis eſt duplus ad alium Si agens ſit du
plum forte dicis ꝙ motus intēditur quia magis ra
dicatur in ſubiecto Sed cōtra Tunc nunq̄ʒ motus
violentus eſſet eque velox ſicut motus naturalis
qui maxime radicatur in ſubiecto ſuo. Jtem argui-
tur de relatiōibus quia ſi gñationes ſemꝑ durarēt
tūc etiam eſſē prior infinitis hominibus futuris er
go in me ſūt infinite prioritates ꝓpter hoc dicit. ſ.
t. de veri. q. 1. ar. 5. ad. 15. ꝙ eſt relatio rationis Cō-
tra cras fore eſt in predicamento quādo ergo eſt re
latio realis eſſe prius et nota ꝙ relationes rōnis
ſūt infinite ſcdm̄ auicennā. ſ. t. de veri. q. 2. ar. 9. ad
4m quare ergo alie.

¶ Undecimo arguitur de linea giratiua capiendo
colūnam ſex pedum habentē in latitudine vnū pe
dem et diuidatur ad ymaginationē per partes pro

portionabiles et capiatur linea girans primã partem proportionabilem que continuetur linee girãti et circundanti ſecundam et ſic in infinitum procedendo per partes proportionabiles tunc capta tota illa linea compoſita ex omnibus partibus girantibus omnes partes proportionabiles ipſa cõponitur ex infinitis partibus quarum quelibet eſt plu ſqꝫ pedalis quia circundat partez proportionabilez que pedalis eſt. forte dicis ꝙ ille partiales linee pedales non ſunt in actu hoc eſt ſepate a ſeinuicem hoc nichil eſt qm̃ ad maius vel infinitum ſecundum magnitudinẽ non requiritur ꝙ partes magnitudinis ſint ſeparate a ſeinuicem alias anaxagoras et alij philoſophi non poſuiſſent vnum corpus infinitum. Argumentum factuz de linea giratiua ab aliquibus fit de dyametris infinitaruz partium proportionabilium oĩm girarũ.

❡ Duodecimo angulꝰ rectus eſt ĩfinitus igit̃ Añs patet quia componitur ex infinitis acutis nõ communicantibus quoruz quilibet eſt maior angulo cõtingentie determinate quãtitatis vt patet ex tertio geometrie Et per idẽ poſſet argui ꝙ quodlibet mortale eſt infinitum quia ſecundũ multos in quolibet mortali ſũt in finite partes quarũ quelibet eſt grauior veniali. Item in quolibet corpore pedalis latitudinis ſunt infinite partes proportionabiles quarum quelibet eſt pedalis ſecundum latitudinem vel longitudinem igitur.

❡ Tertiodecimo arguitur in quolibet continuo ſunt due partes eiuſdem quantitatis et tres partes eiuſdem quantitatis. ſ. tres 3ᵉ et ſic in infinituz ergo in quolibet ſunt infinite partes eiuſdẽ quantitatis tenet conſequentia per exponentes infiniti. Itẽ quidã probant ꝙ aliqs motꝰ nunc eſt de facto infinitus quãdo duo corpora dura ſeparantur. quia immediate poſt hoc per totum mediũ erit aer ſed de hoc poſtea. Item ſint duo angeli et vnus in prima parte proportionabili claudat feneſtram in ſecunda alius aperiat et ſic fiat alternatim vſqꝫ ad finem hore tunc ſol in hac hora ĩfinities producet lumẽ nouũ in hac camera qꝛ ſemp fuit corruptum claudendo feneſtrã vel fiat de ſole quẽ deꝰ in qualibet parte proportionabili giret circa terrã vel cõſeruet deus omnia pũcta extra ſubiectuz ſine linea tunc omnia ſunt in actu ergo infinituz eſt poſſibile

❡ Ad primum dicendum ꝙ infinitum in potentia eſt paſſio quantitatis et tale eſt eus actu exiſtens licet non ſit actu infinitũ ⁊ non loq̃mur hic de deo qui eſt infinitus negatiue ſed de ĩfinito priuatiue qđ cõuenit quantitati. Ad aliud dicitur ꝙ phiſicꝰ habet tractare de infinito vt eſt paſſio quantitatis Sed contra quantitas pertinet ad mathematicuz ergo et infinitum Dicendum ꝙ infinitum hic conſideratũ non eſt paſſio quantitatis abſolute ſ3 vt eſt diſpoſitio rerum naturalium.

❡ Ad ſcđz dicitur ꝙ de non ente non eſt ſcĩa ſic ꝙ ſciatur eſſe ſed negatiue vel dicitur ꝙ infinitum in potentia eſt. Ad aliud dicitur per idem Et licet nõ ſit ens naturale tñ ab antiquis hoc credebat̃ dicebant enĩ infinitum eſſe principium. Sed contra infinitum formaliter dicit priuationẽ ergo aliquid ꝑſuponit. Item ſi infinitum eſſet ipſũ occuparet omnia et ſic principiatũ non eſſet ergo nec principiũ.

❡ Ad tertiũ dicit. S. T. pᵃ par. q. 7. ar. 3. ad 4ᵐ ꝙ motus et tempus non ſũt totũ in actu ſed ſucceſſiue ſcđm phm̃ de magnitudine dictũ eſt ꝙ eſt infinita ſcđm potentiã quia in infinitũ diuidi poteſt. Sꝫ contra ſequeretur ꝙ pars eſſet equalis toti quia ſicut totum eſt in infinitum diuiſibile ita et quelibet pars Negatur ꝯñ quia pars non eſt diuiſibilis in tot partes equales ſicut totum. Sed queritur an diuidendo aliquod totum remaneat vnitas q̃ priꝰ erat in partibus dicendum ꝙ nõ ſed in qualibet ꝑte cauſatur noua vnitas et precedẽs corrumpitur. Sed contra volo ꝙ ille partes vniãtur tunc eſt idđ totum qđ prius erat ergo precedens vnitas q̃ fuit corrupta naturaliter reproducetur. Itẽ eadẽ actio non generat et corrumpit vnitatẽ ſed diuiſio generat vnitatẽ in qualibet parte ergo non corrumpit precedentẽ. Ad pᵐ negatur ꝯñ Et ad aliud negatur aſſumptum.

❡ Ad quartum dicitur ꝙ ſub eadẽ materia ſucceſſiue ſunt diuerſe forme et ideo non oportet materiam eſſe infinitam Ad aliud dicitur ꝙ vltimũ celum finitur per ſeipſum.

❡ Ad quintũ diceret aliquis ꝙ nichil cõceptũ ab intellectu eſt infinitũ qꝛ de cõceptu et diffinitõne linee eſt ꝙ habeat duo pũcta terminatiua Sꝫ ꝯtra linea circularis nõ habet duo pũcta terminatiua vnde neq̃ĩ anulo ſũt dabilia duo extrema Et ſi queratur an iſta ſunt finita vel infinita dãdũ eſt primũ ſimiliter apprehendi poteſt totũ tẽpus preterituz cathegorumatice et totũ tẽpus futurũ et tamẽ nõ in quolibet iſtoꝝ dantur duo extrema Sꝫ ꝯtra quelꝫ ꝑs infiniti ẽ infinita ſcđm phm̃ ergo ſi totũ tp̃s ꝑteritum aprehenſum eſt infinitum ſequitur ꝙ quelibet dies preterita que eſt pars eiꝰ fuit infinita. Itẽ infinitũ nõ habet principiũ neqꝫ finẽ ſꝫ totum tempus preteritum habet finẽ ergo nõ eſt infinitũ Itẽ ĩfinitũ nõ habet pͥcipiũ factiõis ſed tẽpus ꝑteritũ habuit cãm effectiuã. ſ. intelligẽtiã mouẽtẽ celũ Itẽ nunq̃ꝫ fuit verũ dicere infinitum eſt et tñ tp̃s ꝑteritum aliq̃n fuit pñs et ipm̃ nõ fuit ĩfinitũ dicẽdũ ꝙ tp̃s ẽ infinitũ in potẽtia vt ſupradictum eſt et q̃libꝫ eius pars Et ꝑ hoc ſoluuntur cetera argumenta Itẽ quidã ymaginãtur lineã giratiuã eẽ ĩfinitã et tamẽ non habet duo extrema qꝛ nõ põt ſignari pũctũ ad qđ teriat̃ tota linea giratiua veniẽdo verſꝰ ꝑtes ꝓportiõabiles miores dicẽđ igr̃ ſꝫ phm̃ ꝙ nõ ſꝑ oꝫ ymaginatiõi credẽ alr̃s duo ꝯtradictoria eẽnt ṽa Ad aliđ dr̃ ꝙ extra celũ nihil ẽ. ꝯtra deꝰ p̃t mouẽ lapide extra celũ ⁊ facẽ ipm̃ magꝫ diſtare a celo vł extra iſtđ celũ p̃t creare aliđ celuz diſtãs ab iſto dicẽđ ꝙ talꝫ lapis nõ diſtarꝫ a celo poſitiue.

❡ Ad ſextũ dicit̃ ꝙ motus celi eſt infinitꝰ ſecũdũ durationẽ et ſimiliter celũ põt etiaz dici ꝙ celũ eſt diuiſibile mathematice. i. ſibi nõ repugnat in rõne quãtitatis qui diuidat̃ illa ṽo auctoritas phi exponit̃ a. ſ. t. de. po. q. 3. ar. 14. ad. 5. non oportet inquit ſi deꝰ põt aliq̃d facere ꝙ illud fecerit quia ẽ agẽs ſcđm volũtatẽ auctoritas ḡ intelligit̃ de potentia

paſſiua que eſt corruptionis principiũ et ideo ſem
piternitati repugnat Sed contra tunc auctoritas
ſupponeret vnũ r̃m quia in perpetuis non eſt hoc
modo poſſe dices ꝙ negatiua nichil preſupponit
vnde adhuc contra illam auctoritatem arguitur qꝛ
materia antichriſti poteſt eſſe perpetua et tamen
non ſequitur ꝙ ſit. Item tempus futurum erit per
petuum et tamen non eſt. Item angeli ſunt perpe
tui et tamen ſcd̃m ſanctum tho. in eis differũt eſſe
et poſſe quia eſſẽtia angeli nõ eſt ſua potẽtia ymo
multi dicunt ꝙ materia non eſt ſua potentia licꝫ ſit
perpetua. Item dato ꝙ materia ſit ſua potẽtia paſ
ſiua tamen non eſt ſuũ eſſe dicenduꝫ ꝙ materia eſt
ſuum eſſe et ſua potentia et ita quelibet eſſẽtia eſt
ſua potentia ſi illa potentia non ſit ad operari ſed
ad eſſe Multiplicia etiam ſunt perpetua. ſ. deꝰ cor
pora celeſtia materia prima. et de hac verificat̃ au=
ctoritas philoſophi que ſic ponitur T. C. 32. conti
gere eñ ad eſſe nichil differre in perpetuis nõ ſe=
quitur tamen ꝙ ſi iſta pars celi poſſit eſſe in orien
te ꝙ propterea ſit ibi Ad aliud dicitur ꝙ non opor
tet ſi vnũ priuatiue oppoſitum ſit in actu ꝙ alteruꝫ
ſit in actu ſed ſufficit ꝙ ſit in potentia.

¶ Ad ſeptimuꝫ dicitur ꝙ eo modo quo aliquid eſt
in potẽtia ſic reducitur ad actũ mõ infinitum ſolũ
eſt in potentia ad actũ incõpletum et ſic etiam re=
ducitur in actum per diuiſionem tamen poſt vnam
diuiſionem adhuc remanet alia poſſibilis ita ꝙ nũ
ꝗ̃ continuum eſt ex toto diuiſum Contra philoſo
phus probat ꝙ per appoſitionem non poteſt exce=
di quelibet magnitudo quia ſi eſſet i natura poten=
tia ad appoſitionem tranſcendentem omnem quã
titatem ſequeretur ꝙ eſſet actu infinitũ hec eſt cõ
ſequentia philoſophi ergo ſi continuum ſit in potẽ
tia vt in infinitum diuidatur vel numerus vt in in=
finitum augeatur ſequitur ꝙ actu erit numerus in
finitus vel continuum in infinitum diuiſum. Iteꝫ
omnis vna potentia poteſt reduci ad vnum actum.
ſed quelibet pars continui eſt in potẽtia vt ab alia
diuidatur et omnes iſte potentie faciunt potentiã
vnam ſecundum quam continuũ eſt i qualibet par=
te diuiſibile. Ad primum dicit ſanctus thomas
lec. 11. ꝙ non oportet numerum tantũ eſſe in actu
ꝗ̃tum eſt in potentia ſicut hic dicitur de magnitu=
dine quia additio numeri ſequitur diuiſionem con=
tinui per quam itur ad id qđ eſt in potẽtia et ad ma
teriã vnde non oportet deuenire ad aliquem actũ
finientem potentiã ſed additio magnitudinis du=
cit in actũ quia itur ad totum qđ habet rationẽ for
me continentis et terminantis et determinatam
quantitatem ſicut et omnes res naturales Sed cõ
tra ſicut res naturales habent determinatam quã
titatem in magnitudine ita et in paruitate. Item
pono ꝙ omnia ſint diuiſa i mima naturalia quo fa=
cto nõ poterit dari maior numerꝰ qꝛ numerus cau=
ſatur ex diuiſione ꝯtinui forte dicis ꝙ nõ repugnat
mimo diuidi in rõne quantitatis Contra ſic nec re
pugnat cuicũqꝫ corpori augeri in ratione quantita
tis ſed ſolũ inꝗ̃tum eſt ens naturale forte dicis ꝙ
numerus non cauſatur ex diuiſione continui quia
homo et aſinus faciunt numerum binarium ſine di

uiſione alicuius continui Cõtra ſequeretur ꝙ par
tes cuiuſlibet continui facerent numerũ infinitũ
quia infinite ſunt partes proportionabiles. Sed
hoc eſt contra phm dicentem ꝙ omnis numerꝰ eſt
numeralis et omne numerabile eſt finitum. Item
vel ille numerus eſſet par vel impar forte dicis ꝙ
ſicut albedo nõ eſt alba ita nec numerus eſt nume=
rabilis Preterea arguitur ꝙ in diuiſione continui
itur ad formam quia per diuiſionẽ continui produ=
citur forma numeri et vnitas. Item per diuiſioneꝫ
vnius aque fiunt quatuor aque dicenduꝫ ꝙ res na
turales poſſunt in infinitum diuidi licet nõ poſſũt
in infinitum augeri quia nõ poteſt corpus dari ma=
ius celo. Et licet detur minimum naturale tamen
quantum eſt ex parte materie non repugnat ſibi di
uidi et ideo dictum eſt ꝙ infinitum ſe tenet ex par=
te materie nec diuiſio continui procedit ad formaꝫ
naturalem ſed bene mathematicã. Notandum ꝙ
ſanctus tho. lec. 11. dicit appõ in infinitum inueni=
tur in magnitudinibus per hoc tamen non excedi=
tur quedam determinata magnitudo; quia dato ꝙ
infinite partes proportiõabiles corporis pedalis
addantur alteri corpori pedali nunꝗ̃ tamen fiet
corpus maius ꝗ̃ pedale.

¶ Ad octauũ dicitur ꝙ ꝑ ablationeꝫ partium pro
portionabiliũ nũꝗ̃ eſt ſtatus Sed contra aufferat̃
primo vna medietas in prima parte proporciona
bili horeꝫ in ſecũda aufferatur ſecũda tunc in fine
hore totũ erit ablatum Item ſit magnitudo. 7. pe=
dum ⁊ pͥo auferat̃ pars 4 pedũ 2°. pars duoꝝ 3°.
vero pars vnius pedis quo facto nichil remanet ⁊
tamen ſeruata eſt proportio quia 4. et duo ⁊ duo ⁊
vnuꝫ hñt proportionẽ duplam dicendũ ꝙ primuꝫ
intelligitur definitis ablationibꝰ. 2°. dicitur ꝙ in
numeris finitũ per ablatõnẽ finiti cõſumeret̃ nõ
aũt in cõtinuo ſi a principio ſeruetur eadeꝫ ꝓpor=
tio in diuidẽdo. Ad aliud argumẽtũ dicit. S. T. 1.
par. q. 7. ar. 4. ꝙ propter hoc auicẽna et algazel di
xerũt ꝙ licet ĩpoſſibilis ſit mltitudo infinita actu
per ſe non tamẽ ĩfinita per acidens et ſic ponebat
infinitas animas ſecunduꝫ ĩfinitos hoĩes preteri
tos. S. T. 1. par. q. 46. ar. 2. ad. 8. ponit ſuper hoc
plures modos reſpondendi et in fine dicit ꝙ ali=
quis poſſet dicere ꝙ licet mũdus fuit eternus vel
angelus non tamen homo quidam dicunt ꝙ opor=
tet incidere in alterum iſtorum. ſ. ꝙ deus aliquas
animas immo infinitas anichilauit ⁊ ꝙ infinite a=
nime fuerunt corrupte vel alij dicunt ꝙ nunc eſſẽt
infinite anime ſincathegoreumatice nõ aũt cathe
goreumatice quia nulle ſunt omnes. Sãctus tho.
opuſ. 72 in fine dicit ꝙ neſcimus quid ariſto. reſpõ
deret huic rationi ſed habet pro certo ꝙ ĩfinita eſ=
ſe non poſſunt etiam per accidens nec placet ſibi
infinitum eſſe poſſibile.

¶ Ad nonum dicitur ꝙ puncta non ſunt in actu qꝛ
non habet ſubiectum adequatum vel licet puncta
realiter ſint tamen non habent propriũ eſſe qꝛ ſũt
entia incompleta ſecus eſt de alijs accidentibus.
Sed nonne brachium germani licet ſit pars reali
ter eſt et ſimiliter quelibet alia pars Si non tunc
totũ realiter cõponitur ex non ꝑtibus. Dicendum

ꝙ pars homogenea dicitur non eſſe actu quia non habet propriam exiſtentiam ſed exiſtentiā totius.

¶ Ad decimum dicendum ꝙ non ſunt actu infinite ſpecies numerorum vel figurarum S. Tho. i. par. q. 7. ar. 4. ad ſecunduz Si enim multitudo ſpecierum eſſet actu infinita ſequeretur ꝙ vnum infinitum eſſet maius alio quia maior eſt multitudo indiuiduorum ꝙ̄ ſpecierum forte conſequens nō eſt inconueniens quia animal plura ſignificat ꝙ̄ homo vel de pluribus predicatur licet homo predicetur de infinitis hominibus poſſibilibus ſecundum ꝙ dicimus adam eſſe hominez. Ad aliud dicitur ꝙ totum non eſt duplum per proportionem que ſit in actu niſi ſubduplū ſit per ſe ſubſiſtēs. Ad aliud dicitur ꝙ intenſio motus non fit per additionem ſed de hoc alias.

¶ Ad vndecimū. paulus non habet ꝓ incōuenienti ꝙ detur linea curua infinita ſed inconueniēs eſſet de linea recta ſecundum phm̄. Alij dicūt ꝙ nō poteſt dari tota linea giratiua girans oēs partes preportionabiles quia nulle ſūt omnes ſi enim eſſet aliquod infinitum inquit phūs ipſum omnia occuparet ſed hoc forte non oportet de hoc qđ eſt infinitum ſolum ſecundum vnam dimenſionem. Itē quelibet linea videtur ſi ergo eſſet linea giratiua infinita vidētur cauſare viſionem infinitaz añs patet quia perſpectiua eſt de linea viſuali ergo linea videtur.

¶ Ad duodecimuz dicit albertus primo celi negādo hanc cōſequentiaz cōponitur ex īfinitis acutis et tamē ergo eſt infinitus ſed oportet ꝙ aliquo determinato angulo eiuſdem ſpeciei dato habeat infinitas partes maiores Ad aliud negatur cōſequētia ſed oportet ꝙ vna continuetur alteri ſecunduz illam dimenſionem ſcđm quam debet eſſe infinitū

¶ Ad tertiūdecimum negatur cōſequentia a paulo quia quantitas in cōſequente ſtat determinate nec confunditur per infinirum ſic arguitur a pluribus determinatis. Alij dicunt ꝙ oportet ſic arguere in hoc continuo eſt aliqua pars certe quātitatis et ſunt īfinite eiuſdem quātitatis cū illa igitur hoc eſt infinitum.

¶ Ad argumentum capitale patet ex dictis. Nec oportet ꝙ oīs potentia obediētialis reducatur ad actum. Naturalis tamē eſſet imꝑfecta niſi ad actū reduceretur. S. T. de veri. q. 8. ar. 4. ad 13.

AD quintuz ſic proceditur videtur ꝙ deus poſſit facere infinituz quia ſecundū geometrā omni magnitudine data cōtingit dare maiorē vnde ſcientia mathematice vtunť linea infinita forte dicis ꝙ illa propō eſt falſa in philoſophia naturali. Et licet intelligant lineā in finitā tamen non ſequitur ꝙ eſſet infinita.

Contra ex hoc ſequitur ꝙ geometria eſt de falſo ſicut qñ dicit lineā cauſari ex fluxu puncti punctum eñ nō fluit nec mouetur ſcđm phiſicos vñ dictū eſt eſt ſupra ꝙ punctū nō eſt pertranſibile licet linea cuius eſt punctū poſſit ꝑtranſiri et ideo forte punctū pertranſitur ꝑ accidens per ſe ergo punctū nō mouetur nec ſuꝑ ipſū aliquid mouetur. Itē non eſt impoſſibile apud deum omne verbum ergo ſi infinitū poſſit intelligi ſequitur ꝙ infinitum poterit fieri a deo. Item phūs dicit ſcđo methaphiſice ꝙ impoſſibile eſt intelligere lineā nō ſtatuantē. i. non exñtē inter duo pūcta T. C. xi. In oppoſitum arguitur In quibuſcunqꝫ eſt primū ibi non eſt infinitū ſed in rebus reperitur primū et ſimiliter in ſpeciebus vnde perfectiſſima ſpecies vniꝰ generis eſt mēſura aliorum ergo deus nō poſſet facere infinitas ſpecies. Et per hoc concluditur ꝙ ſpecies numeri nō ſunt actum infinite.

¶ Reſpondeo dicendum ſecundum philoſophuz et S. Tho. le. 10. ꝙ antiqui male diffinierunt infinitum dicentes infinitum eſt extra quod nichil eſt ſed ſecundum philoſophum infinitum eſt cuius ſēper eſt aliquid extra probatur quia dicunt quidam angulos eſſe infinitos quia in eis ſemper eſt accipere partem poſt partem hoc tamen non eſt veruz quia ad infinitum requiritur ꝙ non reſumatur ps que prius fuit accepta Item id cuius nichil eſt extra eſt diffinitio perfecti et totius totum enim eſt cui nichil deeſt. ſ. de requiſitis ad ſuam perfectionem ſed totum et perfectum idem: ſunt infinitum autem non eſt perfectum quia nō habet finem. Sz contra ex hoc concluderetur deum non eſſe perfectum. dicendum deum non eſſe īfinitum priuatiue et materialiter ſed negatiue. Notanduz preterea ꝙ infinitum non continet omnia ſed magis habet rationem contenti quia habet rationem imperfecti cum ſit in potentia vnde habet rationem materie. Et ideo ſupra dixit phūs ꝙ ſi infinitū eſſet cauſa ipſū eſſet cauſa vt materia vnde diuiſibilitas et infinitas nō eſt ratione forme ſed rōne materie.

¶ Concluſio prima deus pōt facere formā infinitam probatur qꝛ forma finitur per materiā. ſed deꝰ poteſt facere formā ſiue materiā puta albedinē ſeparatam ſcđm. ſ. t. quo. 7. ar. 10. vnde albedo ſeparata eſt aliquō īfinita qꝛ habet quicquit ꝑfectionis pōt albedini cōuenire. Angeli etiā poſſūt aliquō dici infiniti. Item arguunt alij ad idem quia quanto corpus minus diſtat tanto eſt maior propinquitas ergo ſi vnum corpus ſit cōtiguū alteri illa propinquitas erit infinita Itē deus poteſt facere quicquid continetur infra albedinez ſed tota latitudo nigredinis continetur infra albedinem nec infinita nigredo attingeret minimā albedinem ergo deꝰ poteſt facere nigredinē infinitam extra ſubiectuz.

¶ Secunda concluſio ſecundum. ſ. t. i. par. q. 7. ar. 2. deus non poteſt facere infinitum ſecundum eſſētiam nec poteſt facere infinitum ſecundum magnitudinem primum patet quia omne factibile a deo habet determinatum genus et determinataz differentiam ſaltem ſi ſit per ſe in predicamento. Scđz patet primo quia omne corpus habet formam ſubſtātialem ad quam ſequitur determinata quātitas Item omne quantū eſt figuratum ⁊ omne figuratū eſt finitum vt patet per diffinitionem figure. Itez ar. 3. ad ſecundum nichil eſt in genere quin ſit ī ſpecie ergo omne quantum eſt bicubitum vel tricubitum et cetera et per conſequens finitum.

¶ Tertia concluſio deus non poteſt facere infinitum ſcd'm multitudinem vel potius tale nō eſt factibile probatur quia alias. tota multitudo numerorum eſſet euacuata. Item dicit ſanctus thomas ꝙ omnē multitudinem oportet eſſe ī aliqua ſpecie multitudinis Species autem multitudinis ſunt ſicut ſpecies numerorum Nulla autem ſpecies numeri eſt infinita quia quilibet numerus eſt multitudo facta per vnum vnde impoſſibile eſt multitudinem eſſe infinitam actu ſiue per ſe ſiue per accidens. Itē omnis multitudo in natura exiſtens eſt creata et omne creatum ſub aliqua certa intentione creantis intendr̄ ergo omne creatum eſt finitū. Item tunc pars eſſet equalis toti vel maior toto quia capio lineam infinitā verſus orientem et aliā infinitam verſus occidentem tunc patet ꝙ iſte ſūt equales. capio ergo totam primam preter vnū pedem adhuc reſiduū eſt infinitum ergo eſt equale cū ſecunda linea et per cōſequens eſt equale cū ſuo toto quia que ſunt equalia vni 3° ſūt equalia inter ſe forte dicis. ꝙ vnū infinitum non eſt alteri equale nec inequale. hoc eſt contra tertiam proprietatē quātitatis. Item illud non eſt infinitum cuius datur vltima pars. ſed ſic eſt de quolibet corpore dabili quia pono ꝙ ſor. in qualibet parte proportionabili pertranſeat vnum pedem corporis infiniti tunc quero ſuper quā partem erit in fine hore ⁊ non poteſt eſſe ſuper partem finite diſtantē ergo eſt ſuper vltimā. Item creet deus vnum lapidē iuxta columnam. in prima parte proportionabili hore et in ſecunda parte proportionabili hore elonget illū lapidem et inter ipſum et columnā creet ſcd'z et ſic faciat per omnes partes proportionabiles hore tūc in fine hore quero quis lapis erit iuxta columnam forte dicis ꝙ nullus ſed inter primum lapidem et colūnam ſunt infiniti lapides. Cōtra tūc infinitū eſſet inter duo puncta. ſ. inter lapidem et columnā forte dicis ꝙ hoc non eſt incōueniens ſed hoc prolixe ab aliis improbatur ideo ſuper ſedeo.

¶ Contra hec arguitur Et primo probando ꝙ infinitas ſecundum potentiā non prouenit ratione materie quia quantitas ſeparata eſt infinita ſecūdum potentiā ratio enim infiniti quātitati ꝯgruit. Item forma ipſius elementi eſt diuiſibilis in infinitum ſicut materia. Item in augmentatione proceditur ad materiā ergo non ī diuiſione aīs patet quia in augmentatione ipſius hominis non acquiritur niſi materia. Item intelligētie ſunt infinite inferius et tamen non habent materiam. S. T. i. par. q. 50. ar. 2. ad 4m. Item q. 7. ar. 1. dicit ꝙ forma finitur per materiam ergo infinitas non eſt ratione materie.

¶ Secundo arguitur ꝙ albedo ſeparata nō eſt infinita ex hoc ꝙ non recipitur ī materia quia ſequeretur ꝙ quātitas que eſt in ſacramēto altaris eſſet infinita quia ſeparatur a materia Itez ſequeretur ꝙ aliud a deo eſſet infinitus ſecundum eſſentiam quia eſſentia albedinis ſeparate in nullo recipit̄. Itē deus poſſet ſeparare albedinem meam nullo modo intendendo eam.

¶ Tertio ſequeretur ꝙ motus localis fieret in inſtanti quia grauitas ſeparata eſt infinita ergo mouet ſeipſam in non tempore Item tunc eſſet equalis virtutis cū deo quia virtus ſeparata eſt infinita Item tunc calefactio fieret in inſtanti et in aliquo ſubiecto produceretur infinitus calor quia calor ſeparatus eſt infinitus ergo in ſubiecto producit infinitum calorem quod ſi concedas ſequitur ꝙ pars erit equalis toti quia calor qui eſt in vna medietate eſt infinitus ergo eſt equalis virtutis cū toto calore. Item ſequeretur ꝙ motus rectus poſſet eſſe infinitus quia calor poteſt per infinitum tempus intendi anteꝗ̄ veniat ad gradum illum infinitum. Item tunc aliquid poſſet comprehendere deuz quia viſio que habetur de deo ſi ſit ſeparata eſt infinita ergo equatur deo.

¶ Quarto ſequeretur ꝙ potentia dei poſſet eſſe exhauſta quia deus non poſſet ꝑducere maiorem calorem ꝗ̄ calorem ſeparatiuo Item intēdatur cōtinue aliquis calor ſic ꝙ in fine hore ſit infinitus. Tūc ſic ante finē hore ſemper iſte calor fuit finitꝰ et nichil acquiſiuit in iſto iſtāti terminatiuo vt ſuppono ergo nūc eſt finitus Item totus iſte calor prius fuit et prius fuit verum dicere quelibet pars iſtius caloris eſt quia quelibet eius ſingularis fuit vera ergo ſi prius fuit finitus et nunc eſt finitus. Item infinitum eſt cuius partem accipientibus ſēper reſtat aliquid accipiendum et infinitum habet rationem partis ſed iſta non conueniunt calori ſeparato.

¶ Quinto arguitur contra rationem ſancti tho. quia ignis non habet determinatam quantitatem ſecundum philoſophum ſecundo de anima ⁊ linea etiam giratiua non eſt tam parua quin poſſit dari maior et data ꝙ naturaliter ſit dabilis maximus ignis hoc tamen eſt falſum per reſpectum ad deuz Item deus poteſt facere ſubſtantiam ſine quantitate ergo nō eſt neceſſario determinata ad finitam quantitatem. Forte negas antecedens quia quantitas eſt propria paſſio corporis Contra ſequeretur ꝙ deus non poſſet facere quantitatem ſine corpore in ſacramento altaris quod eſt falſum. Item figura non eſt forma eſſentialis et intrinſeca quantitatis cum ſit alterius generis ergo non omne quantum eſt neceſſario figuratum Itē arguitur ꝙ aliquis ſit numerus qui non eſt de aliqua ſpecie ſed eſt infinitus probatur de numero omnium punctornm que ſunt in continuo Item de numero dierum qui fuerunt ab eterno ſecundum ariſtotelem. Forte dicis ꝙ in iſtis ſicut nec in partibus cōtinui eſt numerus proprie dictus de genere quantitatis Contra ſic nec in animabus ſeparatis cuius oppoſitum ratio ſancti thome ſupponit.

¶ Sexto cauſalitas exemplaris in deo cauſalitatem efficientie non excedit ſed pro eodem inſtanti eſt cauſa exemplaris infinitorum cum ſit exemplar in actu omnium que ſunt et que poſſibilia ſūt ergo pro eodem inſtanti poterit eſſe cauſa effectiua infinitorum. Item quicquid deus intelligit videtur producere poſſe ſ; cōſtrat ꝙ intelligit oīa factibilia que ſunt infinita et ſimul ea cognoſcit ergo videtur ꝙ ſimul ea producere poſſit non enim videt̄

maior repugnãtia ꝙ res ſimul exiſtant in rerũ natura. ꝗ̃ ꝙ ſimul exiſtant in diuina intelligentia.

¶ Septimo deus poteſt ſub qualibet ſpecie producere aliquod indiuiduũ alias iſta ſpecies eſſet ens prohitum et implicaret contradictionem ſed ſpecies figurarum ſunt infinite ergo poterit deus producere ſimul et in actu infinita indiuidua. Jtẽ deus poteſt facere quicquid eſt de perfectione vniuerſi ſed de perfectione vniuerſi eſt ꝙ oẽs ſpecies ſint in actu ſecundum aliquod indiuiduũ ergo deꝰ hec facere poteſt.

¶ Octauo ſi deus non poſſet infinitas animas ſimul ꝑducere aut hoc eſſet quia aĩe poſſibiles nõ ſunt infinite aut quia non ſunt poſſibiles eſſe ſimꝉ Sed manifeſtum eſt ꝙ non poteſt dari primũ quia omnes anime poſſibiles ſũt neceſſario infinite ſi enĩ eſſent in numero finito tunc vltra illas nõ poſſet fieri alia aĩa vnde cũ conſtet ſi mundus ineternũ duraret continuari poſſet generaᵒ hoim conſtat etiam ꝙ continuari poſſet in infinitum creatio animarum. Secundum etiam dari non poteſt. quia nec anime ſunt ad ſeinuicem contrarie quĩ poſſint eſſe ſimul nec eſt etiam de rõne ipſarum ſucceſſio ſicut de ratione temporis aut alicuius alterius ſucceſſiui cui repugnat ꝙ omne eius partes ſunt ſimꝉ nec deus cogitur ad corrũpendum aliquã. ergo nõ apparet ratio quare deus nõ poſſit producere animas infinitas. Jtem deꝰ poteſt cuilibet ſpeciei cõferre ſuam propriam paſſionẽ in actu. vnde poteſt ſubiectum reducere ad actũ paſſioni debitum. Sꝫ finitas et infinitas ſunt proprie paſſiones quantitatis. poteſt ergo deus facere quantitatem aliquã infinitam in actu quia hoc eſt actus infiniti.

¶ Nono Auicen. dicit ſecundo methaphiſice ꝙ ſi poneretur linea infinita adhuc eſſet ĩ ſpecie linee et in genere quantitatis et per cõſequens non repugnat rationi linee ꝙ ſit infinita ſed deus poteſt facere. quicquid nature non repugnat ergo poteſt facere lineam infinitam aut magnitudinẽ aliquã Jtem phũs dicit in 3ᵒ phi. ꝙ ſi poſſet procedi in infinitum in magnitudine ſcḋm appoſitionẽ tunc eſſet poſſibilis magnitudo aliqua infinita in actu vnde dicit Cõmen. C. 61. ꝙ ſi magnitudo habet potẽtiam vel naturam creſcendi in infinitum tũc enim eſt poſſibile vt in actu inueniatur infinita menſura vel magnitudo ſed manifeſtum eſt ꝙ in ordie ad diuinam potentiam magnitudo habet naturã creſcendi in infinitum poſſet enim deus addere aque maris tantundẽ et amplius et iterum amplius ſẽper in infinitũ cũ aqua ſit quoddã homogenũ. nec ſibi determinet aliquam certam quantitatem ergo poterit deus facere magnitudinem infinitam in actu.

¶ Decimo arguitur quia cum deus immediate ſe ſolo quãlibet entitatem poſſet conſeruare ſe ſolo ſine quacunq; que non eſt de eius eſſentia poterit alicuius proportionis quãlibet partem in cõtinuo exiſtentem a qualibet alia diuidere actualiter eiuſdem proportionis que non eſt pars eius et quãlibet talium conſeruare in eſſe quo facto erit actualiter multitudo infinita diſtinctorum non facientium de per ſe vnum nam tales proportionabiles partes ſunt infinite verbigratia. prima medietas totius et prima medietas ſecunde medietatis et etiam prima medietas medietatis alterius et ſic conſequenter quarum nulla eſt pars alterius. Jtem poſſet in inſtanti initiante cuiuſlibet partis proportionabilis temporis vnius hore producere vnum angelum et ſic conſequenter et productum conſeruare ergo deus poteſt facere ĩfinitam actũ multitudinem angelorum. Antecedẽs patet quia nichil impoſſibile nec aliqua ĩcompoſſibilia includit. conſequentia probatur nã dato caſu in fine ſeu in inſtanti terminante totam horam eſſet ſimul actu infiniti angeli ſicut in ipſa hora ſũt infinite ꝑtes proportionabiles

¶ Undecimo ex eo ꝙ ponitur aliquod corpus infinitũ nulla cõtradictio implicatur cũ infinitas nõ tollat rationem magnitudinis vel eam aliquid neceſſario conſequẽs nec ecõuerſo magnitudo rationem infinitatis Unde hec nullam incompoſſibilitatem includunt. Jtem arguitur ꝙ poſſet deus facere aliquod corpus infinitum ſecundum longitudinem. et ſumo vnum corpus longum palmis decẽ et latum vbiq; palmo vno conſtat ꝙ in iſto ſũt partes proportionabiles infinite quarum quelibet ſecundum dimenſionem latitudinis illius totius eſt vnius palmi et per conſequens quelibet equalis cuilibet ꝗuis ſecundum aliam dimenſionem nulla alteri ſit equalis. Tunc ſic Poſſibile eſt deum omnes huius continui partes diuidere et ſecũdũ illam dimenſionem qua ſunt equales coniungere et vnire ita vt conſtituant vnam magnitudinem ſicut nunc conſtituunt ergo deus poteſt facere vnũ corpus longitudinis infinite in vnam partem antecedens non videtur eſſe dubium apud aliquẽ catholicum conſequentia tamen patet quia tunc tale corpus haberet in longitudine ſua infinitas partes eiuſdem quantitatis ſcilicet palmalis.

¶ Duodecimo nam data aliqua magnitudine cuba poteſt deus in cuiuſlibet partis proportionabilis vnius hore inſtanti initiante cuilibet lateri illiꝰ magnitudinis addere equalem illi magnitudĩ cubam que vnam per ſe magnitudinem conſtituant ſimul ergo poteſt facere deus magnitudinem vndiq; infinitam conſequentia patet quia in inſtãti terminante horam erit vndiq; magnitudo infinita Et antecedens patet vnde ſõcinas dicit quoſdam thomiſtas dixiſſe deum poſſe facere infinitum forteq; ſanctus thomas. dicit quo. 12. articu. 2. ꝙ infinitum in actu non repugnat potentie dei abſolute vide diſtinctionem Jtẽ ſuppono ꝙ ĩ ĩfinitum deus poteſt augere magnitudinem quia magnitudo et quãtitas eſt ex ſe interminata tunc pono ꝙ ſint alique magnitudines a. b. conſtituentes angulum cuius baſis ſit c. magnitudo ⁊ ꝙ deſcẽtibꝰ. b. ⁊. c. magniᵒ a tm̃ eleueẽ ex ꝑte que conſtituit angulũ cum. b. vt ſit equediſtans ipſi b. cum hoc etiã pono ꝙ cõtinue dũ

eleuatur magnitudo a/deꝰ augeat eā tm̄ ⁊ ſimiliter
b.indirectū ꝙ concurrant actualiter toto tempore
precedente inſtans quo primo erunt eque diſtan-
tes tunc in fine ille due linee erunt infinite ergo
deus poteſt facere infinitum. Añs patet q2 alias
ſequitur ꝙ non ſemper prius concurrebant.

¶ Tertiodecimo quecunqꝫ deus poteſt produce-
re ſucceſſiue illa ſimul poteſt producere actu ſꝫ po
nendo mundi eternitatē deus produxit equos in-
finitos ſucceſſiue. Item fruſtra eſt potētia que nō
reducitur ad actum ſed deus habet potentiam infi
nitam ergo poteſt producere infinitum Item plus
poteſt deus ꝙ̄ creatura ſed ſcd̄m ariſto. ſol ſucceſſi
ue producit infinitos dies ergo deꝰ poteſt ſimul ta
lia producere. Item tota diuiſio continui eſt eua-
cuata ergo deus poteſt facere quodcūqꝫ continuū
eſſe diuiſum in infinitas partes q2 diuina potētia
equatur ſue cognitioni Añs patet quia ſi reſtat ali
qua pars diuidenda per reſpectum ad cognitionē
ergo diuina cognitio non fertur ſuper illā partem
Si em̄ in ſuo conſpectu reliquitur vlterior diuiſio
tunc eſſet in potentia ſuus intellectꝰ ad intelligē
dum illā ptem diuiſibilem.

¶ Quartodecimo oīa futura ſcd̄m. ſ. t. ſunt deo p̄-
ſentia ſꝫ talia ſunt infinita ergo infinita actu exi-
ſtunt per reſpectū ad diuinā ſcientiam. Itē capio
totā magnitudinem quā deus cognoſcit illa eſt in-
finita quia cognitio dei non terminatur preciſe ad
aliquod finitum. Itē grauiori pctō debetur aliqua
pena que nō debetur minori ſed quelibet pena fi-
nita debetur mīmo pctō qd̄ probatur quia minimū
maluꝫ. culpe eſt grauius quodlibet malo pene etiā
malū venialiter. S. T. in 4°. ergo maiori pctō de-
betur aliqua pena infinita ergo dabilis eſt pena in
finita. Item ſi deus ageret neceſſitate nature tūc
produceret infinitū quia infinitus eſt ergo ⁊ modo
tenet ꝯña quia non eſt minoris virtutis nūc ꝙ̄ tūc
Item partes proportionabiles continui pares di-
ſtinguntur ab impibus ergo deus poſſet corrūpere
omnes partes pares relictis imparibus in ſuis lo
cis et tunc eſſet infinita multitudo rerū ſeparata-
rum et voco partē proportionabileꝫ imparē tertiā
5.7.9. vndecimā.

¶ Ad primū dicitur ꝙ infinitum proprie quantita
ti cōuenit et cōſequenter materie forma autem nō
eſt diuiſibilis niſi per materiā ſed notandum ꝙ. ſ. t
hic ponit duplicē diuiſionem quedā eſt formalis ⁊
ſic due intelligentie diſtinguntur per diuerſas dif
ferentias alia eſt materialis et hec facit numeruꝫ
de predicamēto ꝙ̄titatis vnde albertus dicit. c. 12.
tra. 2. 3. phi. ꝙ numerus ſcd̄m latinā linguam dicit
mitus memeris eſt aūt memer diuiſio. Sed querit
an tempus et motus celi habent infinitatem a ma
teria. Dicendū ꝙ tempus habet infinitas partes
ſcd̄m prius et poſterius et non preciſe rōne mate-
rie Sed queritur de toto tempore cathegoreuma-
tice An ipſū ſit infinitum dicendū ꝙ ſic in potētia
Sed contra ſcd̄m phm̄ infinitū habet rationē par
tis ſed totum tempus non habet rationem partis
forte dicis ꝙ tempus infinitū non debet dici totuꝫ
quia totum et perfectum idem ſunt tempus auteꝫ
eſt infinitum et ſimiliter motus celi vel forte dicis
ꝙ motus celi nō eſt infinitus ſcd̄m ariſto. niſi in po
tentia. Contra. ſ. t. dicit. i. per. q. 10. ar. 4. ꝙ ſi motꝰ
celi ſemp durarct tempus nō menſuraret ipſuꝫ ſe
cundū ſuā totā durationē cum infinitum nō ſit mē-
ſurabile hoc aūt non eſt verū niſi de infinito ī actu
forte dicis ꝙ ſi aliquod eſſet infinitū. ipſū nō eſſet
pars quia capto aliquo abſolute infinito tūc nichil
eſt quin ſit pars eius ergo ipſum non eſt pars ali-
cuius alterius ergo eſt totū dicendū ꝙ infinitas in
potentia oritur a materia et illa habet rōnem ptis

¶ Et per hec patet ad alia.

¶ Ad tertium dicit capre. ꝙ forma ſeparata non
ageret neqꝫ tranſmutaret materiam propter duas
rōnes Prima quia agere ꝯuenit ſingularibus for-
ma aūt ſeparata nō eſt ſingularis ſꝫ eſt velud idea
platonica. S. T. quo. 7. ar. 10. Iteꝫ nichil fit niſi a
ſibi ſimili nichil aūt fit niſi ꝯpoſitum ergo forma ſe
parata non ageret et hoc ꝯfirmatur ex ſctō tho. 3.
parte. q. 76. ar. 7. vbi dicit ꝙ accidentia corporis
xpi non poſſunt immutare mediū quia non habent
habitudinem ad locum. Unde nec eius calor cale-
facit digitum ſacerdotis nec eius albedo videtur
idem patet ex prima parte. q. 10. arti. 2. et propter
hoc dicit ꝙ angelus nullam formam abſolutam po
teſt imprimere ſed contra hoc arguitur ex. S. T.
1. parte. q. 56. ar. 1. nichil differt ad hoc ꝙ forma ſit
principium actionis ꝙ ſit inherens vel ꝙ ſit per
ſe ſubſiſtens et exemplificat de calore dicit etiam
auicena ꝙ ſi calor eſſet a materia expoliatus per
ſeipſum ageret abſqꝫ materia vt dicit ſāctus tho.
de potentia. q. 3. arti. 1. arti. 5°. Forte dicis ꝙ mira-
culoſe poſſet agere Cōtra tūc nō ꝓbaret intentū
prima pte. q2 per hoc vult probare ꝙ angelus ītel-
ligit ſe per ſeipſū naturaliter ideo dicitur ꝙ actio
forme ſeparate non eſt infinita vt patet de intelle
ctione angeli gregoriꝰ ad hec argumēta aureoli di
cit ī primo aliquid poſſe moueri in inſtāti Sed cō-
tra motꝰ eſt actus entis in potētia ergo repugnat
totū motū eſſe ſimul Itē nō pōt idē eē in eodē in
ſtanti eſſe in termino a quo et in termino ad quē ſꝫ
hoc ipſe negat Cōtra tūc motꝰ nō eſſet ens ſucceſ
ſiuū Dico ergo ꝙ ſubiectū nō eſt capax infinite qua
litatis et qualitas habet determinatū gradū iten
ſionis ideo calor infinitus nō produceret calorem
infinitū in ſubiecto Sꝫ dices quare tu cōcedis infi
nitū ītēſiue ⁊ nō extēſiue et ꝙ calor ſeparatꝰ nō ha
bet determinatum gradū ſicut alie res naturales
certā quātitatem. De cōprehēſione dicitur nō ſeqt
hoc cognoſcit īfinita ergo cōprehēdit deū vt dicit
S. T. de veri. q. 20. ar. 4. ad primū quia aīa xpi ha
bet cognitionē quodāmodo infinitam vnde cogno
ſcit infinitos gemitus futuros vel infinitos hoīes
futuros ſi gña hoīm in futuro ī infinitū duraret ꝙ
deus facere poſſit ſecūdū. ſ. t. nūqꝫ tamen eſſent ī-
finite anime in actu licet ergo aliquis cognoſcat ī
finita tamen non ſequitur ꝙ cognoſcat omnia fa-
ctibilia a deo et per ꝯñs non cōprehendit ipſum.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ quantitas eſt finita ſe-

cundū intenſionē q2 recepta fuit ſubiecto Ad aliud negatur ſeq̄la q2 albedo ſeparata haberet eē receptū et finitum et determinatū ad certam ſpeciem licet eſſet infinita 4m ad ſeparationem albedinis. S. T. 1. p. q. 5. ar. 2. ad 4. et in 3o. di. 13. q. 1. ar. 2. q. 2. dicit ꝙ nulla albedo poſſet eſſe intenſior ꝙ̄ albedo ſeparata Notandum preterea ꝙ. S. T. dicit vnum infinitum poſſe eſſe maius alio et ideo ꝟtus infinita non equaretur ipſi deo de veri. q. 2. ar. 9. dicit ꝙ nichil prohibet infinitū vnomodo eſſe finitū aliomodo vt ſi eſſet corpꝰ infinite longū et finite latū eius albedo eſt infinita ſecundū extenſionē et finita ſecundū intenſionē et poſſet illd̓ corpꝰ pertranſiri ſecundū vnā dimēſionē ſ. latitudinem. Item ſanctꝰ tho. quod. 9. ar. 1. ꝙ predictū corpꝰ poſſet eſſe minꝰ alio corpore ꝙ̄ eēt īfinite longū et latū ſic etiam calor ſeparatus dato ꝙ eſſet īfinite virtutis tamē adhuc excedētur a deo idem habetur 3a. par. q. 10. ar. 3. 3m. vbi dicit ꝙ nichil prohibet eē plura infinita ſecūdum vnā dimenſionē et ꝙ in duabus lineis infinitis ſunt plures partes ꝙ̄ in vna vnde numeri pares et impares ſunt plures ꝙ̄ pares.

¶ Ad quartū dicitur ꝙ deus infinita alia genera et infinitas ſpecies ꝓducere poſſet de po. q. 1. ar. 1. ad nonū et ideo nūꝙ̄ eſt exhauſta. Alia nō ſūt ꝯtra nos q2 nō ponimꝰ calorē ī ſubiecto eē infinitū nec aliud accidēs Cōtra tarditas alicuiꝰ motꝰ ē infinita ponēdo ꝙ reſiſtētia ꝯtinue augeatur ſic ꝙ ſit maior ꝙ̄ grauitas deſcēdentis, tunc illud graue ſēper tardius deſcendet dicēdum ꝙ in nullo inſtāti erit infinita in actu.

¶ Ad quintum dicetur 2o de anima Videtur ꝙ illa ratio ſolum probat ꝙ naturaliter non eſt dabile infinitum alie aūt rōnes ꝙ nullomodo de numero oīm pūctoꝝ dr̄ ꝙ nō eſt actualis ſ3 potēa liſ vt ſupra dctm̄ ē Secꝰ aūt eſt de aīabus actu ſeparatis.

¶ Ad 6m dt̄ ſ. t. de ve. q. 2. ar. 10. ad 1m. ꝙ rōes q̄ ſūt ī mēte dīna ſūt ꝓductie creaturaꝝ ꝓm modū quē pa~~tif~~ ratio creature hoc eſt ſucceſſiue vnde licet rationes ille ī mente diuina ſint īmateriales tamē producunt res materiales. Si queratur an deus cognoſcat infinita actu dicit ꝙ ſic ar. 9. ſed contra quo. 9. ar. primo ad 2m dicit ꝙ eſſe infinitum repugnat ei qd̓ eſt eſſe actu. et ideo in intellectu nō habet verbum phi aūt qui poſuerunt infinitū eſſe in actu propriam vocē ignorauerūt ex quo patet ꝙ infinitum in actu nō eſt intelligibile. alias eſſet producibile quia non erit impoſſibile apud deū oē verbum ergo deus non intelligit infinita actu. Quod ſi cōcedas Contra quicunꝙ intelligit aliquā propōnem ꝑfecte ille perfecte intelligit ſubiectū ſed deus perfecte intelligit hanc propōnem nullū eſt infinitu3 in actu ergo perfecte intelligit predicatum dicendū ꝙ deus non intelligit cōponendo et diuidendo 2o dico ꝙ deus actu cognoſcit ea q̄ erūt infinita ſcd̓m ſucceſſionē temporis. Quidem dicit ꝙ deus nō eſt exēplar infiniti ſ3 finitorū in īfinitū Ad aliud a quibuſdam negatur maior q2 intelligit malū et tamē non producit malū. Contra phūs 2o tho. arguit ꝙ ſcire et intelligere nō ſūt idem. quia contingit plura ſcire ⁊ vnum ſolū intelligere ergo ſi deus plura intelligat ꝙ̄ poſcit producere ſequit̄ ꝙ ſuū intelligere non ſit idem cū ſua potena et ꝙ ſua potentia ab aliquo excedetur Alij dicunt ſicut ad ꝓcedens ꝙ ea poteſt ſe producere ſucceſſiue vel ꝙ infinita poteſt producere ſincathegoreumatice et in ſenſu diuiſo hoc eſt non tot quī plura.

¶ Ad ſeptimum quid̓ dicunt ꝙ ſpecies non ſūt infinite ſed in infinitum ſunt dabiles ſpecies. Sed dicatur ſicut ad precedens.

¶ Ad octauum patet repugnantia ex ſupradictis S. T. 1. p. q. 7. ar. 3. ad primū dicit geometer non indiget linea infinita actu ſ3 finita a q̄ poteſt ſubtrahere quantū ſibi placet quia ita bene fiunt demonſtrationes de paruo triangulo et magno ſ3 dices oēs triāguli ſunt equales abſolute q2 equātur duobus rectis recti aūt ſūt equales ex prīcipio geometrie Preterea. ſ. t. ibidem ar. 3. dicit ꝙ licet infinitū nō ſit cōtra rōnem magnitudinis in coī tamē eſt cōtra rōnem cuiuſlibet ſpeciei eius. Ad aliud dicitur ꝙ paſſio infiniti reducitur ad actum incompletum ꝑ vnam diuiſionem Si dicatur homo eſt actu riſibilis quia riſibile eſt paſſio eius ſed infinitum priuatiue eſt paſſio quantitatis ergo hoc modo quantitas eſt actu infinita. dicendum negando cōſequentiam ſi actus determinet infinitum.

¶ Ad nonum dicitur ꝙ cōditionalis nichil ponit et aliud patet ex dictis.

¶ Ad decimū dicitur ꝙ multa ſūt diſtincta que tamen deus non poſſet ſeparare. Secūdo dicitur ꝙ aliqua copulatiua eſt impoſſibilis cuius quelibet pars eſt poſſibilis et cuilibet alteri cōpoſſibilis in particulari vt patet de hac quilibet homo currit ⁊ ſor. eſt et ſor. non currit vltima eñ pars poteſt ſtare cum ſola prima poſt mortē ſortis.

¶ Ad vndecimū patet ex dictis nec amittitur caſus nec in ſēſu compoſito conceditur eſſe poſſibile deū quālibet partem cōtinuare cū alia ſcd̓m longitudinem in ſenſu tamen diuiſo quelibet pars poſſet cum alia parte continuari Et ita dicatur ad duodecimū. Si dicatur non minoris potentie eſt deus ꝙ̄ infiniti angli ſi eſſent ſ3 infiniti angeli ſi eſſent producerent ſimul omēs infinitas cogitationes et ignis inferni cruciaret infinitos dampnatos ſi eſſent ergo deus hoc poteſt ſe ſolo Negatur ꝯſequētia ſi eñ eſſet alius deus ille poſſet ꝓducere aliu3 ſpm̄ ſctm̄ et tamen deus pater hoc non poteſt.

¶ Ad 13m et 14m patet ex ſupradictis.

¶ Quartus phiſicorum.

¶ Circa quartū libru3 phiſicoꝝ queruntur quinꝙ Primo an rd̓ ſit in ſeipſo. Scd̓o an locus eſt īmobilis et equalis locato. Tertio an idē eſt in pluribus locis. Quarto an ſit dabile vacuū. Quīto an in vacuo fiat motus in inſtanti.

Ad primum ſic proceditur videtur ꝙ idem ſit in ſeipſo quia aīal eſt in homine et tamen animal et homo idem ſunt ergo ⁊c. Sed contra eſt philoſophus

¶ Notandū ꝙ ad philoſophum pertinet determinare de loco ſicut de infinito Probatur tribꝰ rationibus phi Prima q2 oē qd̓ eſt coē oībus naturalibꝰ eſt de phi cōſideratione locus autē eſt hmoi igitur

Minor probať rõne antiquoꝝ quia qđ nõ eſt nuſq̃
eſt vt nuſq̃ eſt chimera ergo omẽ qđ eſt alicubi eſt
et per ꝯñs locus eſt cois oibus entibus et licet hoc
argumẽtũ ſit ſophiſtice factũ valet tamẽ grã mate
rie ſcđm opinionem antiquorũ qui credebant nul-
la eſſe entia niſi corporalia ⁊ ſenſibilia quia nichil
aliud cognouerunt et nõ poſuerũt methaphiſicam
eſſe diſtinctã a phiſica Scđa phiſicus habet princi
paliter cõſiderare de motu locali qui eſt maxime cõ
munis quia cõuenit celo. cui non cõueniũt alij mo
tus eſt etiaꝫ magis proprius alijs quia eſt perfectꝰ
et cõtinuus ſꝫ ad cognoſcẽdum motũ localẽ oportꝫ
cognoſcere locũ igiť. Tertia de illo eſt a ſapienti-
bus determinandũ de quo ſũt magne dubitaºnes
in ſua ſcientia ſed ſic eſt de loco i phiſica vt poſtea
patebit. ¶ Notandũ preterea ꝙ phũs tripliciter
probat locũ eſſe aliquid primo quia illud eſt aliq̃d
in quo corpora ſucceſſiue recipiũtur ſed ſic eſt de lo
co quia vbi nunc eſt aer ibi poſtea recipiť aqua rece
dente aere vñ ſicut eſt materia receptiua diuerſa-
rum formarum per quas cognoſcitur ſꝫ locꝰ eſt re
ceptiuus diuerſorum locatoꝝ. Scđo illud eſt aliq̃d
ad quod corpora naturaliter mouẽtur ſed entia na
turalia naturaliter mouentur ad ſua loca Sed cõ-
tra terra naturaliter mouetur ad ſuum centrũ mũ-
di et tamen illud non eſt ſuus locus. Tum quia 3º
phi. dicitur ꝙ omnis locus eſt finitus. tum quia oĩs
locus eſt ſupficies. Item tertio phi. T. C. 49. dici
tur ꝙ licet ignis et terra habent loca determinata
non tamẽ aqua et aer Dicendũ ꝙ duplex eſt locus
vt dicit gilbertus porretanus ſcꝫ ſimplex et compo
ſitus Centrũ aũt eſt locus ſimplex terre. Secun-
do dicitur ꝙ aer dicitur habere locum indetermĩa-
tum quia locus aeris non eſt abſolute ſurſum et de
orſum ſed reſpectu terre eſt ſurſũ ⁊ reſpectu ignis
eſt deorſum. Item arguitur ꝙ nõ eſt ſucceſſiue idẽ
locus aque et aeris quia locus aque aliquando eſt
aer et tamen locus aeris non eſt aer quia quando
aer venit ad locũ vbi erat aqua tunc ille aer conti-
nuatur alteri aeri et ſic precedens ſuperficies cor
rumpitur. Dicendum ꝙ non oportet vniuerſaliter
ꝙ ſit idem locus aque et aeris. Si queratur de lo-
co ipſius ignis dicendũ ꝙ eſt eſſe ſurſum ſimpliciť
ſed contra aliqua ſunt ſupra ſperã ignis dicenduꝫ
ꝙ licet planete ſint ſupra igneꝫ nullũ tamẽ elemẽ
tum eſt ſupra ipſum. Tertio arguitur per dicta an-
tiquorum ponentiũ vacuũ eſſe ſed vacuũ eſt locus
ergo locus eſt. Quarto heſiodus poeta dicit ꝙ ele
menta et corporum productionem erat vacuũ ſcꝫ
chaos locus et receptaculuꝫ oĩm corporum exquo
poſtea facta eſt terra Et licet hec non ſint vera ta-
men iuuãt ad probandã concluſionem intentã vñ
mirũ eſt ꝙ gregorius in prologo primi. q. 2. ar. 2. nõ
meminit ſe legiſſe poſt demõſtrationes argumen-
ta non demonſtratiua Si autem queratur an argu
menta topica poſt demonſtrationem aliquid pro-
ducant vel nichil dictum eſt in logica.

¶ Notandum preterea ꝙ locus non eſt nec mate
ria nec forma vel ſpacium exñs inter latera conti-
nentis habens tres dimenſiones vt antiqui yma-
ginabantur probatur quinq̃ rationibus philoſophi
Prima quia materia et forma non ſeparantur a re
cuius ſũt ſed locus ſeparatur a locato ergo vt vas
a vino differt tamen locus a vaſe quia locus eſt im
mobilis. Secũda ratio quia locus eſt extra locatuꝫ
materia autem et forma non ſunt extra compoſitũ
Tertia ratio ꝯtra platonẽ ydee ⁊ numeri ſecundũ
ipſum participabantur a materia/ergo ſi locus eſ-
ſet materia ſequeretur ꝙ ydee eſſent in loco qđ eſt
contra ipſum dicentẽ ꝙ nuſq̃ ſunt. Quarto mate-
ria et forma ſunt in loco ſed nõ omnis locus eſt in
loco alias procederetur in infinitum Quinto cor-
rupta re corrumpitur forma non autem locus ergo
locus non eſt forma. ſ. ſubſtantialis licꝫ ſit ſuperfi-
cies que eſt forma accidentalis corporis continen
tis vnde in dolio continente vinũ duplex eſt ſuper
ficies. ſ. cõuexa et eſt ſuperficies exterior alia eſt
concaua et eſt interior et ita dicatur in alijs corpo
ribus habentibus duas ſuperficies terra enim nõ
habet niſi ſuperficiẽ conuexam ¶ Notandum pre
terea ꝙ pithagoras poſuit infinitum quieſcẽ qr eſt
in ſeipſo ideo oportuit ſcire ꝙ octo modis aliq̃d eſt
in alio vt patuit in antepredicamentis Itẽ ꝙ ali-
quid ſit in ſeipõ põt dupliciter intelligi Primo ſe-
cũdum alterũ. i. ſecundũ partem quia videlicꝫ vna
pars continet aliã partẽ et ſic totum gratia vnius
partis dicitur cõtinuus et ſecũdum aliã cõtentum
ſicut homo dicitur albus ſecundum partem vel qr
habet corpus album Secundo idẽ eſt in ſeipſo pri
mo et hoc dupliciter vnomodo primo et per ſe ita
ꝙ immediate cõtineat ſeipſum et ſecundum totuꝫ
cõtineatur Aliomodo ꝙ idem ſit in ſeipſo primo ⁊
per accidens vt ſi vnum corpus ſit in alio et illud
aliud iterum ſit in primo tunc primum diceretur eẽ
in ſeipſo primo et per acidens primo quidem. i. ſe-
cundum ſe totum.

¶ Concluſio licet idem poſſit eſſe in ſeipſo ſecun
dum alterum non tamen alijs modis prima pars
patet quia alicuius totius vna pars continet aliaꝫ
totum etiam eſt qui partibus et econuerſo ergo idẽ
cõtinetur in ſeipſo quia quicquid continet cõtinẽs
cõtinet et cõtentum 2ª pars pꝫ inductiue ꝑ modos
eſſendi in. Item impoſſibile eſt ꝙ idem ſecundum
idem ſit cõtinens et contentum Item ipoſſibile ẽ
ꝙ totum ſit in aliquo extrinſeco ſecundum ſe totũ
et quod illud extrinſecum ſecundum ſe totum ſit
in primo toto alias duo corpora eſſent ſimul vt ſi
homo ſit in naui ⁊ nauis in homine.

¶ Contra hec arguitur primo probando ꝙ locus
non ſit rationibꝰ antiquoꝝ obijcit enim zeno vel lo
cꝰ eſt ſubſtãtia vel accñs Si primũ aut eſt ſubſtãtia
corporalis aut ſpiritualis Nõ ſecũdũ qr nullũ cor
pus moueť ad ſpirituale Itẽ ſubſtãtia ſpiritualis
nõ hꝫ differẽtias loci q̃ ſũt ſurſũ et deorſum nec lo
cus eſt corpus quia locus et locatum ſũt ſimul duo
autem corpora non ſunt ſimul nec eſt accidens lo-
cantis quia proprietas loci nõ refertur ad locans
ſed ad locatum nec eſt accidens locati quia alias
locus eſſet in locato qđ eſt abſurdum quia locatũ ẽ
i loco et propter hoc argumentum phũs tractat de
modis eſſendi in. Item arguitur ꝙ corpus ſit locꝰ
ſi aliquid ſit quia habet tres dimẽſiones ſcꝫ longť

tudinem latitudinem et profunditatē.

¶ Secundo ſi corporis ſit ſit aliquod receptaculū quod ſit locus eadem ratione erit aliquis locꝰ ſuperficiei ⁊ puncti quia ſicut in loco aque recipitur aer ita vbi erat ſuperficies aque recipitur ſuperficies aeris ſed punctum non eſt in alio pūcto quia duo indiuiſibilia q̄titatis cōiuncta non ſunt niſi vnum quia ſūt in eodē ſitu gᵒ punctū nō eſt in loco. Iteꝫ locus nec eſt elementū nec ex elementis ergo nichil eſt antecedens patet qꝛ non eſt corpus.

¶ Tertio oē quod eſt in naturalibus eſt cauſa alicuius ſed non ſic eſt de loco qꝛ nec eſt materia nec forma nec finis qꝛ locus eſt propter locata et non econuerſo. Item quicquid eſt/eſt in loco ſed locus non eſt in loco igitur. Forte dicis ꝙ aliquis locꝰ eſt in loco per accidens ſcꝫ ratione ſui ſubiecti. Contra ideo locus non eſt forma nec materia quia iſta ſunt in loco quod tamen non eſt veruꝫ per ſe qꝛ ꝑs non eſt per ſe in loco ſed totū compoſitum.

¶ Quarto arguitur ꝙ locus ſit forma rationibus eorum qui dixerūt ꝙ ſicut entiū aliud per ſe aliud eſt per accidens ita locorum quidā ē cōis qui ē ſm aliud. Alius eſt proprius in quo ſcꝫ res proxie cōtinetur. Unde ſortes eſt in celo tanq̄ in loco cōi ⁊ eſt in aere proximo tanq̄ in loco ꝓprio vnde locus proprius eſt qui immediate terminat locatum ſed terminare pertinet ad formam per quā vnaqueq̄ res eſt indeterminata ſpecie ⁊ finita ergo locus ē forma. Item res naturaliter mouetur ad formam naturaliter autē mouetur ad locū vnde multa cuꝫ ſepantur ſuis locis corrūpūtur ergo locꝰ ē forma.

¶ Quinto arguitur ꝙ locus ſit materia quia locꝰ eſt receptaculum rerū ſed omnis forma recipitur in materia ergo materia eſt locus. ſ. formarū Itē locus eſt ſuperficies/ſuperficies autē eſt materia quia eſt ſubiectum accidentiuꝫ albedo eñ eſt in ſuperficie corporis.

¶ Sexto arguitur ꝙ idem ſit in ſeipſo quia oē corpus eſt in loco et non eſt procedere in infinituꝫ ergo eſt deuenire ad aliquod corpꝰ quod eſt in ſeipſo Forte dicis ꝙ aliquid eſt in ſeipſo per accidēs tūc quero ſcd̄m quem modū eſſendi in ⁊ nullus poteſt aſſignari nec ſufficit ad hoc ꝙ aliquid ſit in ſeipſo ꝙ pars eius ſit ī eo quia ad hoc ꝙ ethiops dicatur albus non ſufficit ꝙ pars ſit alba.

¶ Ad primum dicitur ꝙ locus eſt accidens ⁊ licet habeat tres dimenſiones q̄tū ad continētiā quia continet locatum habens longitudinē latitudinē et profūditatē eſſentialiter tamē ē ſuꝑficies. Ad aliud dicitur ꝙ non eſt ſimile de puncto et alijs qꝛ punctum non eſt proprie in loco.

¶ Et per hoc patet ad ſecundum Secundo dico ꝙ locꝰ bene eſt in aliquo tā q̄ accidens ī ſubiecto ſꝫ non ſicut locatum.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ locus aliquomodo eſt cā finalis quia entia naturalia mouētur ad ſua loca.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ terminare aliter conuenit loco et aliter cōuenit forme quia forma eſt terminus intrinſecuꝫ et eſſentialis rei non autem locus. Ad aliud negatur conſequentia per idem.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ materia recipit formam intrinſece locus autem non recipit locatum intrinſece. Ad aliud dicitur ꝙ non omne ſubiectum accidentis eſt vera materia Quidam dicunt ꝙ albedo non eſt in ſuperficie quia alias corrumperetur quando duo corpora alba continuantur quia tunc due ſuperficies deſinunt eſſe et generatur vna noua ſed hoc videtur contra phi. T.c.25. vbi dicit ꝙ albedo non eſt primo in corpore ſed ſuperficie.

¶ Ad ſextum dicitur. S. T. le. 4. aliquando aliquid dicitur eſſe in ſeipſo non ſecundum intellectum affirmatiuum ſed negatiuum. Et eſt notādū ſecundum. S. T. 1ª parte. q. 42. ar. 5. ad. 1ᵐ. Et in primo ſen. di. 19. q. 3. ar. 2ᵒ. ad 1ᵐ. ꝙ ari. nō expreſſe poſuit oēs modos eſſendi in ⁊ ideo eſſe in tempore reducitur ad illum modum quo aliiquid dicitur eſſe in loco ſecundum etiam theologos pater eſt ī filio et econuerſo ſed an eſt in ſeipſo dicit. ſ. t. contra gēti. li. 4. c. 9. ꝙ non.

¶ Ad argumentum capitale dicitur q̄ homo et animal ratione [illegible]runt licet ſunt idem re. An ergo ſecluſ[illegible]tellectu animal eſt in homine.

AD ſecundum ſic proceditur videtur ꝙ locus non ſit immobilis et equalis locato quia ſi locus eſt equalis locato augmentato locato augmentatur locus ⁊ ſic erit mobilis Itē 3ᵒ. phi. T.c.48. dicitur ꝙ eſt idem locus totius et partis ſed pars et totum non equantur inter ſe ergo locus non eſt ē equalis locato Sed contra eſt phūs.

¶ Reſpondeo dicendū ꝙ conſequēter phūs inq̄rit quid ſit locus et ponit quattuor ꝓprietates qꝛ accidentia magnā partē cōferunt ad cognoſcendum quod q̄d eſt vt habetur primo de aīa. Prima ꝙ locus continet locatū non eſt tamē aliquid eiꝰ ⁊ per hoc excluditur forma. Scd̄a ꝙ locus proprius nō eſt neq̄ maior neq̄ minor locato ſed eſt ſibi equalis. Tertia omne locatū habet locū licet nō ſemꝑ eundem. Quarta ꝙ in loco inueniūtur differentie poſitionum ex natura rei diſtincte vnde ꝙ aliquid ſit ſurſum non eſt ſolum per reſpectuꝫ ad nos ſꝫ qꝛ illic feruntur leuia et aliquid dicitur deorſum quo ſcꝫ feruntur grauia. Unde ſemper feruntur ad eūdem locum et ſunt ſex drīe de numero ſex diſtantiarum. ſ. ante et retro dextrorſum et ſiniſtrorſum ſurſum et deorſum et ſunt ꝑtes et ſpecies loci ſm S. T. le. i. vbi etiā dicit ꝙ locus habet quandā potentiam et virtutē conſeruandi locata et propter hoc locatū tendit in ſuum locum deſiderio ſue cōſeruationis non tamen ꝙ locus habeat virtutē attractiuā niſi ſicut finis dicitur attrahere. ¶ Notandū preterea ꝙ quattuor hic ponūtur [illegible]itiōes diffinitiōis pulcherrime. Pria ꝙ bona diffinitio oſtēdat q̄d ſit res Scd̄a ꝙ ꝑ talē diffinitionē ſoluāt obiectiones que fiūt circa diffinitū. Tertia ꝙ ꝑ eam manifeſtentur proprietates diffiniti qꝛ diffinitio eſt mediū ad oſtendendum paſſiones de diffinito. Quarta ꝙ per talē diffinitionē poſſint cōcordari diſcordie que poſſunt accidere circa diffinituꝫ Ex diuerſitate opinionum.

¶ Notandū preterea quattuor eſſe ſuppōnes ſi-

ne perambula ad inueſtigandum diffinitionē loci Prima eſt ꝙ non quereretur locus niſi eſſet motꝰ localis ad augmentationē tñ ex conſequēti reqritur locus quia quod augetur maiorē locū occupat. Secunda eorum que mouentur localiter quedam mouentur per ſe vt compoſitum per ſe ſubſiſtens. Alia per accidens et hoc dupliciter. primo qȝ ſūt partes totius. ſecundo quia ſunt accidentia eius. Tertia ꝙ nichil eſt in loco cōi niſi quia eſt in loco ꝓprio. Quarta locus ē diuiſis a locato quia alias ſemper moueretur ad motum locati quod eſt falſū quia homo pt moueri in naui dato ꝙ qeſcat nauis

¶ Notandū preterea ꝙ tripliciter intelligitur locum eſſe equalē locato. Primo q̄tum ad continentiam quia ſcȝ continet locatum et nichil amplius. Secundo q̄tum ad dimenſiones quia ſcilicet diametri ſiue linee procedentes a centro loci ad ſuperficiem continentis ſunt equales cum lineis protēſis a centro locati ad eius ſuperficiem connexam. Tertio q̄tum ad menſuram ſuperficierū ſic ꝙ ſuperficies cōnexa locati ⁊ cōcaua locantis que dicitur locus ſint equales hoc eſt ꝙ ſibijnuicē ſuprapoſite non excedant ſeinuicē.

¶ Concluſio predictis tribus modis locus ꝓpriꝰ eſt equalis loca. ptȝ ſcd̄m aliquos quia locus ꝓprius eſt qui continet corpus locatū et nichil ampliꝰ ergo non eſt maior vel minor locato alias eſſet locus vacuus vel corpus ſine toto.

¶ Notandū preterea ad inueſtigandū diffinitionem loci ꝙ locus non eſt forma vt ſupradictuȝ eſt nec ſpacium probatur ſic quia ſi eſſet tale ſpacium diſtinctum a locato ſequeretur ꝙ ſimul eſſent infinita loca quia ſecundū illam poſitionē dū aliquod corpus eſt totum in loco ibi ſunt alie dimenſiones ſpacij ſeparate a dimenſionibus ipſius corporis ⁊ in locato ſunt infinite partes ſi quecunq̧ pars diuidatur a toto ipſa erit per ſe in loco ⁊ per hoc ꝙ diuiditur nullus fit locus de nouo ergo ibi priꝰerant infinita loca ſimul ſcȝ oīm partiū nec valet dicere ꝙ per diuiſione cauſetur nouus locus quia dimēſiones locati diſtinguntur a dimenſionibus loci ergo ad dimenſionē vnius non ſequitur diuiſio alterius. Secūdo ſequeretur ꝙ loci eſſet locus. qȝ qñ continens traſmutatur localiter ad alium locum tunc hmōi ſpaciū tranſmutatur in continente ergo ſimul erit cuȝ alio ſpacio dicēdū ergo ꝙ locus ē terminus ſiue ſuperficies corporis continentis.

¶ Concluſio ſecunda locus eſt immobilis patȝ qȝ ſcd̄m phm̄ locus ⁊ vas differunt per hoc ꝙ vas eſt mobile non autē locus. Et ideo dicit phūs ꝙ magis fluuius totus dicitur locus nauis q̄ hec aqua quia totus fluuius eſt magis immobilis. Et ſciendum ꝙ in loco duo ſunt. ſ. materiale et hoc eſt ſupficies cōcaua continentis que mobilis eſt per accidens. Aliud eſt formale ꝙ eſt ordo vel ſitus reſpectu alicuius immobilis et ſic locus eſt penitus immobilis.

¶ Contra hec arguitur vltima ſphera eſt in illo ⁊ tamen ille locus non eſt equalis locato quia vltia ſphera nō habet aliquid ſibi equale. Forte dicis ꝙ vltima ſphera eſt in loco per accn̄s. ſ. ſcd̄m ſuas partes. Contra per S. T. in 4°. diſ. 10. ar. 3. q. 4. qd̄ ꝑ ſe mouetur localiter eſt per ſe in loco ergo celum non eſt per accidens in loco. Item partes celi nō ſunt diuiſe nec ſunt in loco niſi per accidens et oē per accidens debet reduci ad ꝑ ſe ergo vltia ſphera non eſt in loco per ſuas partes ſed per ſe primo Item partes celi non ſunt actu in loco vltima aūt ſphera eſt actu in loco. Forte dicis cuȝ S. T. opuſ. 52. c. 2. ſicut auerrois ꝙ vltimum celuȝ eſt in ſuo loco per ſuum centrum quod eſt immobile ⁊ circa qd̄ mouetur contra ſcd̄m philoſophum celum eſt in loco per accidens ſed ſolum dupliciter aliquid eſt in loco per accidens ſcȝ vel ſicut pars in toto vel ſicut accidens in ſubiecto cum ergo centrū vltime ſphere ſeu centrum mundi ſit omnino extrinſecum celo ſequitur ꝙ per ſuum centrum non debet dici in loco per accidens.

¶ Secundo locus eſt ſuperficies locutum autem eſt corpus ſed ſicut linea in infinitum excedit punctum. Ita corpus in infinitum excedit ſuperficieȝ per ſuam latitudinem. Forte dicis ꝙ licet excedat ſecundum eſſentiam nec vt ſic eſt ibi equalitas qȝ equalitas eſt rerum differentium eadē quantitas tamen eſt equalitis ſecundum continētiam Contra omne continens eſt maius contento ſed locus continet locatum igitur.

¶ Tertio impoſſibile eſt ſm̄ euclidē circa idem cētrum deſcribere plures circulos equales quorum vnus continet alterum ſed locus continet ſuperficiē connexam locati ergo non eſt equalis ſibi Item ſecundum geometriam ſi ex vna linea fiat triangulus ⁊ ex alia linea equali fiat quadratum tunc ſpacium contentum a quadrato eſt maius q̄ ſpaciū cōtentum a triangulo et tamen linee circundantes ſunt equales vnde tūc vocantur figure yſoperimetre quia habent circumferentias equales Exemplum in ſolidis tetracedron exacedron et ſphera aliquando habent ſuperficies equales et tñ ſphera eſt capaciſſima quia intra equalem ſuperficiem habet maiorem corpulentiam alijs.

¶ Quarto celum ſaturni continet celum iouis et locat ipſum et tamen eſt maius eo et totus fluuiꝰ locat nauim et tamen eſt maior eo Similiter Angelus eſt in loco tamen nichil eſt ſibi equale cū nō ſit quantus antecedens patet quia angeli ſunt in celo.

¶ Quinto arguitur ꝙ non eſt inconueniens eſſe infinita loca per. S. T. 1. par. q. 53. ar. 2. mobile eñ eſt continue in alio et in alio loco ergo in quolibet inſtanti habet nouum locum Item arguitur ꝙ locus non ſit ſuperficies quia locus eſt conſeruatiuus locati non autem ſuperficies. Item nullum accidēs abſolutum poteſt eſſe in tribus ſubiectis ſed tamē ſic eſt de loco baculi ſi ſit in terra aqua et aere.

¶ Sexto arguitur ad idem annichilato locato remanet ſuperficies et nō locus non eſt ſuperficies Item locus ſpecie diſtinguitur a ſuperficie vt patet in predicamēto q̄titatis ergo diſtinguitur ab ea eſſentialiter et realiter. Item ſuperficies eſt ſpecies ſpecialiſſima non autē locꝰ quia ſub ſe hȝ ſurſum et deorſum Item locari et locari non ſunt

de genere q̃titatis ergo nec locus. Item nulla ſu
perficies eſt immobilis ſed locꝰ eſt immobilis. For
te dicis ꝙ diſtantia vel ordo loci eſt immobilis. Et
ideo recedente ſuperficie iſta iſtiꝰ aque adhuc ba=
culus manet in eodē loco ſed cōtra iſte ordo ē ſub=
iectiue in corpore locāte ergo ipſo mutato tale ac=
cidens migrabit de ſubiecto in ſubiectum aut deſi
net eſſe non primū qꝛ accidens nūeratur et multi
plicatur ad multiplicationē ſubiecti. Nec ſcōʒ qꝛ
tunc iſte baculus non eſſet in eodē loco nūero in q̊
prius. Item poli ſunt puncta ymaginaria ergo di
ſtantia vel ordo ad polos eſt rationis tantū. Item
dictum eſt ꝙ totus fluuius eſt immobilis non autē
hec aqua ergo locus cōis erit immobilis non autē
locus proprius. Item locus pro formali non po=
teſt dicere ſitum vel ordinē ſiue reſpectū qꝛ tūc lo=
cus formaliter non eēt de genere q̃titatis.
¶ Septimo locus ignis eſt ſuperficies cōcaua ce
li lune vel reſpectus exiſtens in ea ſed talis reſpe
ctus mouetur probatur ſic quia accidens mouetur
ad motum ſubiecti vnde motꝰ nobis mouētur om=
nia que in nobis ſunt ſed celū lune mouet̄ ergo et
locus pro formali exiſtens in celo lune. Item locꝰ
nauis ē corruptibilis ergo mobilis quia corruptio
eſt ſpecies motus. Item vas eſt locus vini ⁊ tamē
eſt mobile. Forte dicis ꝙ vas non eſt locus ſed ſup
ficies ꝯcaua vaſis vel aliquid exiſtens in ea. Con
tra illud mouetur ad motum vaſis ergo locꝰ eſt mo
bilis. Forte dicis ꝙ eſt mobilis per accidens. Con
tra philoſophus probat locum non eſſe formaʒ qꝛ
locus mouetur hoc tamen nō eſt verū niſi de ꝑ ac=
dens ergo ex hoc nō ꝯcludetur quin forma ſit locꝰ
¶ Ad primum dicēdū ꝙ de locatione vltime ſphe
re plures ſunt opiniones quas ponit S. T. le. 7.
et ſuppono pro nūc licet hoc non ſit verū ꝙ firma=
mentum eſt primum celum ſiue pria ſphera alexā=
der dicit ꝙ vltima ſphera nullomodo ē in loco nō
enī omne corpus de neceſſitate eſt in loco cum lo=
cus non cadat in diffinitione corporis et cōſequē
ter dicit ꝙ vltima ſphera nō mouetur in loco neqꝫ
ſcd̄m totum neqꝫ ſecundū partes. Sed contra opꝫ
omnem motum aliquo genere motus poni cum er
go vltima ſphera mouetur oportet, ꝙ moueatur
localiter et per conſequens aliquo modo ſit in lo=
co et vtrumqꝫ eſt contra alexandrū. Item tantum
ad tria predicamenta eſt per ſe motus ergo celum
mouetur ad vbi. Ex quo patet per S. T. ꝙ celum
habet vbi et ſimiliter lapis ſi moueret̄ extra celuʒ
localiter forte a deo Aui. euʒ ſecutus dicit ꝙ motꝰ
vltime ſpere nō eſt motus in loco ſed ī ſitu. Cōtra
ariſto. dicit in quinto huiꝰ ꝙ motus eſt tantū in tri
bus generibus. ſ. q̃titate qualitate ⁊ vbi. Item ſi=
tus eſt ordo partium in loco. Item ad illud non eſt
motus cuius ratio non ꝯſiſtit in indiuiſibili vt pa=
tet in predicamēto ſubē ſed quelibet habet ratio
nem ꝯſiſtere in indiuiſibili. Itaqꝫ ſi aliquid addit̄
vel diminuitur non eſt eadem ſpēs ſitus. Aucupa
re dicit ꝙ aliter eſt aſſignandus locus mobilis cir
culariter ⁊ recte quia quod recte mouetur requiri=
tur locum exteriorem quia linea recta eſt imperfe
cta et recipit additionē non autem linea circularꝫ
et ideo non oportet circulariter motum habere lo
cum extrinſecum in quo ꝯtineatur et ẜm iſtum ⁊ al=
phorabiū celum eſt per ſe in loco ſed hᵒ eſt ꝯtra ſu
pradicta dictū enī eſt omnem locuʒ habere rōnem
ꝯtinentis Auerrois ꝙ vltima ſphera eſt in loco ꝑ
accidens in q̃tum centrum circa reuoluitur habꝫ
eſſe in loco Sed contra ſi vltima ſphera eſt in lo=
co per accidens ſequitur ꝙ mouetur in loco ꝑ ac=
cidens et ſic motus per accidens eſt prior motu ꝑ
ſe. Sed hec dicit ꝙ aliquid per ſe mouetur circu=
lariter tamen non eſt per ſe in loco Contra illud
per ſe quod eſt cauſa aliorum ſed celum eſt cā loca
tionis aliorum ergo celū eſt per ſe in loco qꝛ quā=
docunqꝫ cauſa et cauſatum ꝯueniūt in aliquo tūc
illud magis ⁊ verius ꝯuenit cauſe q̃ʒ cauſato ſecū=
do metha. T. C. 4. Item bene ſequitur hoc ē mo=
bile localiter g̊ hᵒ eſt in loco ergo eodeʒ addito in
antecedente et cōſequente adhuc bn̄ ſeq̄tur ſic ar
guendo hoc eſt mobile ꝑ ſe ergo eſt in loco ꝑ ſe ſed
hoc tamen non opꝫ quia licet ſequatur deus creat
ergo deus eſt tamen non ſequitur deꝰ ꝯtingenter
creat ergo deus contingenter eſt ſimiliter ſequit̄
ille punitur a deo ergo peccauit tamē nō ſequitur
iuſte punitur ergo iuſte peccauit et bene ſequitur
hec linea non eſt curua ergo eſt recta tamen nō ſe
quitur linea non eſt neceſſario curua ergo eſt ne=
ceſſario recta ideo arguitur aliter omne mobile lo=
caliter eſt in loco ergo omne mobile per ſe eſt ī lo=
co per ſe quia ſi ſimpliciter ad ſimpliciter et per ſe
ad per ſe. Item ſicut ſe habet illud quod mouetur
localiter per accidens ad eſſe in loco per ſe ita il=
lud quod mouetur localiter per ſe ad eſſe in loco ꝑ
accidens ſed nullū motū localiter per accidens ē
in loco per ſe ergo nec econuerſo. Item celum ne
ceſſario eſt aliquomodo in loco quia neceſſario mo
uetur ergo per ſe eſt aliquomodo in loco quia om̄e
neceſſarium eſt per ſe Item ſi celum eſt in loco per
alterū. ſ. per centrū ergo eſt ī eodē loco cū ſuo cētro
ſicut anima per accidens ē ī eodem loco cum corpo
re. Item ſi vltima ſphera eſſet in loco per centruʒ
q̄rit̄ ī quo loco ē ꝑ cētrū nō ī loco q̄ ſit cētrū nec ī aq̄
nec ī aere v̄t ergo S. T. cū themiſtio ꝙ vltima ſphe
ra eſt in loco per ſuas partes.
¶ Pro quo ſciendū ꝙ ſecundum ariſto. non quere
retur locus niſi propter motum et ideo omne quod
mouetur aliquomodo eſt ī loco de neceſſitate ſi de
beat moueri ſic igitur corpori localiter moto neceſ
ſe eſt aſſignare locum ſecundum ꝙ in illo motu cō
ſideratur ſucceſſio diuerſorum corporuʒ in eodem
loco in motu autem recto totū mobile dimittit vnū
locum et ſubintrat alium in motu autem circulari
vna pars venit ad locum alterrius Sed contra
ſi celum eſt in loco ſecundum ſuas partes ſequitur
ꝙ non eſt in loco quia partes non ſunt in loco di=
cendum ꝙ partes non ſunt in loco in actu ſunt ta=
men in loco eſt in potentia ſecundum ꝙ continuū
eſt diuiſibile et ſic celum eſt in loco accidens per
alterum ſed contra nichil eſt prius eo ergo non eſt
per aliud in loco. Item celum eſt incorruptibile et
īdiuiſibile ergo īpoſſibile eſt ꝙ ꝑtes eius ſint ꝑ ſe ī
loco. Item celum ſecundum ſe totum mouetur et

actu ergo ſcd̄m ſe totum eſt actu in loco. Item motus per ſe terminatur ad vbi ergo celū per ſe terminatur ad vbi dicit S. T. ¶ Ad primū dicit̄ ꝙ hº optime cōgruit primo motui neceſſe eſt em̄ ꝙ gradatim ab vno immobili deſcendatur ad diuerſitatem que eſt in mobilibus minor autē eſt variatio quia eſt ſcd̄m partes exiſtentes in loco in potētia ꝗ̄ que eſt ſcd̄m tota exiſtētia in loco in actu. Alia patent ex ſupradictis. Sed queritur an ad hoc ꝙ aliquod totum moueatur ſufficiat quālibet partē moueri cōmentator primo phi. Cō. 24. dicit ꝙ terra mouetur ſm̄ ſuas partes forte per ventū toto permanente in ſuo loco immobiliter. Item ponat̄ ꝙ a ſit vnū corpus orbiculare cuius nulla extremitas rarefiat vel condenſetur quelibꝫ autem pars infra extremitatē contenta rarefiat vel condemſetur tunc illud totum non mouetur et tamen partes eius mouentur. Cō. C. 43. dicit ꝙ nō ſtat vltimam ſpherā moueri ſcd̄m partes et non ſcd̄m totū cōtra themiſtiū iohānes autē grāmaticus ſm̄ ꝯmentatorē et S. T. opuſ. 52. dicit ꝙ vltima ſphera eſt in loco ymaginario ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ dicatur moueri ſed contra chimera etiā ymaginarie eſt in loco et tamen non mouetur. dicendū ergo celum eſſe in loco per accidens ſiue per ſuas partes Et hic nō capimus ꝑ accidēs vt diſtinguitur ꝯtra neceſſariū et licet diuerſi celi ſint in proprijs locꝭ partes tamen primi celi non ſunt actu per ſe ī loco ſed non repugnat eis in ratione continui diuidi a ſeinuicem et ideo dicuntur eſſe per ſe in loco in potentia. Dicatur primū celū eſt in loco per accidens ergo eſt in ſuperficie corporis ꝯtinentis ꝑ accidens dicendum ꝙ a diffinito ad diffinitionem cum addito non valet conſequentia.

¶ Ad ſecundum principale bene probat ꝙ locus non eſt equalis corpori dimenſiue nec oportet cōtinens eſſe maius. Si queratur an ſuperficies cōcaua locantis contineat in ſe ſuperficiem cōuexā locati que eſt ſibi tamē equalis. Dicendū ꝙ ſic per accidens quia iſta entia mathematica non ſūt per ſe in loco ſed contra Corpus eſt per ſe in loco dicendū ꝙ ibi capitur corpus vt eſt in predicamēto ſubē ⁊ nō ꝗ̄titatis q̄ꝛ eſt ens mathematicū. S. T. in ſcd̄o diſ. 2. q. 2. 2. 3m.

¶ Ad tertiū dicitur ꝙ hoc eſt verum in eodē corpore Ad aliud patet ꝙ argumentum non procedit contra ſenſū datū de equali ſimiliter nec quartum argumentū et nota ꝙ ſecundum quācunqꝫ dimenſionē vnū corpus alteri equetur poteſt dici eē eq̄le ſibi S. T. de veri. q. 20. ar. 4. ad. 10m. Et ſciēdum ꝙ non oportet locū cōem eſſe equalē locato ⁊ ſic primū celū eſt locus cōis elementorū vel ſaltē eius ſuperficies. Secus eſt de loco ꝓprio quidam dicunt ꝙ locus proprius eſt qui continet locatum et nichil amplius Sed contra tunc concauū lune non eſſet locꝰ ꝓpriꝰ ſphere ignis q̄ꝛ multa alia cōtinent̄ in ea. ſ. 4. elemēta. Itē ī loco germani multa cōtinētur ſcꝫ aer incluſus in germano p̄t dici ꝙ locus ꝓpriꝰ eſt qui immediate teriatur ad locatū.

¶ Ad 5m dicūt ſophiſte ꝙ nō inconuenit in eodē eē infinitas ꝑtes eq̄les cōicātes tñ ⁊ ita p̄t dici de loco. Scd̄o d̄r ꝙ nō ſūt infinita loca in actu. ſ. t. in p̄rio di. 37. q. 4. ar. 2. ad 5m. Ad aliō d̄r ꝙ in aliquibꝰ locꝰ ſꝫ ſ. t. opuſ. 52. c. 2. nō videt̄ ꝯſeruare locatū vt q̄n vnū celū cōtinet̄ ab alio. Itē in ꝯcauo ignis eſt locꝰ aeris ⁊ tñ ibi nō eſt aliqͦd ꝯſeruatiuū ipiuſ aeris ſꝫ potiꝰ virtꝰ q̄ ſit corruptiua eiꝰ ſꝫ ꝓpt̄ ph̄m d̄r ꝙ in extremitate ignis in eē remiſſo ſūt due virtutes quarū vna ē ꝯſeruatiua ipiꝰ ignis. Et ſi q̄rat̄ q̄ eſt ipa virtꝰ d̄r ꝙ ē q̄litas quā q̄de dicūt eē de 2a vel 3a ſpē qualitatis dicūt ḡ quidā ꝙ locꝰ capit̄ ꝓ hmōi q̄litate tm̄ vel ꝓ reſpectu tm̄. Sꝫ ꝯtra ſcd̄m qualitatē nulla dn̄r equalia ſed locꝰ eſt equalis locato gͦ locus nō ē qualitas vel relatio tm̄. Itē genitū et corruptū ſūt in eodē loco et tñ nō h̄ñt eādē virtutē cōſeruatiuam. Itē q̄n accidens diffinit̄ in abſtracto tūc diffinitur ꝑ ſuū genꝰ in recto gͦ locꝰ ē ſuꝑficies eēnaliter Sꝫ ex hoc ſequeret̄ ꝙ ſuperficies eēt genꝰ ad locū. Itē porphiriꝰ dicit ꝙ locus eſt principiū ḡnatiōis. Item ignis et terra nō h̄ñt eūdē locū ſpē gͦ locus nō tm̄ dicit ſuꝑficiē ⁊ hͦ cōcedo ſꝫ aliq̄n capit̄ ꝓ ſuꝑficie aliquādo pro virtute ꝯſeruatiua Capreo. d̄t ꝙ veriꝰ locās nāle ꝯſeruat locatū ꝗ̄ locꝰ ſꝫ hoc ē dubiū de igne locāte aerē Ad aliud q̄dā dicēt ꝙ baculꝰ eſt diuerſis locis ſm̄ ſuas ꝑtes Sꝫ ꝯtra ꝑs nō ē ī loco niſi per accidēs ideo d̄r ꝙ idē locus formaliter eſt copulatim in ſubiectis ſpecie diſtinctis. S. T. opuſ. 52. et ſic predictꝰ baculꝰ nō ē in diuerſis locis Si dicat̄ locus eſt vltimū continentis ſed vltimum dicit relationē ergo locꝰ eſt relatio negatur conſequentia.

¶ Ad ſextū dicitur ꝙ ſuperficies non eſt locus abſolute ſed vt continēs et cū habitudine ad primū continens Secundo dicitur ꝙ locus quo ad materiale eſt de genere quantitatis non autem quo ad formale et per ſuum materiale conuenit ſibi menſurare extrinſece locatū. ph. 5. metha. nō ponit ī locatum eſſe ſpeciē quantitatis ideo quidā dicūt eū in logica fuiſſe locutum ſecundū opinionem antiquorum ſui temporis famoſam quia inſtructor iuuenū non debet diſcipulis nouas ſemper dare opiniones S. T. 5. metha. dicit ꝙ locus ſecundum ꝙ predicatur de locante pertinet ad genus quantitatis ſed ſecundum ꝙ predicatur denominatiue de locato conſtituit predicamentum vbi et opuſc. 52. dicit ꝙ locus et ſuperficies ſūt diuerſe ſpecies ꝗ̄titatis quia propria ratio quātitatis eſt ratio mēſure. Alia autem eſt ratio menſurandi aliquid extrinſece et intrinſece. primum conuenit loco Et ideo licet ſuperficies et locus ſint vnum materialiter differunt tamen per diuerſas formales rationes predictas Sed contra ratio menſure eſt relatio ergo non diſtinguit ſpecies que ſunt de genere quantitatis Antecedens patet quia menſura d̄r ad menſuratum Et tenet conſequentia quia differentia diuiſiua generis eſt in eodem predicamento cum genere. Item locus pro formali non eſt de genere quantitatis ſed eſt reſpectus et ordo ergo vt ſic nō eſt alia ſpecies quantitatis ꝗ̄ ſuperficies. Item fiat miraculoſe aliqua ſuperficies ſepata a materia tūc pꝫ ꝙ illa nihil mēſurat ītriſece ergo hoc nō ē de rōne ſuꝑficiei Sꝫ dicas ꝙ ad hec

apta nata eſt aliquid menſurare intrinſece vel il-
lud cui poteſt inherere. Scðo ꝙ aliquādo differē-
tie vere ſunt nobis ignote. Tertio ꝙ locus aliquā
do capitur nō pro reſpectu ſed q̄titate ſub illo re-
ſpectu Per hoc facile eſt videre quō verum eſt di-
ctum. S. T. in ſcðo di. 12. ar. 5. ad. 2. vbi dicit ꝙ lo-
cus eſt idem per eſſentiam ꝙ ſuperficies corporis
locantis et opuſ. 42 c. 20. dicit ꝙ locus non habet
aliud eſſe a ſuperficie tamen propter modum mē-
ſurandi logicꝰ ponit ipm per ſe ſub q̄titate ꝯtinua
ſed S. T. opuſ. 52. circa hoc mouet dubiū. qꝛ terra
naturaliter mouetur ad ſuum locum ⁊ tamen non
naturaliter mouetur ad ſupficiē aque. alias aſcen
deret Reſpondet ꝙ motus locati non eſt ad ipam
ſuperficiem locantis propter ſe ſed propter virtu
tem ꝯſeruatiuam. hec autē maxime eſt in cētro ter
re alia ſoluentur ad ſeptimum.

¶ Ad ſeptimum dicendum ꝙ circa locum pro for
mali diuerſe ſunt opiniones. Nominales dicūt ꝙ
locus non eſt niſi corpus locans. puta ipm vas lo-
cans vinum ſed contra tunc nullū locatū haberet
locum propriū quia ſm iſtos nulla ponitur ſuperfi
cies que ſit ſimpliciter vltimum corporis ꝯtinen-
tis quia quacunq; parte cōtinentis data illa ē di-
uiſibilis et ſic vltra illam datur alia. Item tūc lo-
cus eſſet mobilis tam per ſe q̄ per accidens. Alij
dicunt ꝙ locus formaliter eſt q̄titas circūdās lo-
catum. Sed contra tunc aliquid continue mouere
tur et tamen eſſet in eodem loco vt patet de vaſe
pleno vino quod mouetur tunc vinum mouetur ⁊
tamen habet ſemper eandem q̄titatem circūdan
tem. Item tunc ventus ſemper faceret vnā ciui-
tatem in alio loco eſſe formaliter quia facit alium
aerem et per conſequens aliam q̄titatem circum
dare ciuitatē et ſic eſt in alio loco ergo mouetur lo
caliter. Itē tunc pla. non poſſet redire ad eundē
locum numero quia recedente pla. ab iſto loco pre
cedens q̄titas corrūpitur quia extrema aeris ꝯti
nuantur et due ſuperficies non poſſunt eſſe ſimul
ergo ſuperficies que erant a latere ſortis corrum
puntur S. T. hic le. 6. dicit ꝙ locus ſumitur ſcðm
ordinem vel ſitum per reſpectum ad totum corpus
ſpericum celi ꝙ habet fictionē et immobilitatem
propter immobilitatē centri et polorū licet ergo
inquit hec pars aeris que ꝯtinebat locatū mouea
tur in q̄tum eſt hec tamen ſm ꝙ habet rationē lo-
ci ſemper manet ſcꝫ ſitus et ordo ad totum corpus
ſpericum celi. Et ideo dicit ꝙ locus pro formali ē
immobilis propter ordinē quē habet ad aliqđ im-
mobile ſed cōtra hec obijcitur primo querēdo in q̄
eſt ſubiectiue locus turris pro formali. Si dicatur
ꝙ eſt in aere circūſtante quare ergo non mouetur
ad modum illius aeris Forte dicis ꝙ per motū ae-
ris corrumpitur Contra ſequeretur ꝙ turris non
eſſet in eodem loco numero ꝙ ē cōtra S. T. opuſ.
52. ca. 1. Item tunc ſortes nō poſſet redire ad eun
dem locum in quo prius erat recedente ſor. predi
cta relatio corrūpitur. Item ordo vel ſitꝰ ad primū
locans eſt in locato ſitus em̄ ſm gilbertum eſt poſi
to et ordo partium. Item locus pro formali refer-
tur ad locatū ergo male dicitur ꝙ formale loci ſu-
mitur ſm ſitum ad primum ꝯtinens et vt ſic eſt im-
mobile. S. T. quo. 6. ar. 3. Item totū celū mouet
ergo per reſpectum ad totum celum non poteſt lo
cus dici immobilis. Item non ſtat per potentiam
dei neq; per intellectum aliquid eſſe abſq; ſuo for
mali ſed per potētiā dei aut per intellectū ſtat ali
quid eſſe in eodem loco in quo prius variato ordi-
ne vniuerſi et diſtantia a centro et a polis mundi.
ergo diſtantia et ordo non ſunt formalia loci Ma
ior patet quia non poſſet deus facere hominem ſi
ne animali Minor patet quia per intellectum vel
dei potentiam totus mundus poſſet moueri motu
recto iſto latere quieſcente. Forte dicis ꝙ locꝰ pro
formali ē in polis mūdi q̄ nō mouent Sꝫ ꝯtra multi
ponūt firmamētū moueri triplici motu ⁊ poli mun
di mouentur non em̄ repugnat ꝙ per accidens ab
angulo moueantur. Item ſphera ignis vel pars
que mouetur ſub equinoctiali ſemper equaliter di
ſtat a polis mundi ſicut et quelibet pars equinocti
alis et tamen non eſt in eodem loco. Item primū
celum eſt locans ſecundum et ſic habet formale lo
ci et tamen illud formale loci non eſt ordo vel di-
ſtātia per reſpectum ad totum corpus ſphericum
celi nec eſt diſtātia vel ordo ad polos exiſtens in
primo celo quia primum celum mouetur ergo for-
male loci mouebitur. Item poli non poſſunt dici
locus proprius ſortis ergo locus pro formali non
eſt i eis. Itē dato ꝙ nichil eēt p̄ter vas plenū aqua
tunc illa aqua eſſet in loco et tamen hoc non eſſet
per reſpectum ad polos celi quia tunc non eſſent
Forte dicis ꝙ locus pro formali eſt in locato Con
tra tunc moueretur ad motum locati Ad hec breui
ter dicendum ꝙ locus pro formali eſt in ſuperficie
concaua corporis continentis Corpus autem cō
tinens eſt vnum et idem per reſpectum ad celum
vel diſtantiam licet materialiter varietur et exē-
plificat ſ. t. de igne qui manet idem licet apponā-
tur diuerſa ligna et ſimiliter eſt idem ſecana ⁊ idē
equus licet habeat alias partes materiales ad q̄-
rum variationem non ſequitur variatio accidētis
Quidam dicunt ꝙ locus ignis nō mouetur ad mo
tum ſphere lune ſed continue corrumpitur dicitur
tamen manere idem quia equaliter diſtat Alij di
cunt ꝙ ad motum ſubiecti nō ſequitur motum om
nium accidentium quia centrum non mouetur mo
to corpore ſpherico nec capimus hic locum vt ref
fertur ad locatum nec pro loco corporum celeſtiū
ſed pro loco iſtorum inferiorum.

Ad tertium ſic proceditur videtur ꝙ idē
poſſit eſſe in pluribus locis quia ani-
ma eſt in qualibet parte corporis et ſi-
militer intellectio eius quia accidens
eſt vbicunq; ſuū ſubiectum eſt ergo na
turaliter aliquid eſt in pluribus locis antecedens
patet maxime loquendo de accidente abſoluto.
Sed contra eſt philoſophus.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ naturaliter idem nō
poteſt eē i pluribus locis totalibus nec duo corpo
ra poſſunt eſſe ſimul quia vt inquit philoſophus
hic Si duo corpora poſſent eſſe ſimul tunc infinita

coꝛpoꝛa poſſent eſſe ſimul vnde. S.tho. que.3.ar.
2º dicit ꝙ aliquod coꝛpus eē localiter i aliquo ni=
chil aliud eſt q̄ȝ locū circūſcribi et cōpꝛehēdi a loco
ſcd̄m cōmenſuratione pꝛopꝛiarum dimenſionū ꝙ
autem compꝛehenditur a loco aliquo ita eſt in lo=
co ita eſt in illo loco ꝙ nichil eſt extra locum il=
lum vnde ponere ꝙ aliquid ſit localiter in hoc lo=
co et tamen ſit in alio loco eſt ponere contradicto
ria eſſe ſimul et ideo dicitur ꝙ etiam deus non poſ
ſet idem ponere localiter. i. circumſcriptiue in di=
uerſis locis licet bene modo non quantitatiuo ſi=
cut coꝛpus chꝛiſti eſt in diuerſis altaribus Pꝛimū
pꝛobant quidem quia idem coꝛpus non poteſt eſſe
vbiq̄ȝ ergo nec in duobus locis antecedens patet
quia hoc eſt ꝓpꝛiū dei Sed hic diceretur ſecūdum
S.T. pꝛima parte ꝙ eſſe vbiq̄ȝ per ſe pꝛimo eſt ꝓ=
pꝛium dei Item ſequeretur ꝙ contraria naturali=
ter poſſent eſſe in eodem et pꝛiuatiue oppoſita po
nendo caſum ꝙ in vno loco ſoꝛ. eſſet iuxta ignem i
alio autem iuxta aquam et nichil habeat ad come
dendum et ſic idem eſſet ſanus et infirmus et
ſic poſſet eſſe moꝛtuus et viuus Item ponatur ꝙ
in vno loco peccet et in alio mereatur vt ſi come=
dat omaſa in hiſpania die ſabbati et ſimiliter in
alio loco pꝛohibito et poſtea moꝛiatur ſequeretur
tunc ꝙ idem eſſet ſaluatus et dampnatus. Item
termini locati et loci ſunt ſimul ergo ſi locatum eſt
extra terminum ſui loci pꝛopꝛij etiam eſt extra ter
minos ſuos pꝛopꝛios. Item tunc in materia poſ=
ſent eſſe ſimul due foꝛme ponendo ꝙ ſoꝛ. moꝛiatur
rome et non pariſius Foꝛte dicis ꝙ foꝛma que in=
troducetur Rome etiam introducetur pariſius et
ſic eadem foꝛma naturailter eſſet in diuerſis locis
Item volo ꝙ ſit agens impediens illā foꝛmā ne i
roducatur pariſius tūc illa materia rome habebit
vnam foꝛmam et aliam habebit pariſius hic ſunt
duo modi dicendi ſcotiſte dicūt ꝙ ſi idem ponatur
circūſcriptiue in duobus locis tunc omne abſolu=
tum quod ineſt ei in vno loco ineſt ei in alio multi
autem nominales dicunt ꝙ hoc non opoꝛtet quia
poſſet deus ponere materiam ſoꝛtis in pluribus
locis abſq̄ȝ hoc ꝙ poneret ſuam foꝛmam in pluri=
bus locis. Item quidam dicunt coꝛpus poſitum i
diuerſis eſſe tante actiuitatis ſicut ſi diuerſa coꝛ=
poꝛa eſſent in diuerſis locis et ſic vnus duodenus
in triginta quinq̄ȝ locis valeret ſcutum et vna mu
ſca poſſet poni in tot locis ꝙ poꝛtaret totam terrā
et non eſſet finite virtutis et ſic concedunt idem
eſſe calidum in vno loco et frigidum in alio Con=
tra tunc anima ſoꝛtis poſſet de eodem habere vel
le et nolle ſcilicet in diuerſis locis ſed contra tūc
etiam nuuc quando eſt in capite poſſet velle vnum
et in pede nolle idem et ſic cogeretur.
Item pars eſſet maioꝛ toto vt ſi medietas albedi=
nis ſecundum extenſinem ponatur in alio loco ſic
ꝙ due partes illius medietatis ponātur ſimul tūc
illa medietas eſt intenſioꝛ tota ꝙ habet plures ꝑ=
tes ſimul.
¶ Notandum preterea ꝙ ratio quare duo coꝛpo=
ra non poſſunt naturaliter eſſe ſimul S.T. que.
1. ar. 21. eſt pꝛopter dimenſiones quibus ſubſtat ma
teria coꝛpoꝛalis q̄titati enim dimenſiue cōuenit
ſit⁹ qui pꝛimo et per ſe facit diſtinctiōem ſicut due
partes vnius coꝛpoꝛis diſtinguuntur per dimēſio
nes et ſitus per quos vna eſt extra aliam videmus
etiam ꝙ aduenıente vno coꝛpoꝛe opoꝛtet ꝙ aliud
recedat ſed quid dicendum eſt de potentia dei ab=
ſoluta S.T. ibidem ar.22. dicit ꝙ deus poteſt con
ſeruare effectus in eſſe ſine cauſis pꝛoximis vnde
conſeruat in ſacramento altaris accidentia ſine
ſubiecto ergo poteſt conſeruare diſtinctionem ma
terie coꝛpoꝛalis et dimenſionem abſq̄ȝ diuerſitate
ſitus per quem dimenſiones naturaliter diſtingū
tur Sed eſt dubium an duo coꝛpoꝛa poſſint eſſe ſi
mul penetratiue quodquidam vocant eſſe ſimul
circūſcriptiue ſic ſcilicet ꝙ quodlibet illoꝛum ſit in
loco q̄titatiue localiter et circumſcriptiue Capo
lus in 4. de euchariſtia dicit ꝙ ſic communiter ta=
men dicitur ſecundnm S.T. ꝙ quando duo coꝛpo
ra ſūt ſiꝶ tūc oȝ ꝙ vnū illoꝛū non ſit exteīū ſed mō
non quātitatiuo ſi enī duo coꝛpoꝛa poſſēt eē ſimul
localiter ſequeretur ꝙ idem coꝛpus poſſet eſſe in
pluribus locis quia ponamus ꝙ duo dolia ſint ſiꝶ
et in vno illoꝛū ſit vinū tūc illō vinū eſt in illis duo
bus dolijs S.T. opu.70.q.4.ar.3. repꝛobat opini
onem illoꝛum qui dicunt ꝙ duo coꝛpoꝛa nō poſſūt
eſſe in eodem loco pꝛopter pꝛincipia mathemati=
ca qꝛ opoꝛtet ſaluare in omnibus naturalibus Sȝ
hoc non videtur conueniens quia mathematicis
non competit eſſe in loco niſi impꝛopꝛie ⁊ ſimilitu
dinarie dr̄. i. de generatione et ideo ratio pꝛedicti
impedimēti non eſt ſumēda ex pꝛincipijs mathe.
ſed ex pꝛincipijs naturalibus quibus pꝛopꝛie
locus debeꝶ preterea rationes mathematice non
ſufficienter cōcludunt in iſta materia qꝛ ⁊ ſi mathe
thematica ſaluētur in naturalibus tn̄ naturalia a
liquid addūt ſuper mathemathica ratione cui⁹ po
poteſt prouenirı ipoſſibilitas duoꝛū coꝛpoꝛū in eo
dem loco et ſic nō ſolum ex ſitu pꝛobatur impoſſi=
bilitas pꝛedicta ymo ſcd̄m aui. ex natura materie
ſubiectis dimēſionibus pꝛohibētur plura coꝛpoꝛa
eſſe in eodem loco opoꝛtet enim plura eſſe coꝛpo=
ra in quibus foꝛma coꝛpoꝛeitatis inueniatur diui=
ſa que quidem non diuiditur niſi per diuiſionē ma
terie cuius diuiſio cum ſit ſolum per dimenſiones
de ratiome quarum eſt ſitus impoſſibile eſt hāc ma
teriam eſſe diſtinctam ab illa niſi quando eſt diſtin
cta ſecundum ſitum quod non eſt quando duo coꝛ=
poꝛa ponuntur in eodem loco vnde illa duo coꝛpo
ra eſſent vnum coꝛpus quod eſt impoſſibile.
¶ Contra hec ar. ꝓ S.T. In ferro ignito ſimul ē
ignis et ferrū ⁊ vtrumq̄ȝ iſtoꝛum eſt coꝛpus. Itē qn̄
panis poniꝶ i vino tūc panis ⁊ vinū ſimul ſunt Itē
elemēta ſimul ſunt in mixto alias mixtum non ſe=
queretur motum elementis dominantis Item ſi=
duo coꝛpoꝛa non poſſent eſſe ſimul ſequeretur ꝙ
materia et foꝛma lapidis non poſſunt eē ſimul qꝛ
vtrūq̄ȝ iſtoꝛū eſt quātū ſaltem ꝑ accidēs
¶ Secundo arguitur ſic expoſitoꝛie materia et
foꝛma ſoꝛtis ſunt ſimul et materia et foꝛma ſoꝛtis
ſunt due medietates ergo due medietates ſoꝛtis
ſunt ſimul et ꝑ cōſequēs duo coꝛpoꝛa minoꝛ eſt cla

ra tenẽdo totum ſuas eſſe partes. Itẽ due quãti-
tates poſſunt eẽ ſimul ergo duo corpora. Añs pꝫ
quia ſuperficies corporis locãtis cõcaua ⁊ ſupfici-
es corporis locati cõuexa ſunt ſimꝉ quod ſic patet
quia illa ſe tangunt ergo vltima ſunt ſimul.
¶ Item cõ. dicit 8. phi. c. 32. ꝙ partes aeris ⁊ aque
partim ſubintrant ſe inuicem propter hoc ꝙ par-
tim ſunt nature ſpiritualis ergo duo corpora ſal-
tem glorioſa beatorum poſſunt eſſe ſimul. Forte
dicis ꝙ poſſunt eſſe ſimul miraculoſe ſed tunc al-
terum eorum non erit modo quantitatiuo id eſt ex
tẽſũ Cõtra ſeq̃reꝉ 1º ꝙ qñ bti poſt diẽ iudicij habe
bunt ſua corpora non poterunt moueri per celum
niſi deus continue faceret miraculum Item quan
do corpus chriſti aſcendit tũc ipſum fuit localiter
ſimul cum celo et corpora beatorum localiter ſimꝉ
cum celo empireo quia ſunt ibi tanq̃ in loco ergo
vtrũq̃ eſt extenſum ꝙ autem celum et ſue partes
erant modo quantitatiuo patet quia mouebantur
ſicut totum celum quidam dicunt ꝙ illa pars ĩ qua
erat chriſtus non mouebatur per ſe ſed tãtum per
accidens et ſic non erat extẽſa vt patet de anima
mea que per accidens mouetur.
¶ Quarto arguitur ꝙ per diuinam potentiam
duo corpora nõ poſſint eſſe ſimul quia ſequeretur
ꝙ in burſa ſor. poſſet contineri tota ciuitas pariſi-
enſis ponendo quamlibet partem cum qualibet
parte. Item de ratione quãtitatis eſt habere par
tem extra partem ergo deus non poteſt facere du
as quãtitates eſſe ſimul alias locus non eẽt equa
lis locato quia hoc modo maximum corpus poſſet
cõtineri in minimo loco. Itẽ impoſſibile ẽ duas pꝫ
tes tẽporis eſſe ſimul ergo ĩpoſſibile eſt duas quã
titates permanentes eſſe ſimul quia equaliter
repugnant. Itẽ ſi duo corpora eſſent ſiꝉ ſeq̃retur
ꝙ inter duo puncta eẽnt due linee recte qꝺ eſt cõ
tra geometriã ⁊ patet cõſequẽcia quia ex quo pũ-
cta illorum corporum ſunt ſimul ergo q̃cũq̃ linee
ſunt inter duo puncta illiꝰ corporis etiã inter duo
puncta alterius puncta.
¶ Quinto arꝫ ꝙ idē poteſt eſſe in duobꝰ locis cir
cũſcriptiue quia maius ẽ miraculũ aliquid eſſe in
vno loco circũſcriptiue et in alio modo nõ quãtita
tiuo q̃ aliquid eſſe in duobus locis circũſcriptiue.
quia in primo ſunt duo miracula ſcꝫ eſſe ĩ pluribꝰ
locis et eſſe modo nõ quãtitatiuo et primũ poteſt
deus ergo et ſcꝺm. Item vbicũq̃ eſt corpꝰ xpi
verũ ibi põt ſe facere viſibilẽ ſꝫ ĩ pꝉibꝰ altaribꝰ ẽ
corpꝰ xpi verũ ergo ĩ pluribꝰ locis põt eſſe viſibile ⁊
per conſequẽs circũſcriptiue
¶ Sexto cum dico idẽ corpus localiter eẽ ĩ diuer
ſis locis nichil dico ſupra corpus niſi reſpectum
extrinſecus aduenientē fundatũ in quãto ad ali
ud quãtum circũſcribens talẽ aũt reſpectũ multi
plicari ſuper idem fundamẽtum ad diuerſos ter-
minos non inconuenit quia ſuper eandem albedi
nem fundatur ſimilitudo ad vnum ⁊ diſſimilitudo
ad reliquum ſecundo mirum eſt ꝙ ſequentes ratio
nem loquuntur ſecũdum ymaginationem quia nõ
percipit locum plurificari ſine corpore et propter
hoc putat ꝙ ſecundum rationem idem corpus nõ
poteſt eſſe in pluribus locis et ꝙ in eodem corpo-
re non poſſunt eſſe duo reſpectus ipſius vbi.
¶ Septimo deus poteſt ponere angelum in plu-
ribus locis eo modo quo cõuenit ſibi eẽ in loco ſed
angelum poteſt ponere in pluribus locis ergo et
corpus localiter. Item cõuertat deus quãtitatem
in quãtitatẽ ſicut ſubſtatiam in ſubſtãtiam ĩ ſacra-
mẽto altaris quo facto terminus ad quẽ cõuerſio-
nis erit vbi erat terminus a quo ⁊ hoc localiter q̃
per quãtitatem illius ⁊ rurſus erit localiter ĩ loco
proprio ergo. Quidam inſtant theologice q̃ xpus
qñ apparuit paulo erat in celo et ĩ terra vel in trã-
ſitu glorioſe virginis et de martino ſed hoc non
eſt phiſice arguere.
¶ Octauo qñ duo corpora ſũt ſimul a ſolo deo vꝉ
manent principia eſſẽtialia illorum corporum vt
ſunt in vno loco diſtincta vel non ſi ſic ergo ſolus
deus non conſeruat quia conſeruat cum cauſis ſe
cundis manentibus et concurrentibus. Si ſecũꝺ
ergo ſequitur ꝙ deus conſeruat et non conſeruat
quia nõ cõſeruat niſi qꝺ ẽ ſed materia illiꝰ ſecũꝺ
ſe eſt iſtius et ſimiliter forma ergo non ſunt diſtin
cta ſi dicas ꝙ deus poteſt conſeruare corpora illa
diſtincta ſine diſtinctione principiorum intrinſe
corum illorum Contra deus nunq̃ cõſeruat nec
poteſt cõſeruare rẽ ſine pˀcipijs eſſentialibꝰ vt
hominē ſine aĩa ergo nec diſtinctas res poteſt cõ
ſeruare ſine diſtinctis principijs eſſentialibus
Item vel ſitus ẽ pˀcipiũ formate ⁊ eſſentiale vꝉ
accidẽtale ſi primũ ergo deꝰ ſine ſitu nõ poteſt fa-
cere diſtincta corpora. Si ſcꝺm tunc q̃ritur quod
eſt principium formale et eſſẽciale diſtinctiuum
¶ Ad primũ dicendum ſcꝺm S. T. ſuper boetiũ
de trinitate ꝙ in ferro ignito non ſunt duo corpa
ſed vnum corpus habens quidem ſpeciem ferri ⁊
aliquas proprietates ignis vnde non ẽ ibi forma
ignis que requirit maiorẽ raritatẽ mẽ ergo ibi fer
rum vehemẽter alteratũ vel forte in poris eius ẽ
ignis et ita dicatur de pane intincto in vino ſcꝺm
durãt. ĩ 4 di. 44. de mixto dꝛ a S. T. ꝙ forme ele
mentorum non manent ĩ mixto formaliter ſed ſolũ
in ſuis qualitatibus ex quibus fit vna media qua-
litas. Ad aliud diciꝉ ꝙ nec materia eſt corpꝰ nec
forma licet materia poſſit dici corpus quia ẽ alia
pars cõpoſiti hic autem loquimur de corpore qꝺ ẽ
genus in predicamento ſubẽ vꝉ quãtitatis
¶ Ad ſecundum patet ex ſupradictis de ſuperfi-
ciebus autem dicitur ꝙ ſunt ſimul ⁊ ſecundum ali
quos penetratiue ſecus tamen eſt de corpore Sꝫ
contra ſecundum philoſophũ ſi duo corpora poſ-
ſunt eſſe ſimul ergo ⁊ infinita ergo etiam ſi due ſu
perficies naturaliter ſint ſimul ſequitur ꝙ infini-
te. ⁊c. ideo dicit. ſ. t. quod. 1. ar. 22. ad primum ꝙ ar-
gumentum eſt ſophiſticum quia puncto linee et
ſuperficiei non debetur locus Sed contra locatũ
eſt in loco ratione ſuperfici ei conuexe ergo ipſa ẽ
in loco Negatur cõſequentia quia naturaliter di
ſtinctio dimenſionum cauſatur a ſitu diuerſo ſecũ
dum. S. T. quo. 1. ar. 21. ⁊. 22. ergo ſi due ſuperfici-
es ſunt in eodem ſitu ſequitur ꝙ non diſtingũtur
Forte dicis ꝙ ſitus eſt relatio et fundatur in quã-

titate ſiue dimenſione et ideo diuerſus ſitus pre=
ſupponit diuerſas dimenſiones et nō cauſat eas
ſed cauſat̄ ab eis. Cōtra ſequeret̄ ꝙ deꝰ poneret
idē coꝛpus in diuerſis locis localiter quia ꝑ rōnes
ſcti tho. deꝰ p̄t ſupplere effectū cauſe ſcđe ergo p̄t
facere ꝙ in eodē coꝛpoꝛe ſint duo vbi ſiue ꝙ coꝛpꝰ
ſit in diuerſis locis dato ꝙ habeat vnā tm̄ dimen=
ſionē. Itē ſi due ſuperficies extenſe pn̄t eſſe ſimul
ergo idē p̄t eſſe in duobꝰ locis localiter quia pono
ꝙ deu sponat aliquā aliā ſuperficiē cum loco ſoꝛ.
tunc iſta continet foꝛtē ergo ſoꝛ. tūc eſt in duabꝰ ſu
ꝑficiebus localiter dicēdū ſcđm tho. in 4°. di. 44.
q.2.ar.2 q.3. ꝙ nulla pōt eſſe diſtinctio linearū ex
iſtentiū ſimul niſi per ſubiecta et ideo apud geome
trā nunq̄ꝫ due linee pn̄t eſſe ſimul ſed bn̄ apđ phm̄
naturalē nō tn̄ ſequitur ꝙ infinite ſint ſimul qꝛ nō
ſunt ſimul niſi quia terminā̄t coꝛpoꝛa ſe tangentia
Et ſi queratur an ille due linee habeā̄t ſitum dicē
dum ꝙ ſunt vere ſituate et tamē non ſūt ſitu diſtin
cte et habent ſitum qui eſt de genere q̄ꝫtitatis. vn̄
duplex eſt ſitus pꝛimus eſt de gn̄e q̄ꝫtitatis et ē po
ſitio partiū et differētia q̄ꝫtitatis et pꝛioꝛ q̄ꝫtitate
et ſcđm ꝙ partes eius ſunt ad inuicē continuate.
Alius eſt ſitus qui eſt pꝛedicamentum et eſt oꝛdo
partiū in toto et oꝛdo partium in loco. Et ſi quera=
tur an ſit vnus reſpectus videtur ꝙ non quia pōt
manere oꝛdo partiū in toto nō manente oꝛdo par=
tiū in loco vt ſi res non ſit localiter in loco ꝑ hec pꝫ
ad obiecta qꝛ hic ſitus eſt poſterioꝛ quantitate nec
eſt differentia quā̄titatis licet aptitudo ad ip̄m po
natur eſſentialis differētia q̄ꝫtitatis continue ſm̄
aliquos. Sed contra potentia et actus ſūt eiuſdē
generis ergo hec aptitudo etiam eſt de pꝛedicamē
to ſitus.

¶ Notandū preterea pro ſolutione alterius argu
menti de beatis quoſdā tenere virtute diuina duo
coꝛpoꝛa eſſe ſimul localiter et ſic repletū repleret̄
quia. ſ. t. in. 4°. di. 44. q.2. ar.2. q.3. ad 4m aſſignat
cām ſoluendo vnū argumentū quare vnū coꝛpꝰ nō
poteſt eſſe localiter in duobus locis et tamen duo
coꝛpoꝛa poſſunt eſſe localiter in eodē loco. ſi tamē
ſcđm non eſſet poſſibile localiter nulla eē̄t neceſ=
ſitas aſſignā̄di drīam. Itē ibidē dicit ꝙ coꝛpꝰ glo=
rioſū ſemꝑ eſt in loco ſibi equali deſcendat ergo ꝑ
firmamētū tunc ip̄m erit localiter in loco et ſimili
ter firmamentū qꝛ vtrūq̄ꝫ iſtoꝝ mouet̄. Item argui
tur per rationē S. T. quia deꝰ p̄t facere effectū ſi=
ne cā ſed ꝙ duo coꝛpoꝛa exn̄tia localit̄ in loco ſint
diſtincta hoc eſt ꝑ ſitū ergo deus poſſet facere ſine
ſitu ꝙ duo coꝛpoꝛa diſtincta eſſent localiter in lo=
co. Item albedo et dulcedo extendunt̄ ſimul et di=
ſtingunt̄ licet non habent diuerſum ſituꝫ. Foꝛte di
cis ꝙ deus nō poſſet ponere duas albedines ſimul
tamen duo ſpecie diſtincta pn̄t eſſe ſimul qꝛ nō di=
ſtinguntur per ſituꝫ ergo duo coꝛpoꝛa ſpecie diſtin
cta poterunt localiter eſſe ſimul puta celum et la=
pis quia adhuc diſtinguentur per ſuas foꝛmas.
Itē licet ſitus de genere q̄ꝫtitatis diſtiguat coꝛpo
ra quia q̄ꝫtitas eſt pꝛincipiū indiuiduationis tamē
non diſtinguit coꝛpoꝛa quo ad locum vnde dato ꝙ
duo coꝛpoꝛa eſſent ſimul adhuc haberē̄t duas q̄ꝫti
tates et per conſequens duos ſitus. Foꝛte dicis ꝙ
ſitus qui eſt pꝛedicamentū diſtinguit coꝛpoꝛa. Cō
tra ſubſtantia pꝛecedit accidens ergo ſubſtā̄tie nō
ſunt due per pꝛedicamentū ſitus. Itē illo dato di=
ceretur adhuc ꝙ qn̄ duo coꝛpoꝛa eſſē̄t ſimul quodli
bet illoꝛū haberet vbi ſitu diſtinctū ab alio qꝛ acci
dēs multiplicatur ad multiplicationem ſubiecti
alij thomiſte tenent ꝙ duo coꝛpa nō pn̄t localr̄ di
uina virtute eſſe ſimul quia tunc ſoꝛ. poſſet eſſe in
finitus vel totum non eſſet maius ſua parte ponē
do ꝙ ſecunda pars pꝛopoꝛtionabilis ſoꝛ. coextē=
datur cum pꝛima et ſic de qualibet alia tunc totus
ſoꝛtes haberet infinitas partes eiuſdem longitu=
dinis ergo eſſet infinitus. Foꝛte dicis ꝙ tunc non
eſſet maioꝛ q̄ꝫ ſua medietas ſequitur ergo ꝙ pars
eſt equalis toti quia pars et totū ſunt in loco equa
li ergo ſunt equalia qꝛ quecunq̄ꝫ ſunt equalia vni
tertio ſunt equalia inter ſe. Item ſi ſoꝛtes tūc
eſt equalis medietati ergo eſt minoꝛis quā̄titatis
q̄ꝫ pꝛius erat ſequeretur ergo ꝙ ſi ponatur in pun
cto ꝙ nullius erit quantitatis.

¶ Item ſanctus thomas dicit ꝙ ſolus deus fa=
cit duo coꝛpoꝛa eſſe ſimul et tunc ſūt duo ſine ſitu
et videtur loqui de ſitu qui eſt pꝛedicamentum di=
centē oꝛdinem partium ad locū qui tunc non eſſet
et ideo dicit ꝙ deꝰ facit effectū ſine cauſa ſi enim
loquatur de ſitu pꝛedicamē̄ti quantitatis nūq̄ꝫ de
us facit duo coꝛpoꝛa ſine tali ſitu et tunc diceretur
quando aliquid moueretur ī celo opoꝛtet ꝙ pars
vna celi habeat ſe modo non quantitatiuo id eſt ꝙ
ſit tota in toto et tota in qualibet parte.

¶ Ad quartum conceditur conſequens non tamē
localiter Ad aliud dicitur ꝙ de intrinſeca ⁊ foꝛma
li ratione quantitatis eſt habere partē iuxta partē
id eſt a parte nō ſeparatā non autē iuxta vel extra
in oꝛdine ad locū id eſt partē diſtantē loco ab alia
parte actu ſed aptitudine. Et ſi queratur quare er
go naturaliter duo coꝛpoꝛa non poſſunt eſſe ſimul
dicunt quidam vt dicit S. T. in 4. vbi ſupra quia
coꝛpus replet locum ſed iſta ratio non eſt vniuer=
ſalis quia dimenſiones ſeparate nō replent locū
vnde quidam ponentes vacuum dixerunt vacuum
eſſe locum in quo ſunt huiuſmodi dimenſiones ſie
aliquo coꝛpoꝛe ſenſibili et tamen dimē̄ſiones iſte
non poſſunt eſſe ſimul cum alio coꝛpoꝛe quā̄titas
ergo habet ex ſua natura impedire aliud coꝛpus
ne occupet ſuū locū ſed an ſecluſa quantitate mi=
raculoſe duo coꝛpoꝛa de pꝛedicamē̄to ſubſtā̄tie na
turaliter eſſent ſimul ſicut ſecꝰ miraculoſe illumi
natus naturaliter videt ſed dicis ꝙ nō pꝛopter ſi=
tū contra hic nullꝰ eſt ſitus. Item ſitus non eſt to
ta ratio vt dicit ſanctus thomas opuſculo. 70. q. 4.
ar. 3. licet ergo duo coꝛpoꝛa de genere etiam q̄ꝫti=
tatis eſſent ſimul tamen adhuc diſtinguerentur ꝑ
ſubiecta vt dictum eſt de ſuperficie apud phiſicum
Ad aliud dicitur ꝙ partes tē̄poꝛis nō poſſūt eē ſi=
mul qꝛ tempus eſſē̄tialiter eſt ens ſucceſſiuum ha
bēs durationē Ad aliđ dicit ſ. t. ī 4. q.2. ar.2. ꝙ quā
titas differt ab alijs accn̄tibus qꝛ hꝫ ſpalē rōnē in
diuiduatiōis ⁊ diſtīctōis. ſ. ex ſitu partiū p̄ter rōnē
indiuiduatiōis et diſtinctiōis que eſt ſibi et oībus

alijs accidentibus cōmunis ſcʒ ex materia ſubiecta ſic gº vna linea poteſt intelligi diuerſa ab alia vel quia eſt in alio ſubiecto et hoc de linea materiali vel quia diſtat in ſitu ab alia que conſideratio eſt de linea mathematica que intelligitur preter materiam ſi ergo remoueatur materia non poteſt eſſe diſtinctio linearum niſi ſecundum diuerſum ſitum ſic ergo due linee deſignate in duobus corporibus que ſunt in eodem loco trahuntur a diuerſis punctis ad diuerſa puncta.

¶ Ad quintum reſpondetur ꝙ vnuʒ eſt magis eſt magis impoſſibile q̃ reliquum implicat enī aliqđ eſſe circumſcriptiue et localiter in pluribus locis propter cauſam datam ſed dices corpus eſſe localiter in loco non eſt ipſum comprehēdi ſic ꝙ ſit ibi et non alibi quia ſic manifeſte implicat aliquid eē in pluribus locis ſed eſt eſſe vnā partē in vna pte loci. Ad aliud dicitur negando maiorem

¶ Ad ſextum dicitur ꝙ iſtud non prouenit ſolum propter reſpectus ſed propter circumſcriptionem et comprehenſionem lacati. Secundo dico ꝙ aliq̄ duo reſpectus ipſius vbi ſunt contrarij vt ſurſuʒ ⁊ deorſum et ideo non poſſunt eſſe ſimul.

¶ Ad ſeptimum dicitur ꝙ idem angelus non poteſt eſſe localiter in pluribus locis ſed contra diuerſe ſubſtantie poſſunt ſpiritualiter in vno angelo tranſſubſtantiari. Item deus poteſt cōſeruare animam ſortis in capite et pede deſtruendo indiuiduum et tunc anima eſſet in pluribus locis diuiſum. Sed dic ꝙ non eſt proprie in loco ſi ergo ideʒ homo poſſet eſſe in duobꝰ locis ſequeretur ꝙ idem poſſet generare ſe vt ſi deus reproducat materiaʒ ſortis ideo illis diſpoſitionibus quas habebat anteq̃ informaretur anima ſua et ſit illa materia loco ſeminis in ſorte et in generatione ponat deus animam ſortis in illa materia tunc illud genitum habebit materiam et formam ſortis ergo erit ſortes ergo ſortes genuit ſeipſum. Quidā dicunt ꝙ non inconuenit aliquid in vno loco generare ſeipʒ in alio vel ꝙ aliquid anichiletur in vno loco et nō tamen in alio quia poſtq̃ deus poſuit ſortē in duobus locis poteſt ipſum ponere in vno tantum. Sʒ poſtq̃ anima xpi eſt in diuerſis locis ſacramentaliter nōne deus poſſet anichilare corpus et facere eam eſſe in diuerſis locis localiter videt̄ ꝙ nō Ad aliud dicit ſanctus thomas quo.3.ar.2.ꝙ difficilius eſt hoc accidens mutare in illic q̃ hanc ſubſtantiam mutari in illā ſubſtantiā. Tum quia due ſubſtantie conueniunt in ſubiecto materiali quod eſt pars materialis vtriuſq̃ ſubſtantie Tum quia ſubſtantia habet indiuiduationē per ſeipam accidens vero non et ideo vnum accidens non poteſt conuerti in aliud. Illo tamen dato adhuc tamē nō ſequitur idem eſſe in diuerſis locis ſimul quia ſi dimenſio conuertatur in dimenſionē iam non erunt due dimenſiones ſed vna et ſic nō ꝯmenſurarent̄ diuerſis locis ſed vno tantū. Si dicatur eadē ſequūtur inconuenientia tenendo idem eſſe in vno loco circumſcriptiue ⁊ in alio ſacramentaliter vel modo non quanto ſicut tenendo idem eſſe in duobus locis poſſet enī mori in vno et non mori in alio ⁊c.

Dicendum ꝙ non quia mouetur in alio ex conſequenti cum non ſit ibi proprie localiter.

¶ Ad octauum dicitur ꝙ principia eſſentialia et intrinſeca diſtinctionis illorum corporuʒ manent tamem dimenſiones que diſtingunt corpora non ſunt naturaliter diſtinctiua niſi vt ſunt in diuerſo ſitu et ideo principia intrinſeca naturaliter non ſufficiunt diſtinguere.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ ſitus qui eſt differentia quātitas eſt formaliter diſtinctiuus q̄titatis. Alius autē ſitus neceſſario ⁊ naturaliter ſequitur primū

AD quintum ſic proceditur videtur ꝙ in vacuo fiat motus in inſtanti Et primo ꝙ vacuum ſit patet quia ſecūdū aſtronomos in celo ſunt eccentri et epicicli ad quorum poſitionem ſequitur vacuum ergo minor patet quia quando pars minus lata peruenit ad locū partis latioris non occupat totum locum alias eſſet eque lata ſicut alia ergo ē ibi vacuum. Sed contra eſt philoſophus.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ quia ponētes vacuuʒ eſſe ſpacium ſeparatum ad ponendum hoc mouebantur vt eſſet cauſe motus localis motus tanq̃ illud in quo eſt per quod poſſet fieri motꝰ eo ꝙ vacuum ſedit et non reſiſtit mobili ideo hanc opinionem deſtruit ariſto. primo ex parte motus ſecūdo ex parte velocitatis et tarditatis in motu vt videbitur in ſequenti.

¶ Notandum ꝙ vacuum non eſt cauſa motus nec ad ſaluandum motum ipm eſt ponenduʒ probatur ſic ſex rationibus textus.

¶ Prima quia ſi vacuum ſit cauſa alicuius motus maxime eſt cauſa motꝰ localis vt ergo ipſi dicebāt erit principium motus localis ſed hoc non quia omne corpus naturale habet motum naturalem ad aliquē determinatū locū ſm eiꝰ ꝓpriā naturam vt ignis ſurſū et terra deorſū ergo natura cuiuſlʒ corporis eſt cā ſui motꝰ localis et non vacuum.

¶ Scđa oē corpꝰ nāle nālit̄ tēdit ad ſuū locū nālē ⁊ naturaliter ī eo q̄eſcit ꝓpter nālē conuenientiā quā habʒ cū ipſo et recedit a loco nō naturali ꝓpt̄ diſcōueniētiā ſed vacuū cū ſit eiuſdē rōis in oībus ſuis partibus ſi ponatur non habet aliquam naturam per quam poſſit conuenire aut diſconuenire cum aliquo ergo corpus in vacuum poſito non mouebitur vel ſi moueatur oportebit ꝙ ſimul ad quālibet partem vacui moueatur cum non magis cōueniat cum vna parte q̃ cum alia ſed hoc eſt impoſſibile igitur et iſta eadē ratio videlicet cōtra illos q̄ ponunt vacuum eſſe ſpacium ſeparatum.

¶ Tertia rō ſi vacuū ſit eſt eiuſdem potentie ⁊ virtutis in oībꝰ ſuis partibus ergo mobile in eo poſitum equaliter ab oī tēpore vacui trahetur ⁊ ꝑ ꝯñs oporteat ꝙ ꝑpetuo maneat immobile ⁊ etiam iſta rōne aliqui aſſignāt cauſā quietis terre in medio mūdi q̄ in oī tēpore equaliter ad cētrum trahitur

¶ Quarta ratio omnis motus eſt naturalis vel violentus et quia omnis motus violentus declinatio eſt a naturali motu et fit in mobili contra inclinationem ad motum naturalem ſequitur ꝙ ſi in

vacuo non poſſit eſſe motus naturalis ergo neqꝫ
violentus quia deſtructo priori deſtruitur poſteriꝰ
Sꝫ primuꝫ patet quia omnis motus naturalis eſt
ad aliquā differētiam poſitionis et diuerſorū cor-
porum motus naturales ſunt ad diuerſas partes
loci naturalis ſed in vacuo non eſt aliqua differē-
tia poſitionis partium ad inuicem ergo nō poteſt
eſſe cauſa motꝰ naturalis ſed magis deſtruit mo-
tum ſicut eñ in infinito ſi eſſet non eſſet ſurſū de-
orſum neqꝫ medium vt dictum eſt prius ita neqꝫ in
vacuo aliter tamen non eſſent iſta in infinito ⁊ in
vacuo quia in infinito iſta nullomodo reperiuntur
diſticta nec ex natura rei nec quo ad nos ſed in va
cuo ſi eſſet ſpacium finitum iſta reperirentur di-
ſtincta quo ad nos ſed non ex natura rei quia va-
cuum habet rationem priuatiōis et non entis mo
do non entis nulla eſt differētia ideo in vacuo nō
reperitur ſurſum deorſum ⁊ medium ex natura rei
differentia.

¶ Quinta ratio ſi vacuum eſſet ſequeretur ꝙ pro
iecta poſt receſſum a proijciente primo non moue-
rentur conſequens eſt falſum vt patet per experi
entiam et conſequencia patet quia cauſa motus
proiectorum poſt ſeparationem a primo proijcien
te ſecundum aliquos eſt antipariſteſis hoc eſt rep
cuſſio medij ad medium quia medium primo per-
cuſſum a primo proijciente pellit medium ſibi pro
pinquum et illud pellit aliud ſed de hoc in octauo
phiſicorum.

¶ Sexta ratio ſi poneretur vacuum nulla eēt cā
quare mobile magis moueretur ad vnam partē ꝙ̄
ad aliā ergo vbiqꝫ moueretur quod eſt impoſſibile
et probatur ad huc conſequentia quia antiqui dixe
runt vacuum eſſe cauſam motus quia vacuum ce-
dit ipſi mobili et nullomodo reſiſtit cum ergo ſecū
dum quālibet partem equaliter cedat ſequitur ꝙ
mobile ſecundum omnem differentiam poſitionis
mouebitur ſic ergo patet quomodo non eſt ponen-
dum aliquod vacuum ſeparatum a corporibus et
receptiuum corporum tanqꝫ quoddam ſpacium ex
iſtens inter latera continentis et hec ē prima opi
nio de vacuo.

¶ Secunda eſt ponentium vacuum non eſſe ſpa-
cium totaliter ſeparatum ſed imbibitum corpori-
bus naturalibus ſicut aqua cum tenetur in forami
nibus ſpongie et ſic poſuerunt democritus et leu
ſipus Democritus dicebat corpora cōponi ex mul
tis athomis et intermedia illorum ponebat vacu
um vbi nos dicimus eſſe poros et dicebat oīa cor
pora componi ex pleno et vacuo et dicebat ꝙ per
iſtas vacuitates fiebat nutritio augmentatio ⁊ ra-
refactio et quidam poſuerunt vacuum corporibus
imbibitum et non ſolum inter poros ſed dicebant
ꝙ erat quedam dimenſio exiſtens penetratiue cū
locato et ſimul mouetur cum eo deferendo ipſū lo
catum ſicut vtres ea que in ipſis continentur ⁊ per
hoc differebant a prima opinione.

¶ Tertia eſt opinio pitagoricorum non naturali
ter loquentium qui dicebant extra celum eſſe ma-
gnum ſpacium et infinitum et credebant illud eē
animal quod per ſuam reſpirationem cauſabat in
iſtis inferioribus diſtinctionē que non poteſt fieri
per plenum per quod res magis continuantur iō
dicebant ꝙ diſtinctio rerum fit per interpoſitionē
eiuſdem vacui.

¶ Concluſio ad philoſophū pertinet determina
re de vacuo probatur quia ad ipm pertinet deter-
minare de loco ergo et de vacuo qꝛ per ſimiles ra-
tiones quidā crediderunt vtrumqꝫ eſſe.

¶ Concluſio ſcda nullū eſt vacuum hoc quidā an
tiquorū voluerūt probare oſtendēdo ꝙ aer aliqd
ſit ⁊ ꝑ pñs plenū aere non eſt vacuum ſed hec ratio
nō eſt vl'is qꝛ non ſequit̄ plenū aere nō eſt vacuꝫ
ergo vacuū nō eſt Aſſumptū aūt probant dupliciť
qꝛ vtres pleni aere ſubſtinent magnū pondꝰ ergo
aer eſt aliquid et fortis. Secūdo de clepſedra re-
pleta aqua cuiꝰ ſi ſuperius foramē obſtruat̄ nō ca-
det aqua per foramina inferiora ⁊ hoc qꝛ ſcđꝫ eos
aer interius exiſtens ſuſtinebat aquam ergo aer ē
aliquid S. T. dicit le. 9. ꝙ clepſedra eſt vas quod
furatur aquam quo forte irrigantur ortus et dice-
bāt ꝙ quando aqua intrat tale vas ſimul intrat
aer Et nota ꝙ aer parum ſenſibilis eſt ſentitur ta
men a tactu tempore hyemali per ſuam frigidita-
tē et a viſu per lumen exiſtens in eo ſubiectū ei ſē
titur per accidens ſibi inherens ſecundum ſignuꝫ
anaxagore non videtur verum quia remouendo di
gitum a foramine ſupiore tunc aqua exit ergo aer
ſuſtentans non impediebat exitum aque.

Item antiqui male diffiniuerunt vacuum dixerūt
enim vacuuꝫ eſſe in quo nullū eſt corpus ex eo ꝙ va
cuum eſt in quo nichil eſt et ſecūdū eos omne ens
eſt corpus et quia credebāt omne corpꝰ eſſe graue
vel leue diffinierunt vacuum eſſe in quo non ē gra
ue vel leue Sed contra tunc punctum eſſet vacuū
quia in puncto non eſt graue vel leue ideo aliter
diffinitur vacuum eſt locus non repletus corpore
aptum natum tamen repleri. Querit philoſophꝰ
vtrū ſi in aliquo ſpacio ſit color vel ſonus dicendū
ſit vacuum reſpōdet ꝙ ſi ſit ſuſceptiuum corporis
tangibilis tunc eſt vacuum alias non. Male ergo
dicitur ꝙ vacuū eſt in quo nichil eſt quia dato ali-
quo ſpacio ſine dimenſione vel quantitate in qua
ſit color et in qua non poteſt contineri corpus tūc
tale ſpacium eſt vacuum licet aliquid in eo ſit Tūc
probatur concluſio quia omnis locus eſt reple-
tus corpore eſt enim terminus corporis continen
tis ergo nullum eſt vacuum.

¶ Item videmus ꝙ natura fugit vacuum vñ gra-
uia aſcendunt ne ſit vacuum in vniuerſo.

¶ Tertia concluſio non eſt ponendum vacu-
um corporibus imbibitū vt dicebat democritus qꝛ
ſecundum eos ideo ponitur vt ſit cauſa motus
quia vacuum eſt cauſa grauitatis et leuitatis ſecū
dum eos ergo vacuum non eſt cauſa motus deorſū
ipſorum grauium.

¶ Item vacuum eſt intrinſecum corpori ergo mo
uetur cū corpore ergo eſt ī alio loco cū ergo vacuū
ſit locus ſequitur ꝙ loci erit locus. Item ſi vacuꝫ
eſt cauſa motus ergo ipmmet vacuū deberet velo
ciſſime moueri quod tamen eſt falſum.

¶ Item ſi vacuum eſſet locus ſimul exiſtens cum

ipſo locato ſequeretur ꝙ plures dimenſiones poſ-
ſent eſſe ſimul ſcilicet dimenſiones ipſius vacui ⁊
corporis contenti et pari ratione omnes dimẽſio-
nes poſſent eſſe ſimul quod eſt falſum quia ſecun-
dum S. T. hic lec. 13. non poteſt ymaginari ꝙ hec
linea ſit alia a linea ſibi equali niſi inq̃tum yma-
ginamur vtramqꝫ eſſe in alio et in alio ſitu.

¶ Concluſio quarta diuina potentia poſſet eſſe
vacuum quia deus poſſet anichilare omnia elemẽ-
ta et tunc videtur ꝙ inter celum et terrã eſſet va-
cuum et S. Tho. dicit in vacuo poſſe fieri motum
hoc autem non eſſet verum ſi implicaret vacuum
eſſe. Item vel vacuum capitur pro dimenſionibus
ſiue pro quantitate non continente aliquod corpꝰ
et clarum eſt ꝙ deus poteſt facere dimenſiones ſe
paratas vel non capitur pro dimenſione conten-
ta a loco ſed potius pro ipſo loco qui dicit ſuperſi-
ciem cum reſpectu ad primum continens ⁊ hoc to
tum poteſt deus conſeruare deſtructo locato ſꝫ nũ
quid locus ſacramenti euchariſtie eſt vacuũ ſic di-
cit ſanctus thomas tertia parte ꝙ non quia reple
tur ſpeciebus. q. 76. ar. 5. 2m.

¶ Contra hec arguitur per rationes antiquorũ
Primo videntur eñ partes eorum que cõdenſan-
tur conuenire in inuicem et ſic vna pars ſubintrat
aliam ergo in alia ſunt quedam vacuitates. Ante
cedens declarãt quia vas tantũdẽ continet de vi
no cum vtribus q̃tum ſine eis. Item illud quod
mouetur localiter vel recipitur in pleno vel in va
cuo non primum quia tunc duo corpora eẽnt ſimul

¶ Secundo argumentatio fit per receptionẽ ali-
cuius corporis illa autem pars nõ poteſt recipi in
pleno ergo in vacuo ergo habetur intentum.

¶ Item vas plenum cinere vel farina tantũ re-
cipit de aqua q̃tum ſi non eſſent cineres quod nõ
fieret niſi eſſent alique vacuitates inter partes ci
nerum igitur. Item vel in rarefactione vna pars
ſemp cedit alteri et tunc rarefacta vna parte opor
teret totum aerem vſqꝫ ad celum moueri vel vna
pars ſubintrat aliam ⁊ tunc oportet ꝙ in ea ſit que
dam vacuitas.

¶ Tertio arguunt quidam ponendo ꝙ duo corpo
ra plana ſe tangant et ſeparentur tunc aer ſubin-
trans prius perueniet ad extrema q̃ ad media il-
lorum ergo in illo priori erit vacuum in medio.

Item volo ꝙ tota inferior pars dolij auferatur
tunc manifeſtum eſt ꝙ vinum inferius exibit et ſic
deſcendet ergo in parte ſuperiori dabitur vacuum
quia pono ꝙ ſuperiꝰ nullus aer poſſit ſubintrare.

¶ Quarto ponatur os follis in foramine alicuiꝰ
vaſis ſic ꝙ occupet totum illud foramen et non ſit
aliud in ipſo vaſe et eleuentur latera follis tunc
aer exiſtens in illo vaſe ingreditur follẽ ergo vas
remanet vacuum.

Item impleatur vas fortiſſimum aqua calida ⁊ ob
ſtruatur et poſtea congeletur illa tunc manifeſtũ
eſt ꝙ minorem locum occupabit quia condenſatur
per frigiditatem ergo in aliqua parte manebit va
cuum.

¶ Quinto locus eſt cauſa motus naturalis ſꝫ nõ
eſt cauſa inq̃tum plenus eſt quia vt ſit. impedit re
ceptiuum alterius corporis quod ad ipſum natu-
raliter mouetur ergo eſt locus inq̃tum eſt vacuũ.

Item materia eſt locus forme vel cauſa muta-
tationis ad formam ratione priuationis et caren-
tie ergo vacuum quod dicit priuationem eſt cauſa
motus ergo vacuum eſt.

¶ Sexto bene ſequitur vacuum eſt locus non re
pletus corpore ergo vacuum eſt a propoſitione de
eſt tertio adiacente ad propoſitionẽ de ſecũdo vel
a coniunctis ad diuiſa quia eſſe vacuum eſt coniũ
ctum et eſſe eſt pars eius.

Item omnis locus eſt ſed vacuum eſt locus er-
go vacuũ eſt. Item extra celum nichil eſt ergo ibi
eſt vacuum. Item annichilet deus elementa cum
ſint corruptibilia non autem tunc queritur vel par
tes celi iungent ſe et tunc celum deſtrueretur vel
non et ſequitur ꝙ natura tunc non abhorreret va-
cuum. Forte negas quia inter duo inſtantia neceſ
ſario mediabit tẽpus ergo eſt medium inter oriẽs
et occidens alias eſſent immediata et ſimul quia
illa ſunt ſimul que non habent mediũ 5°. phiſi. t.
c. 22. ⁊ que non diſtant diſtantia aũt non eſt niſi in
medio reali. Cõtra deus poteſt diſticta ſeparare.

¶ Octauo arguitur Nam ſi aliquod vas ſit reple
tum aqua tunc illud poteſt ad hec recipere dena-
rios ergo in pecunijs eſt ponendum vacuũ vel in
ipſa aqua.

¶ Item infra teſtam omni nõ fractã aliquando
reperitur aliqua concauitas in qua nullum corpꝰ
videtur eſſe igitur eſt ponendum vacuum. Ante-
cedens pꝫ qꝛ ſi eſſet aliquod corpꝰ maxĩe eẽt aer
ſed hoc non eſt dicendũ igitur Minor patet quia
per teſtam non poteſt intrare aer Poſſet enim ali
quis ad hoc dicere ꝙ aliqua portio cui euaporatur
et ĩ aerẽ reſoluitur et ꝙ talis aer talem concaui-
tatẽ reperiret. Contra quia ex vno pugillo aque
fiunt decem aeris ergo aer multo maiore locum oc
cupat q̃ occupabat illa pars oui que eſt in aerem
cõuerſa quod tamen ibi non videt̃ fieri poſſe poſſi
bile igitur ibi eſt ponendum vacuum.

¶ Nono arguitur ꝙ vacuum per potentiã ſuper
naturalem non poſſit eſſe quia ſi deus faceret va-
cuum tunc faceret nichil cum vacuum nichil ſit cõ
ſequens falſum eſt ergo et antecedens.

Item implicat cõtradictionem vacuum eſſe ergo
vacuum non poteſt eſſe per potentiã ſuper natu-
ralem Antecedens patet quia bene ſequitur ibi
eſt vacuum ergo ibi non eſt locus conſequens pꝫ
quia locus dicitur relatiue ad locatum ſed ſi vacuũ
eſſet non eſſet locatum in eo ergo non eſſet locus
Etiam bene ſequitur vacuum eſt ergo locus eſt qꝛ
vacuum eſt locus non repletus corpore aptus na
tus repleri ergo ſi vacuum eſſet locus eſſet ſed iſte
implicant locus eſt et locus non eſt cum iſta locus
nõ eſt inferat iſtam nullus locus eſt que eſt cõtra-
dictoria iſtius locus eſt.

¶ Decimo ꝯtra diffinitionẽ vacui ꝓbãdo ꝙ pũctũ
ſit vacuũ qꝛ pũctũ eſt locus non repletꝰ corpore ꝙ
enim ſit locꝰ pꝫ qꝛ angelus poteſt eſſe in puncto et

vnum punctum poteſt eſſe in alio vel ſimul cuꝫ eo. Item ſecundum ariſtotelem vacuum non eſt cau-ſa motus ergo ad phiſicum non pertinet determi-nare de vacuo. Item arguitur ꝙ motus natura-lis non eſt prior violento quia poſterius non eſt ſine priori ſed motus violentus eſt ſine naturali vt patet quando graue mouetur ſurſum tunc ibi eſt motus violentus ſine naturali ⁊ nullus eſt ibi na-turalis actu.

¶ Ad primum dicit ſanctus thomas vinuꝫ in vtri bus condenſari et ideo antiqui putabāt ꝙ vna ps ſubintraret aliam quod tamen non eſt verum alij dicunt ꝙ vtres inbibunt vinum et ideo videntur ſimul eſſe cum vino nec eſt credendum ꝙ vas cum vtribus tantuꝫ contineat vinū ſicut prius. Ad ali-ud dicitur ꝙ motuꝫ localiter recipitur in pleno qđ condenſatur adueniente alio corpore. Sed cōtra non frigeſit ergo nō condenſatur Negatur conſe quentia quia modicum poteſt aliquid condenſari dato ꝙ non frigeſiat.

¶ Et per hoc patet ad ſecundum de cineribus di citur ꝙ cineres conſumunt aquam et in ſe habent poros et ideo videtur ꝙ tantumdem cōtinetur in vaſe de aqua ſicut prius. Aliud ſoluitur ſicut pri-mum Unde quando vnum corpus rareſit tunc cor pus circundans aliquando condenſatur et oppo-ſito modo dicatur quando aliquid condenſatur ra-rum enim et denſum oppoſito modo ſe habent et contrariantur. Sed contra idem eſt rarum et den-ſum ergo non contrariantur. Antecedens patet quia aqua eſt rara ⁊ denſa. Item arguitur ꝙ ni-chil ſit magis raruꝫ quia partes vniuſcuiuſ rei ſunt ita propinque ſicut prius quia ſemper in con tinuo partes ſunt immediate. Item ſequeretur ꝙ terra poſſet eſſe magis denſa ꝗ̄ modo ſit et ignis magis rarus et per conſequens moueretur magis ſurſum. Item per idem terra moueretur magis de orſum ꝗ̄ modo que tamen modo deſcendit vſ ad centrum. Item tunc ex vno pugillo terre genera-rentur pluſꝗ̄ decem aque contra ariſtote. quia ex decem pugillis aque poteſt fieri vnus pugillꝰ ter re et ex qualibet decima parte poterunt generari decem pugilla aque. Dicendum ad primuꝫ ꝙ hoc eſt reſpectu diuerſoruꝫ. Ad aliud dicitur ꝙ partes mediate non ſunt ita propinque ſicut prius. Ad aliud dicitur ꝙ dato ꝙ terra eſſet magis grauis ta men non moueretur ad locum magis deorſum li-cet velocius moueretur. Ad aliud dicitur ꝙ dictuꝫ philoſophi intelligitur de terra exiſtēte in ſua na turali denſitate.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ ſecundum aliquos nūꝗ̄ duo corpora plana poſſunt ſe tangere ſed contra acer planus poteſt tangere aquam et tunc redit difficultas in ſeparatione iſtorum corporum. Item due medietates lapidis ſe tangūt. Item la pis proiectus contra alium frangit eum ergo tan-git ipſum. Item quid impedit groſſiſſimum lapi-dem ne deſcendat donec tangat alium ſed de hoc in ſecūdo de anima. Alij dicūt ꝙ illa corpora non poſſent ſeparari ſecunduꝫ omnes partes ſimul vt puta ſi ponatur ꝙ aqua immediate tangat ace-rem et ibidem congeletur tunc vnum corpus pla-num tanget aliud ſed non poterit ſeparari niſi frā gatur. Ad aliud dicitur a quibuſdam ꝙ vinum non exibit ſed contra eſt corpus graue ergo deſcendit. Item queritur a quo detinetur dicūt ꝙ detinetur a natura vniuerſali que abhorret vacuuꝫ quod pa tet ad ſenſum non enim vinuꝫ faciliter exit niſi de tur ſibi ventus.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ latera follis poterunt frangi ſed non ſeparari notabiliter Et ita dicatur ad aliud.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ locus non eſt cauſa mo-tus aliquoº pretacto ſed propter conuenientiam quam habet cum locato. Ad aliud dicitur ꝙ priua-tio non eſt cauſa generationis per ſe quia nichil influit.

¶ Ad ſextum dicūt quidā ꝙ ille propoſitiōes ſūt de actu ſignato vt ſenſus ſit vacuum eſt locus id eſt ſignificat locum vacuum tamen nichil eſt. Alij negant illas conſequentias ſicut nō ſequitur adā eſt homo ergo adam eſt. ſed iſtud eſt logicale. De oriente autem et occidente an tunc diſtarent dici tur ꝙ ſic priuatiue vel diſtātia eēt in altero illoꝝ ⁊ nō ēi medio necē ſimile de tpeꝫ deꝰ vtrūꝗ poſſit deinde dicitur ſecundū ſan. tho. ꝙ extra celū non eſt vacuum. Sed nonne corpus vnius beati exnſ extra celum eſt in vacuo cum non ſit in pleno dicit S. T. 3. par. q. 57. ar. 4. ad. 2m. ꝙ extra celum non eſt natum eſſe corpus localiter ita ꝙ non eſt ibi lo cus ſuſceptiuus corporis. Sed nonne inter duas manus beati exiſtentis extra celum eſt vacuum ſi ſic videtur ꝙ beatus naturaliter poſſet facere va-cuum quia naturaliter poteſt ire ſupra celum em-pireum ſecundum. S. T. quo. 6 ar. 3. Item ſi cor pus chriſti ſit extra celum quomodo ergo poteſt vi deri ab oculo corporali a beatis cum ibi non ſit me dium per quod multiplicentur ſpecies in oculis eorum que ſunt a latere ſed de his alias.

¶ Ad octauum dicitur a quibuſdam ꝙ per ſiccita tem pecunie aliqua pars aque conſumitur Dein-de dicitur ꝙ per teſtam oui que eſt poroſa tranſit aer.

¶ Ad ſecundũ dicunt quidꝫ ꝙ motus eſt in inſtãti ſcđm ꝙ diuiditur ad diuiſionẽ ſubiecti non aũt ſecundum ꝙ diuiditur diuiſione tẽporis. Ad aliud dicit. San. Tho. hic lec. 7. ꝙ non ſequitur ſi aliquid quieſcit in toto tempore ꝙ quieſcat in vltimo eius indiuiſibili Sed ariſtoteles hoc ꝯcludit hic ex hoc quod ponitur ab aduerſario Alias viderẽtur ꝯtraria ſimul eẽ in eodẽ vt ſi petrus ꝑ totã horã preteritã ſit albus et per totã horam futurã ſit niger tũc ſi predicta cõſequẽtia valeret in inſtanti medio ſimul eſſet albus et niger et ideo bene dicit phũs in 8. phi. ꝙ ſi aliquid ſit albũ in toto tẽpore ꝑciſe tunc in quolibet inſtanti erit albũ ꝑter q̃ in vltimo. Ad aliud dicit. S. T. hic lec. 5. ꝙ contigit ſimul alterari et 8. phi. lec. 5. videtur ꝙ motus augmẽtationis non ſit continuus Nec diuiditur ad diuiſionẽ tꝑis et ita videtur dicendũ de alteratione. Et ſi dicatur prius dictum eſt ꝙ motus et tempus ſimiliter diuidũtur dicit. San. Tho. ꝙ hoc intelligitur de motu in cõmuni non applicãdo ad determinata mobilia Sed cõtra tunc ad qualitatẽ non eſſet per ſe motꝰ quia qualitas poteſt aquiri ſine motu per ſolã mutationem. Item mobile dũ mouetur parti eſt in termino a quo et parti eſt in termino ad quẽ ſcđꝫ phm̃ hic et ex diffinitione motus ergo qualitas non producitur indiuiſibilit̃ ſine ſubito. Forte dicis ꝙ primus calor dicitur acquiri ſucceſſiue propter diſpoſitionẽ preuiã ſꝫ tunc queritur quid eſt illa diſpoſitio preuia vel eſt qualitas prima vel ſecũda. Item ſi illa ſucceſſiua diſpõ preuia ſufficeret ad hoc ꝙ ad qualitatem eſſet per ſe motus ſequeretur ꝙ ad ſubãm eſſet per ſe motus. Itẽ ſi vnus gradus caloris poteſt acquiri ſubito ergo et omnes ſimul quod eſt contra expientiã et patet ꝯña quia oẽs ſũt eiuſdem rationis. Ad hec dicetur 8 phi. determinãdo an ſolus motus localis ſit cõtinuus. Et quidam dicunt ꝙ ꝯmen. in hac materia ſibi ipſi cõtradicit vel ꝙ ſolus motus localis eſt ꝯtinuꝰ cõtinuitate ꝑpetuitatis Alij aũt motꝰ pñt eẽ ꝯtinui ꝯtinuitate pui tẽporis. Alij dicũt ꝙ aliq̃ alteratio ſcꝫ ad minimũ naturale eſt in iſtanti reſiduũ aũt in tempore ⁊ per hoc patet ad alia. Ad aliud de ꝯtradictorijs dicunt quidam ꝙ illa ſunt cõtradictoria que ſunt accepta pro eodẽ tẽpore vt patet per diffinitioneꝫ cõtradictionis poſitaꝫ p̄io elen. et ideo nõ eſſe caloris vt preceſſit in vltimo in inſtanti mutationis ⁊ eſſe caloris ſuſceptũ in alio non ſũt cõtradictoria. Cõtra ꝯtrarium ſuccedens contrario eſt et vere contrariũ ſed in contrarijs includitur cõtradictio. Item alique mutatiões ſũt inter ꝯtradictoria. Et manifeſtum eſt ꝙ illa non ſunt ſimul ergo ad cõtradictionem ſufficiunt diuerſa inſtantia vel tempora. Dicẽdum ergo ꝙ ſi calor nunc nõ ſit ⁊ imediate poſt hoc erit tunc in nullo inſtanti primo erit ſicut nulleſt inſtans imediate poſt iſtud futurũ Sed contra vel illud quod eſt imediatuꝫ huic inſtanti eſt diuiſibile vel indiuiſibile Dicendũ ꝙ huic inſtanti imediate ſuccedit tẽpus non aũt inſtans Sed contra tempꝰ non eſt in actu niſi per ipſũ. Dicatur ſicut in 4 phi.

¶ Ad tertiuꝫ patet ex dictis Sed dices ſi ab aliq̃ agente illuminatio poteſt fieri in inſtanti ergo ab agente maioris virtutis poteſt fieri in breuiori mẽſura q̃ in inſtanti Negatur cõſequẽtia Sed bene in eodem inſtanti agẽs maioris virtutis poterit ꝓducere maius lumẽ Et ita dicatur de viſiõe que fit in inſtanti. Ad aliud dicitur ꝙ in motu recto nõ cõtingit fieri niſi id quod contingit factũ eſſe.

¶ Ad quartum patet ex dictis. ¶ Et ad quintuꝫ dicetur ſecundo de aïa. Ad aliud negatur ꝯña Sꝫ bene ſequitur ꝙ tunc incipit motus Nec punctum pertranſitur per ſe.

¶ Ad ſextum dicitur ꝙ aliquis calor fit ſubito Sꝫ hoc non eſt per motum proprie dictũ. Sed contra ſequeretur ꝙ agens naturale eſſet infinite virtutis quia producere aliquem calorẽ in certo tẽpore eſt certe virtutis Et producere ĩ minori tẽpore eſt maioris virtutis ergo producere in inſtanti eſt infinite virtutis et eodẽmodo ar̃. ꝙ producere volitionem in inſtanti non obſtante difficultate et contrarietate prouenIente ab apppetitu ſẽſitiuo ſit infinite virtutis. Item ſi calor ſubito produceretur ergo etiã motus localis in vacuo poſſet ſubito et in inſtanti produci. Negatur conſequẽtia quia iſta ſubita productio prouenit ex hoc ꝙ minor calor non poteſt per ſe ſtare. Quidam tamen propter hec dicunt intellectiones et viſiones fieri ĩ tẽpore quia ponatur ꝙ in hoc inſtanti producat viſio primo ſequitur ꝙ ſi viſibile ĩciperet recedere a viſu viſio haberet vltimũ inſtans ſui eſſe Forte dicis ꝙ non qꝛ vi-

ſibile adhuc ſufficit cauſare aliq̄ꝫ viſioneꝫ licet magis remiſſam. Sꝫ contra ergo viſio precedens nō fuit prima q2 quando viſibile approximabatur tūc quacunq̄ꝫ ſpecie data pri⁹ produxit aliquaꝫ magis remiſſā quia propter elongationē erat minoris virtutis ergo remiſſius īmutabat ſenſū. Sed iſtud videtur eſſe cōtra phm̄ vt dicetur ſcdo de aīa ſed an mutatio de contrario in cōtrarium ſit in inſtanti videtur ꝙ non q2 inter contraria mediata eſt mot⁹ ergo mutatio de vno in aliud eſt per motum ſꝫ contra de minima albedo intenſiue ſemp fit in īſtanti Itē inter contraria eſt mediū queritur ergo de illo medio an eſt mediatū vel imediatum ſi primū cuꝫ non proceditur īfinitū ſeqtur ꝙ eſt deuenire ad īmediatum et tunc queritur an mutatio ab illo in aliud ſit in īſtanti ſi ſic ſequiť ꝙ aliqua alteratio eſt in inſtāti, qḋ concedo ſed dubiū ē an oportet ſemp tranſiri mediū colorē ad tranſendū ad albedinē videtur ꝙ ſic ex diffinitione medij 5° phi. Medium eſt qḋ mutans primo attigit Cōtra prodig⁹ fit auarus abſq̄ꝫ hoc ꝙ ſit liberalis. ſan. tho. de veri. q.

¶ Ad ſeptimū cōcedo agēs naturale poſſe corrūpere et agere in inſtāti. Sed contra Actiones aīe menſurantur tempore per accidens vt dicit S. T. in. 1. propter corp⁹ quod tp̄i ſubijcitur ergo omnes actiones rerum corruptibiliuꝫ mēſurantur tēpore Negatur cōſequentia quia in aliquib⁹ actionibus aīe eſt ſucceſſio que tēpore menſuratur Holcot. et Monachus nitītur ſoluē argumenta ꝓbātia agēs naturale poſſe agere in inſtanti.

¶ Ad 8m dicitur ꝙ btūs habet illud quod vult ꝑ tēpore pro quo vult Ad aliud patuit 4° phi. Et ſi q̄ratur an motus angeli extra celū debeat dici mot⁹ localis cum nullo ſit in loco. Quidam dicunt ꝙ ſic ſed non eſſet motus vniuocus cū alijs quidā querunt an motus lapidis a deo extra celū eſſet in tēpore noſtro dicitur ꝙ iſte queſtiones non ſunt phiſice ſed preter naturam.

¶ Ad nonū dicunt quidā ꝙ datur termin⁹ ⁊ iniciū ſed illud licet ſit indiuiſibile tamē non vocatur mutatum eſſe ſed cōtra ex hoc ꝙ ſortes imediate poſt hoc mouebitur nichil reale nunc cauſatur in ipſo. Item phi. dicit hic ꝙ datur primum in quo mobile mutatum eſt et illud eſt indiuiſibile Dicendū ꝙ datur primū eomō quo declaratū eſt ī cōcluſione. Deinde dicitur ꝙ motus terminatur extrīſece a parte ante. Sed arguiť datur prima quies ergo et primū mutatū Añs patet quia in quiete non ſūt partes ⁊ in primo inſtanti in quo res eſt ī loco naturali in illo quieſcit in ſuo loco naturali dicendum ꝙ hoc eſt falſum. Sed dices augeatur motus continue tunc queritur an gradus motus vt octo ſit per inſtās an per tempus ſi primum ergo etiā quies poteſt eſſe ꝑ inſtans ſi ſecunduꝫ contra per nullum tempus eſt ſub illo gradu dicendum. ſecundum aliquos ꝙ gradus motus localis difformis eſt ipſū mutatū quod eſt in inſtanti. Alij negant omnes gradus Sed q̄ritur ſi motus petri in iſta hora augeať vſq̄ꝫ ad octo quando erit iſte gradus vt octo vel in inſtanti terminatiuo et hoc non quia tunc nō mouebitur. Nec ante quia iſte motus non terminabitur ante hoc inſtans. Poteſt dici ꝙ iſte motus terminatur extrinſece ad gradum vt octo Nec oportet omnē motum haberet terminū intrinſecum vt patet de alteratione quando ex aere fit ignis q2 fit reſolutio vſq̄ꝫ ad nudā materiā et ideo precedens alteratio nō terminatur intrinſece q2 ſubiectū in fine non eſt et ſic non omne mobile in termino motus quieſcit

¶ Ad decimū dicitur ꝙ ante oēm motum eſt mot⁹ ad iſtum ſenſum ꝙ in quolibet motu ſunt plures ꝑtes quarum vna eſt ante aliam vel dicitur ꝙ medietas hore diciť eſſe ante totā horā termīatiue ideſt terminatur anteq̄ꝫ tota hora terminetur.

¶ Ad vndecimū ſatis patet ex dictis vnde dico ꝙ nunq̄ꝫ motus ſcd̄m ſe totum continuus habet primum mutatum quia mutatum vocať termin⁹ alicuius motus. Sed queritur an generatio habet primum mutatum Uidetur ꝙ ſic quia generatio non eſt motus proprie dictus vnde ſimul aliquid generatur et genitū eſt Sed contra mutatum eſſe diciť terminus motus Et forma q̄ generatur eſt diuiſibilis ergo generatio non fit in inſtāti ſed ſucceſſiue Negatur cōſequentia quia generatio non eſt diuiſibilis diuiſibilitate tp̄is ſꝫ ſubiecti Ad aliud diciť vt ſupra.

¶ Ad duodecimum poteſt dici ꝙ aliquid mouetur per accidens quod prius non mouebatur quia pri⁹ non erat Alij dicunt ꝙ iſta in principio non mouētur ſed incipiunt moueri.

¶ Ad tertiūdecimū negať añs deſn̄ dr̄ ꝙ priuatie oppōita aliqḋ addūt ſup cōtradictoria. Et ideo nō oportet alterū eorū in eſſe. Ad aliud dr̄ ꝙ ibi nō eſt quies proprie dicta vel vnū inſtans ſupplet vicē duoꝝ. Ad aliud negatur ꝯn̄a Quidā dicit ꝙ motus eſt in inſtāti ꝑ accidens ſcꝫ ratione ſubiecti ſꝫ ꝑ ſe eſt in tempore Ad aliud dicitur negādo maiorē.

¶ Ad 14m dicit. San. Tho. hic lec. 3. Eo° vt dictū eſt in argumēto vnde ſicut dicim⁹ ꝙ nō impeditur ex ratione forme ſolis eſſe plures ſoles ſed ex hoc ꝙ tota materia ſpeciei ſub vno ſole continetur ita eſt de cōmuni natura mot⁹ ex qua non prohibetur quī motus poſſit eſſe in infinitū velocior Et tunc.

¶ Ad 15m negatur ꝙ repugnet ei ex cōmuni ratione motus q2 maior velocitas non habet oppōnem ad cōmunē rationē motus. Et ſi dicať hoc nō ſuffīcit ad inten°nem phi q2 aduerſarius dicet ꝙ non eſt dabilis velocior ꝑpt̄ defectū pote͂ de h° alias

Ad quartū ſic ꝓcediť. Uidetur ꝙ motus non ſit quia partes eius nō ſunt: ergo motus nō eſt patet ꝯſequētia quia effectus nō poteſt eſſe ſine cauſa ſua q̄tuꝫ ad eſſe ſed motus dependet a ſuis partibus tanq̄ꝫ a ſuis cauſis quo ad eſſe ergo ſi partes non ſint nec motus erit añs patet q2 nō ſunt cauſe quo ad fieri quia nō efficiūt Sed contra eſt. phūs.

¶ Reſpondeo dicēdū ꝙ philoſophus poſtq̄ꝫ oſtēdit de diuiſione motus et ordine partium eius ꝯſequenter agit de ſtatu ⁊ quiete ꝑ q̄ ſit pria cōcluſio.

¶ Omne quod ſtat moueť p3. q2 ſtare dicit tendētiam ad quietē ſꝫ impoſſibile eſt ꝙ aliqḋ ſimľ quieſcat ⁊ tendat ad quietem ergo qḋ ſtat mouetur. Ex

hac cōcluſione ſequit ꝙ oē quod ſtat: ſtat in tēpore
pꝫ. quia quod ſtat mouet ſed oē mobile mouet in tē
pore ergo vlterius ſequit ꝙ in ſtatu nō eſt dare pri
mū. quia ſtatus non eſt in indiuiſibili tēporis ſicut
neqꝫ motus ſed omne tempus eſt diuiſibile in infi-
nitū ⁊ in infinito nō eſt dare primū ergo in ſtatu nō
eſt dare primum.

¶ Secunda cōcluſio In quiete nō eſt dare primū
patet qꝛ oīs quies eſt in tēpore ergo. ⁊c̄. aīs patet
ſicut probatū eſt de motu: qꝛ motus ⁊ quies oppo-
nunt. ſꝫ eadē eſt mēſura ꝯtrariorū ergo Ex hijs pꝫ
differētia inter motū ⁊ qetē qꝛ illud dr̄ qeſcē qđ 2[m]
ſe totū ⁊ ſuas ptes ſimiliter ſe habꝫ nūc ſicut pri⁹ ſꝫ
īpoſſibile ꝙ illđ quod mouet ſimilit ſe hēat gº. ⁊c̄.

¶ Concluſio. 3ª. Mot⁹ ē patet qꝛ iudiciū ſumēdū
eſt a bene diſpoſitis. Sed bene diſpoſiti in ſenſib⁹
iudicant motū eſſe ergo motus eſt. Aduertendum
tamē ꝙ iſta concluſio ſcđm philoſophū nō indiget
probatione ſed preſupponit in philoſophia natu-
rali vnde idē dicit ꝙ licet aliqui hoc negauerit ver
bo non tamen mente

¶ Contra hanc cōcluſionē ar. ſex rationib⁹ zeno-
nis recitatis a philoſopho quarꝫ prima eſt talis.
Si aliqđ poſſet moueri de loco ad locū pri⁹ ptinge
ret ad mediū ſpacij qꝫ ad tminū ⁊ adhuc pri⁹ ad me
diū medij qꝫ ad mediū ⁊ cū ſpaciū ſit diuiſibile in in
finitū oporteret mobile infinitas partes pertran-
ſire ſed hoc eſt impoſſibile ergo.

¶ Scđa ratio q̄ in textu dicit achiles Si poſſibile
eſſet aliquid moueri de loco ad locū ſequeret: ꝙ ve
lociſſime motuꝫ nunqꝫ attingeret tardiſſime motū
ꝯn̄s eſt fl̄m ⁊ patet ꝯn̄a qꝛ ponatur velociſſime mo
tum in principio alicuius ſpacij ⁊ tardiſſime motū
in medio et ſimul incipiant moueri Cum ergo velo
ciſſime motū non perueniat ad illud mediuꝫ niſi in
tempore vel ergo cum illic pueniet adhuc ibi erit
tardiſſime motū vel in aliquo pūcto anteriori ſi ſit
adhuc ibi cuꝫ adhuc prius eſſet ſequitur ꝙ quieuit
et tamē ponebatur ipſa ſimul incepiſſe motū ergo
Si ſit in aliquo pūcto anteriori cū velociſſime mo
tum a medio ad illū punctū non veniet niſi in tp̄e
argueretur vt prius et ſic velociſſime motū nunqꝫ
poterit cōiungi cū tardiſſime moto.

¶ Tertia ratio nichil mouetur dum eſt in aliquo
loco ſibi equali ſꝫ ſagitta que maxime apparet mo-
ueri in quolibet nunc tp̄is eſt in loco ſibi equali er-
go non mouetur.

¶ Quarta ratio Si poſſibile eſſet aliquid moueri
ſequeretur ꝙ tpūs duplum eſſet equale dimidio ⁊
ecōtra cōſequēs eſt falſum ergo pꝫ cōſequentia ſu
mendo tres magnitudines equales vnā quieſcen
tem que ſit a. a. a. et duas cōtra ſe motas equali ve
locitate ⁊ ſimul incipiāt moueri quarꝫ vna ſit. b. b. b
et alia ſit. c. c. c. ⁊ ponatur pricipiū magnitudinis b
ſupra pricipiū magnitudis a. ⁊ pricipiū magnitudi
nis c. ſupra pricipiū magnitudis b. tūc arguit. Cū
pricipiū magnitudis b. pueniet ad mediū magnitu
dinis a trāſibit totā magnitudinē c. et non trāſibit
niſi mediū magnitudis a. ſꝫ magnitudo c. eſt dupla
medio magnitudis a ⁊ creſcēte magnitudie creſcit
tēp⁹ ſuppoſita equali velocitate ergo tēpus in quo
b. tranſit magnitudinē c. eſt duplū ad tēpus in quo
tranſit mediū magnitudinis a. ⁊ tamē in eodē tem
pore hec duo trāſeūt ergo duplū ē equale dimidio.

¶ Quinta ratio Si eſſet poſſibile aliquid moueri
ad aliquā formā puta de non albo ad albū cū id qđ
mouetur cum mouetur ſit in neutro terminorum ſe
queretur ꝙ inter albū et non albū daretur mediuꝫ
et ſic erit dare medium inter cōtradictoria quod eſt
impoſſibile.

¶ Sexta ratio. illud non mouetur localiter quod
ſemper eſt in eodem loco ſed corpus circulare pu-
ta celum ſemper eſt in eodē loco ergo nō mouetur.

¶ Septimo ar. Si motus eſſet hoc maxime eſſet
qꝛ aliquod mutatū eſſe continuatiuū partiū ei⁹ eſt
ſed probo ꝙ non quia ſequeretur ꝙ motus eſſet in
inſtanti quia aliquod continuatiuū ptiū eius eſt in
inſtanti ergo motus dicetur eſſe in inſtanti. Item
ſi motus diceretur eſſe quia aliquod mutatum con
tinuatiuū eius eſt ſequeretur ꝙ a proportiōe equa
litatis fieret actio patet ꝯn̄a. Ponendo ꝙ mediuꝫ
per quod lapis mouetur ſolum per iſtans termina
tiuum hore ſit equalis reſiſtentie cum virtute moti
ua lapidis tunc patet ꝙ iſte lapis mouetur in pri-
ma hora et in ſcđa. qꝛ medium eſt minoris reſiſten[e]
ergo iſti motus continuantur ita ꝙ in inſtāti termi
natiuo prime hore eſt aliqđ mutatū eſſe iniciatiuꝫ
vnius et finis alterius ergo tūc motus dicetur eſſe

¶ Octauo non ſūt ponēda inſtantia indiuiſibilia
in tēpore ergo nec mutata in motu. Aīs pꝫ qꝛ que-
ro in quo eſt inſtans ſubiectiue vel in ſubiecto diui
ſibili vel indiuiſibili. Si primum ergo eſt diuiſibile
Saltem per accidens ideo eni albedo eſt diuiſibi-
lis quia eſt in ſubiecto diuiſibili. Item ſi mutatū eſ
ſet tunc aliquid ſimul generaretur ⁊ corrūpetur qꝛ
mutatum eſſe ſolum durat per inſtans in motu for
te cōcedis cōtra. 5. phi. dictum eſt ꝙ gn̄atio ⁊ corru
ptio ꝯtrariātur propter oppoſitos terminos ſꝫ qua
litercunqꝫ capiatur corruptio ſemp habet termi-
num oppoſitū termio generationis. Itē quod indi
uiſibiliter corrūpitur corruptū eſt ergo ſi mutatum
eſſe corrumpatur in inſtāti in quo eſt ſequitur ꝙ eſt
et corruptum eſt.

¶ Nono arguitur ad idē Ponendo ꝙ de⁹ creet an
gelum et cū imediate poſt hoc annichilet celo quie
ſcente. Tunc quero an eodem inſtanti numero mē
ſurabitur illa creatio. et annichilatio et tunc ſequi
tur illud inſtans eſſe diuiſibile qꝛ ſcđm vnā parteꝫ
menſurat creationē Si vero ſit aliud inſtans tunc
ſequitur ꝙ inſtans ſit imediatū inſtanti.

¶ Ad primū dr̄ ꝙ ibi ſunt infinita in potētia ineq
lia. ¶ Et ad ſcđm dicitur eodēmodo vn̄ phūs dicit
ꝙ illud ſupadditū de velociſſime moto additur ad
tragediā ideſt admirationē inducēdā Cōmuniter
dicitur ꝙ qꝫlibet partē ꝓportionabileꝫ pertrāſibit
tardiū ante velox Non tamen vltimā medietateꝫ
vel oēs partes collectiue

¶ Ad tertiū dicitur ꝙ mobile in quolibꝫ nūc eſt in
loco ſibi equali quia in nunc non eſt motus.

¶ Ad quartum negatur ſequela Nec opꝫ. ꝙ tran-
ſiens duplicē magnitudinē habeat duplex temp⁹
quando nō ſunt paria. Sꝫ vnū mouet ꝯtra reliquū

¶ Ad quartū negatur ſeq̄la Nec op3 ꝙ trāſiēs du
plicē magnitudinē hēat duplex tp̄s qn̄ cetera non
ſunt paria S3 vnū mouet̄ ꝯtra reliquū. ¶ A 5m dr̄
ꝙ mobile dū mouet̄ ſcd̄3 ſe totū eſt i neutro terioꝝ
ꝯplete ſ3 aliq̄d habet de terio a quo et aliq̄d de ter
mino ad quē S3 q̄ritur ex quo caliditas et frigidi-
tas ſūt ꝯtraria imediata an inter ea poſſit eſſe me
dium vel motus. de hoc ar. ſequente. ¶ Et ad 6m
dictū eſt 4o phi. ¶ Ad 7m ſunt tres modi dicendi
Quidam dicūt motū eſſe in aliquo magno tp̄e ⁊ in
illo magno tēpore dicūt ꝑtes eius eſſe et ſimiliter
motū Vn̄ poſſum9 vti tp̄e p̄n̄ti vna hora vel āno S3
ꝯtra ſic loquēdo diceret̄ ꝙ p̄ria dies āni eſt q̄ tamē
eſt p̄terita. Itē motus iſte incipit eſſe g° imediate
poſt hoc erit ergo ad hoc ꝙ iſte motus ſit nō req̄rit̄
determiatū tp̄us Alij dicūt ꝙ mot9 eſt qn̄ ꝯtinuati
uum ꝑtium ei9 eſt vt dictū eſt 3o phi. Sed cōtra ſeq̄
retur ꝙ ſortes ꝑtranſiuiſſet iſtā leucā ſuppoſito ꝙ
adhoc ſit ſup ſcd̄am medietatem q2 ſua de p̄n̄ti fuit
vera ſc3 ſortes ꝑtrāſit Falſitas ꝯn̄tis p3 q2 iſta leu-
ca nō fuit ꝑtranſita a ſorte dr̄ ꝙ alit̄ d3 poni in eſſe
vt dictū eſt in S ū Alij dicūt ꝙ nunq̄ mot9 eſt ſed
bn̄ fuit vel erit. ¶ Ad 8m dr̄ ꝙ accn̄s indiuiſibile ē
in aliq̄ diuiſibili. vt patet de pūctis. S3 tunc q̄ritur
an in ꝯtinuo duo pūcta ſūt imediata ⁊ ſimiliter duo
inſtantia in tp̄e dr̄ ꝙ non Cōtra inter primū pūctū
et oīa alia collectiue nichil mediat ergo oīa colle-
ctiue ſunt imediata ergo hec eſt vera pūcta in cōti
nuo ſūt imediata primum p3 q2 nulla linea pōt me
diare inter primū punctū ⁊ oīa alia Itē oīa per ni-
chil diſtant a primo. Itē in ſucceſſiuis ar̄ eſſe ſort3
et non eē ſortis ſūt imediata ſ3 eſſe ſortis et eſſe in
ſtantis ꝯuertunt̄ ſic ꝙ qn̄ vnū eſt aliud eſt g° inſtās
eſſe ſortis et inſtans nō eē ſortis q̄ deſinit eſſe ſūt
imediata Itē hec aliud inſtās ab iſto eſt/imediate
an̄ hoc erat vera ergo hēbat ſingularē verā alias in
definita eſſet v̄a tn̄ q̄libet ſingularis eēt falſa Itē
imediate an̄ hoc fuit inſtās ſignet̄ illud ēt cū ſigno
ꝯfuſiuo et vocet̄ a iſtās tūc ſeq̄t̄ ꝙ a inſtās imedia-
te an̄ h° fuit Itē imediate fuit iſtans g° ſine medio
an̄ hoc fuit aliud iſtās vide 4o phi. et burleū i ſexto

A D quītum ſic ꝓcedit̄ videt̄ ꝙ impꝰtibile
ſeu angel9 poſſit moueri Et ar̄ ſic. quia
motis nobis mouent̄ ea q̄ in nobis ſūt
ſ3 pūcta q̄ ſūt indiuiſibilia ſūt in nobis
ergo mouent̄. Forte dicis ꝙ mouent̄ p
accn̄s et nō de p ſe Propterea ar̄ ſic qn̄ aīa ſeparat̄
a corpore mouet̄ p ſe q2 non rōne alterius moti. er
go ⁊c. Sed contra eſt ph̄s.

¶ Rn̄deo dicendū ꝙ aliq̄d dr̄ indiuiſibile dupli̇cit̄
vno° ſcd̄m eſſētiā Alio° ſcd̄m entitatē et iſto modo
capitur hic idiuiſibile Mobile etiā dupl̄r dr̄ vno° p
ſe Alio mō p accn̄s et hoc adhuc dupl̄r q2 aliq̄d mo
uetur p accidēs quod tn̄ natū eſt moueri p ſe aliud
vero quod non eſt natū moueri per ſe.

¶ Cōcluſio prima indiuiſibile ſcd̄m quantitatem
per ſe moueri nō pōt Probat̄ Si poſſit moueri tūc
moueat̄ ex a. in b. vel ergo cū mouet̄ eſt totū i a. vel
totū in b. vel h3 ꝑtem in a. ⁊ partē in b. Nō pōt dici
3m q2 tūc indiuiſibile eſſet diuiſibile Nec ſcd̄3 q2 dū
mobile ſecundum ſe totū eſt in termio ad quē non
plus mouetur ſed motum eſt Nec primum quia du3
aliquid ſecundum ſe totum eſt in termino a quo nō
dum mouetur ſed quieſcit ergo. Secūdo ſic impoſ-
ſibile eſt in motu locali mobile trāſire ſpacium ma
ius ſe quī tranſeat equale ſibi vel minus Sed indi
uiſibile non poteſt tranſire minus ſe ergo ſi mouea
tur localiter trāſibit prius equale ſibi ſed ſi mouea
tur per aliquam totam lineam motus erit equalis
linee quia numerabit et menſurabit totam lineam
per puncta indiuiſibilia ⁊ per ꝯſequens linea erit
compoſita ex punctis quod eſt falſum ergo.

¶ Sed circa hanc concluſionem dubitat̄ an de mu
tabili ſcd̄m q̄ n̄tlibet mutationem intelligatur. Pro
quo ſciendum eſt ꝙ mutationes ſunt in duplici dif
ferentia Quedam enim ſunt ad formam vt ad ſub
ſtantiā q̄n̄titatem et qualitatem Alie ſūt mutatio-
nes ad vbi et ſic differunt q2 omnis mutatio ad for-
mam eſt inter certos terminos ſecundum natura3
Et iō inter ꝯtradictoria aut ꝯtraria ſimpliciter. ſ3 i
motu locali nō ſic oīmode ſ3 q̄n̄q3 ⁊ i q̄buſdā eſt ma-
xima diſtātia ſcd̄3 naturā vt in motib9 natalib9 gra
uium et leuium vbi reperitur contrarietas ſimpli-
citer. ſed in motibus voluntarijs et violentis non
reperitur maxima diſtantia ſimpliciter inter termi
nos illorum motuum ſ3 ſolum ſecundum quid ſc3
ſecundū voluntatē vel maiorem potentiā mouētis

¶ Tunc reſpondēdum ē ad dubiū primo ſecundū
opinionē alexandri dicentis ꝙ nulla mutatio eſt i-
diuiſibilis aut i non tēpore ſed quia hoc eſt contra
cōmune dictū ariſtotelis ⁊ alioꝝ ꝑipatheticoꝝ vt
p3 de illuminatione recitāda ē opinio temiſtij di-
centis ꝙ ſi ſit aliqua mutatio i nō tēpore tamē hec
nos latet modo ariſtoteles ſolū loq̄tur de eo quod
manifeſtum eſt. Tertia opinio ē auēpeche. dicen-
tis ꝙ hic ph̄s non itendit de diuiſione mutabilis
ſecūdū partes q̄n̄titatiuas ſ3 de diuiſiōe qua diuidit̄
ſubiectū i accidētia ꝯtraria quoꝝ vnū i alterū mu-
tat̄ ſicut aqua de frigido i calidū. Quarta ē reſpon
ſio auerrois ꝙ ille mutationes que ſūt i nō tēpore
ſunt t̄mini quorūdā motuū diuiſibilium. Accidit er
go aliquid trāſmutari i nō tēpore inq̄n̄tū ſc3 quilib3
motus t̄minat̄ in iſtāti et q2 illud quod ē p accidēs
p̄termittit̄ in demōſtrationib9 ideo ariſtoteles in
hac demōſtratione vtit̄ ac ſi oīs mutatio ſit diuiſibi
lis ⁊ in tēpore Sed oēs iſte opiniones ſūt ꝯtra opi
nionē ſācti thome ſ3 āteq̄ ponat̄ opinio eius ſcien
dum eſt ꝙ cauſa dubitationis hec eſt quia ſi dicat̄ ꝙ
ratio itelligit̄ ſecūdum quālibet mutationē falſa ē
q2 q̄dā ſūt mutationes idiuiſibiles iter quaꝝ extre
ma nō cadit mediū vt ſūt generatio ⁊ corruptio. Si
dicat̄ de aliq̄bus itelligit̄ ⁊ de aliq̄bus nō ratio par
ticularis ē ⁊ ideo nō ꝯcludit. S3 ad hoc reſpōdetur
ſecūdū btm̄. T. ꝙ iſta obiectio auerrois nō ē ad ꝓ-
poſitū. non enim ariſtoteles in ſua demōſtratione
vtitur ac ſi oīs mutatio ſit diuiſibilis ⁊ in tēpore cū
magis e ꝯuerſo ex diuiſione mobilis ꝓcedat ad di-
uiſionē mutationis. Et ſicut ipſe poſt dicit diuiſibi-
litas p prius ē in mobili q̄ in motu vel mutatione
ſed vtitur principijs per ſe notis que neceſſe eſt cō
cedere i q̄libet mutatione ſcilicet ꝙ illud quod mu
tat̄ qn̄ eſt ſecūdum totū et partes in termino a quo

nōdum mutatur ſcd'm illā mutationem et quando eſt in termino ad quē non plus mutatur ſed mutatum eſt et quod non pōt eſſe in vtroqʒ totum ſed ſicut expoſitum eſt in qualibet mutatione quod mutatur partim eſt in vno termino et ꝑtim in alio. Sʒ hoc diuerſimode inuenitur in diuerſis mutationibus Nam in illis mutationibꝰ inter quarum extrema eſt aliquod mediū ꝯtingit ꝙ id quod mutaẗ duʒ mutatur partī ſit in vno extremo et partim in alio ſecundum ipſa extrema in illis vero inter quorum terminos non eſt aliud mediū id quod mutatur nō eſt ſcd'm diuerſas partes ſuas ī diuerſis extremis. ſcd'm diuerſa extrema ſed ſecundū aliquid adiunctum Sicut cuʒ materia mutatur de priuatione ad formā ignis dum eſt in ipſo mutari eſt quidem ſub priuatione ſecūdū ſeipſā ſed partim eſt ſub forma ignis nō ſcd'm ſeipſā ſed ſcd'm aliquid ei adiūctum ſcʒ ſecundum diſpoſitioneʒ propriā ignis quā partim recipit anteq̄ʒ formam ignis habeat vnde infra ꝓbat ariſtoteles ꝙ etiā generatio et corruptio ſunt diuiſibiles quia quod generatur prius generabatur et quod corrūpitur prius corrumpebatur et forte hocº intellexit alexander ꝙ omnis transmutatio eſt diuiſibilis ſcʒ vel ſecūdum ſeipſam vel ſecundum motum ei adiunctū Sic etiā intellexit temiſtius ꝙ ariſtoteles aſſumpſit id quod erat manifeſtum et pretermiſit quod eſt latens quia nondum erat locus tractandi de diuiſibilitate vel indiuiſibilitate motuū ſed reſeruatur in poſterum in omnibus tamē vel diuiſibilibus vel indiuiſibilibus ſeruatur ꝙ ariſtoteles hic dicit quia que dicūtur indiuiſibiles mutationes ſunt quodāmodo diuiſibiles ſcʒ per ea que eis adiungūtur et hoc eſt quod Auerrois dicere voluit ꝙ hoc eſt per accidens Aliquas mutationes eſſe in non tēpore.

¶ Secūdo hic dubitatur an hec diuiſio ſecundum quā diuiditur mutabile ꝑtim eſſe in termino a quo et partī in termino ad quē ſit accipienda ſecunduʒ partes integrales mobilis aut ſcd'm partes terminorū motus non eñ videẗ verū eſſe in motu alterationis ꝙ id quod alteratur ꝑtim ſit in vno termino et partī in altero ſecundū ꝑtes mobilis dum alteratur non eñ ſic procedit motus alterationis ꝙ prius vna pars alteretur et poſtea altera ſed totū prius eſt minus calidum et poſtea magis calidū vñ etiā ariſtoteles in libro de ſenſu et ſenſato. dicit ꝙ non ſimiliter ſe habet in alteratione ſicut in latiōe lationes nāqʒ rōnabiliter in medio priꝰ attingunt quecunqʒ vero alterātur non adhuc Siliter contigit eñ ſimul totū alterari et non dimidiū prius velut aquā omnē ſimul coagulari. Eſt aūt ad hoc dicēdum ꝙ ariſtoteles ī hoc ſexto libro agit de motu ſecundum ꝙ eſt continuus ꝯtinuitas aūt primo et ꝑ ſe et proprie inuenitur in motu locali tm̄ qui ſoluʒ poteſt eſſe cōtinuꝰ et regularis vt oſtendeẗ in octauo. Et ideo determīationes in hoc libro poſite pertinent quidē ad motū localē perfecte ad alios aūt motus non totaliter ſed ſcd'm ꝙ aliquid continuitatis et regularitatis participāt. Et ideo dicendū eſt ꝙ mobile ſecundum locū ſēper prius ſubintrat locum in quem tēdit ſecundū partem q̄ʒ ſcd'm totū in alteratione aūt aliquoº ſic et aliquoº nō ſic Manifeſtum eſt eñ ꝙ omnis alteratio fit per virtutem agentis quod alterat cuiꝰ virtus q̄ᵗᵒ fuerit maior tanto maius corpus alterare poteſt Quia igitur alterās eſt finite virtutis vſqʒ ad determinatā q̄titatem corpus alterabile ſubditur eiuſ virtuti et ſimlˀ recipit impreſſionē agentis Unde ſimul alteratur totum et non pars poſt partem Et illud alteratum iterū alterat aliquid aliud ſibi ꝯiunctum eſt tamen minoris efficacie in agendo et ſic inde quouſqʒ deficiat virtus alteratiua ſicut ignis calefacit vnam ꝑtem aeris ſtatim et illa calefacta calefacit aliam ⁊ ſic pars poſt partem alteratur vnde et ariſtoteles ī libro de ſenſu et ſenſato ſubiungit Attamē ſi multum fuerit quod calefit aut coagulatur habitum ab habito patitur primum autē ab ipſo faciēte tranſmutari neceſſe eſt et ſimul alterari et ſubito.

Uerūtamen et in hoc ipſo quod ſimul alteratur eſt quādam ſucceſſionē ꝯſiderare quia cum alteratio fiat per cōtactū alterantis partes alterati q̄ᵗᵒ magis appropinquant ad corpus alterans perfectiꝰ et primo recipiunt impreſſionē alterātis et ſic ſucceſſiue ſcd'ʒ ordinē partiū et maxime quādo in corpore alterabili eſt aliquid cōtra reſiſtēs alteranti ſic ergo cōcludit ꝙ id quod mutatur motu locali dū mutatur partim ē in termino a quo et partim ī termīo ad quē et ita vna pars prius peruenit ad terminum ad quē ſipliciter et abſolute in motu locali in motu autē alterationis aliq̄liter vt dictū eſt. Quidam vero ecōuerſo dixerunt ꝙ id quod dicitur hic magis habet veritatē in motu alterationis q̄ʒ ī motu locali dicūt enī ꝙ hoc qd' diciẗ id qd' mutatur partim eſt in termino a quo ⁊ partī in termīo ad quē nō ſic ītelligēdū eſt ꝙ vna pars eius quod mouetur ſit in vno termino et alia in alio ſed eſt referendū ad partes terminorū quia ſcʒ quod mouetur partē habet de termino a quo et partem de termino ad quē ſicut quod mouetur de albedine ī nigredinē primo non habet albedinē ꝑfecte nec nigredinē perfecte ſed aliq̄d participat īperfete de vtroqʒ qd' in motu locali non videtur verū niſi ſecundū ꝙ id quod mouetur dum eſt in medio duorū terminorū quodāmō aliq̄d participat de vtroqʒ extremo ſicut ſi terra moueatur ad locum ignis dū eſt in loco aeris ī ſuo moueri partē habet vtriuſqʒ termini inq̄ᵗū ſcʒ locus aeris et eſt ſurſum reſpectu loci terre et deorſum reſpectu loci ignis.

¶ Hec autem expoſitio extorta eſt et cōtra opinionē ariſtotelis quod apparet.

¶ Primo ex verbis ipſius cōcludit enim. Neceſſe igitur quidē aliq̄d ī hoc eſſe aliud vero ī altero mutantis. i. eius quod mutatur Loquitur ergo de partibus mobilis non de partibus terminorum

¶ Secundo ex eius intentione inducit eum ad ꝓbandum id quod mutatur eſſe diuiſibile quod non poſſet ꝯcludi ex ꝓmiſſis vnde licet auēpeche dicat ꝙ non intendit hic probare ꝙ mobile ſit diuiſibile in partes q̄titatiuas ſed ſecundum formas intentio tamen ariſtotelis eſt oſtendere expreſſe in hoc ſexto ꝙ mobile eſt diuiſibile in ſuas partes q̄titatiuas ſicut et alia continua. Et ſic vtitur in ſe=

quentibus demonſtrationibus Nec hoc videtur eſſe conueniens quod dicunt quidam ꝙ per hoc probatur diuiſibilitas mobilis ſecundum continuitatē quia per hoc ꝙ mobile dum mouetur participat vtrūqꜫ t'minū et non ſtati habet pfecte terminum ad quem manifeſtū ē mutationē eſſe diuiſibilē ſecūdū ꝯtinuitatē ⁊ ꝯñs mobile cum īdiuiſibile nō poſſit īdiuiſibili. ſed hoc nichil valet Manifeſte enim ariſtoteles ī ſequētibus oſtēdit diuiſionem mot⁹ ex diuiſione mobilis vnde ſi intēderet concludere diuiſionem mobilis per diuiſionem mot⁹ eſſet demōſtratio circularis

¶ Tertio apparet hanc expoſitionē eē icōuenientem ex ipſa expoſitione ariſtotelis cū dicit dico autem ī quod mutet primuʒ ſecūduʒ mutationem. Ex quo apparet ꝙ non itēdit dicere ꝙ parti ſit ī termino a quo et partim in termino ad quē propter hoc q̄d ſit in medio ꝙ participat vtrūqꜫ extremū. Sed quia ſcōm vnam partē ſui eſt ī extremo et ſecundū aliam in medio. Sed ꝯtra reſpōſionē beati thome arguit egidius. nā ꝙ alterās pri⁹ alterat vnā ꝑtem quā aliam hoc eſt ꝑ accñs vel q2 nō omnes partes eq̄liter ſubdūtur virtuti alterātis vel quia virtus alterātis fortius attigit ī vnā partē q̄ȝ in aliam Sʒ demonſtratio ariſtotelis debet procedere ex hiis que ſunt per ſe ergo non debet intelligi de diuiſione mobilis: ſecundum partes quantitatiuas. Itē licet in alterationibus que ſunt ab extrinſeco dictum ſancti tho. habeat veritatē nō tamē in hiis que ſunt ab intrinſeco vt in aqua reducente ſe ad frigiditatem in tali eñ alteratione omnes partes mobiles equaliter ſubduntur virtuti alterantis tō non plus alterať vna pars q̄ȝ alia et ideo dicit Egidius ꝙ hec diuiſio in alteratione attendēda eſt ex parte terminorū motus vt dicebat Auēpeche Sʒ in motu locali ſumenda eſt ſecundum partes q̄ntitatiuas mobilis Sed quia omne quod moueť quocunqꜫ motu etiaʒ mobile eſt localiter ideo phūs poteſt concludere ſi omē mobile localiter ſit diuiſibile quantitatiue ꝙ omne mobile eſt diuiſibile Et ideo illa demonſtratio principaliter cōcludit de mobili localiter et per conſequens de aliis. Pro q̄to omē mobile quocunqꜫ motu eſt mobile localiter.

¶ Tertio dubium eſſe videtur cū dicit ariſtoteles in quod primū mutatur. Non enī videtur poſſe accipi in quod primū mutatur aliquid propter diuiſibilitatē magnitudinis in infinitū Et ideo dicendū eſt ꝙ id in quod primū mutatur in motu locali dicit locus qui ꝯtingit locum a quo mutatur ita ꝙ nichil eſt eius. Si eñ acciperetur ſecund⁹ locus qui haberet aliquid primi loci non eſſet accipe primū locum in quē mutatur quod patet ſic Sit locus vnde mutatur aliquod mobile a.b. et loc⁹ ei ꝯtactus equalis ſit b c. quia eñ a.b. diuiſibile eſt diuidatur in pūcto d. et ſumatur de loco b.c. verſus c. ſic ꝙ ſit equale ei quod eſt a.b. et ſic illud g.c. Manifeſtū eſt igitur ꝙ mobile prius mutatur ad locum g.c. q̄ȝ ad locū b.c. et iterū cum a.g. ſit diuiſibile erit accipē aliū locum priorē et ſic in infinitū ergo et ſimiliter in motu alterationis accipiendum eſt in quod primo mutatur aliquid ſicut cū mutatur de albo in nigrū accipi debet fuſcum non aūt minus album.

¶ Quantū ad ſcōm videndum eſt vtrū angel⁹ poſſit moueri localiter Pro quo ſit prima concluſio. Angelus poteſt moueri localiter patet q2 Cui competit eſſe ī diuerſis locis ſucceſſiue illud poteſt moueri localiter ſʒ angelo cōpetit eſſe in diuerſis locis ſucceſſiue ergo poteſt moueri localiter Minor patet quia angelus eſt vbi operatur ſed ſucceſſiue operatur in diuerſis locis ergo ſucceſſiue eſt in diuerſis locis Vel ſic angelus non eſt determinatus ad certū vbi ergo poſt vnū poteſt acquirere aliud. Item aīa a corpore ſeparata pōt moueri igitur.

¶ Secunda concluſio Angelus poteſt moueri de vno loco ad aliū non tranſeundo locū medium ⁊ ille vocatur motus diſcretus Unde poſſibile eſt ꝙ in vno inſtanti ſit in tota iſta ciuitate et in alio inſtanti ſit rome et ſecundum inſtans erit īmediatum primo poteſt tamen moueri motu continuo et pertranſibit oīa media. Primū patet q2 eſt in loco per operationem et operatur vbi vult et poteſt velle operari in extremis ſine medio ergo poteſt ſucceſſiue eſſe in extremis abſqꜫ hoc ꝙ ſit in medio.

¶ Tertia concluſio intelligentia nō poteſt moueri in inſtanti patet quia in motu angeli ſūt duo nūc ergo ibi eſt tempus Antecedens patet quia ibi eſt prius et poſterius. Et ſi queratur an ſit poſſibile ꝙ intelligentia in aliquo toto tempore ſit ī aliquo loco et in inſtanti terminatiuo illius temporis ſit in alio loco. Dicendum eſt ꝙ nō quia omnis mutatio inſtantanea preſupponit mutationem continuam ſicut generatio eſt terminus alterationis materie et illuminatio terminus motus localis corporis illuminantis ſed motus localis intelligentie nō eſt terminus alterius motus continui Nec aliquē preſupponit ſed eſt per ſeipſum a nullo alio motu dependens ergo impoſſibile eſt ꝙ in aliquo toto tempore ſit in aliquo loco et in vltimo nūc ſit in alio

¶ Sed queritur quid diceret philoſophus de motu intelligentiarum Cōmuniter dicitur ſecunduʒ phm̄. 8. phi. T. C. 52. ꝙ intelligentie ſiue motores orbium inferiorum mouentur per accidens ſicut orbes inferiores per accidens mouētur delati ex motu ſuperioris orbis Unde ſicut petr⁹ moueť ad motum nauis ſic intelligentia videtur moueri ad motum orbis in quo eſt. Itē phūs dicit. 2. thopi. ideas ſecundum platonē debere moueri quia motis nobis mouentur omnia que in nobis ſunt ſed intelligentia eſt in celo igitur.

¶ Contra hec arguitur. Et primo ꝙ motus mobile et tempus non ſimiliter diuiduntur nec ſimiliter ſe habent q̄ȝtum ad eſſe finitum et infinitum vt dictum eſt in iſto ſexto quia motus et tempus eſt infinitum non autem magnitudo antecedens eſt notū de motu celi et toto tempore preterito ſecundum philoſophum. Item magnitudo habet partes ſecundum extenſionem non autem motus patet quia motus ſecundum eſſentiam eſt ipſum vbi et relatio. Relatio autem non diuiditur ad diuiſionē ſubiecti ergo nec motus minor patet de paternitate que eſt indiuiſibilis. Item tempus non habet partes ſecundum extenſionem Alias plura tem-

poꝛa eſſent ſimul ergo nec motus Forte dicis ꝙ mo
tus diuiditur ſecundum prius et poſterius quia to
tus motus eſt ſimul. Contra inſtans et tempus ſūt
ſimul vt dicitur quarto phiſico. ergo motus et muta
tum ſunt ſimul ſed mutatum eſſe eſt in inſtanti er-
go motus eſt totus ſimul.
Scōo arꝰ ad idͦ ſeq̄ret ꝙ in celo eſſēt plēs motꝰ ꝓmi
ſcꝫ motus duaꝝ medietatū. Item ſi motus eſſet di
uiſibilis ad diuiſionē ſubiecti quod eſt diuiſibile ſe
queretur ꝙ aīa rationalis eſſet diuiſibilis qꝛ eſt in
ſubiecto diuiſibili Aīa etiā mouetur per accidens
et tamē nō habet motū ergo licet ꝑtes alicuiꝰ mo-
bilis moueantur nō oportet ꝙ in eis ſit motꝰ vt hic
preſupponit phūs. Itē ſi motus diuideretur ſcōm
diuiſionē tp̄is tūc haberet q̄titatē ab illo qͦd eſt fal
ſum qꝛ habet q̄titatē a mobili et ſpacio forte dicis
ꝙ motus hꝫ propꝛiā q̄titatē qꝛ aliq̄n ſpaciū eſt ma
gnum et mobile ꝑuū et ideo nō habet ab iſtis q̄ti-
tatē Contra tūc due q̄titates eſſēt ſimul. ſ. corpꝰ
et motus qui haberet tres dimēſiones.

Tertio vel totū prius mouetur q̄ ꝑtes vel ecō-
uerſo Nō primū qꝛ partes precedūt totū ergo priꝰ
ſunt partes motus q̄ totus motus Nec ſcōm quia
ſi prius eſt motus partiū q̄ totius ergo priꝰ eſt ꝑs
motus q̄ motus totus quod eſt fl̄m quia in ſucceſſi
uis q̄ cito eſt pars tam cito eſt totū.

Quarto motus non habet duplicē q̄titatē quia
due q̄titates nō poſſūt eſſe ſimul ſꝫ motus eſt diui
ſibilis ad diuiſionē tēporis ergo non eſt diuiſibilis
ad diuiſionē ſubiecti. Item motus eſt diuiſibilis ſe
cundum intenſionē qꝛ vnꝰ eſt intēſioꝛ alio et tamē
de hoc phūs non facit menſionem.

Quinto illuīatio fit in inſtanti ergo non diuidi
tur per ſubiectū ſic ꝙ priꝰ illuminet̄ vna ꝑs q̄ alia
Item motꝰ ⁊ id in quo eſt motus ſcōꝫ phm̄ ſimiliter
diuidūtur ſꝫ id in quo eſt motꝰ aliq̄n non diuiditur
vt patet q̄n motus eſt ad qualitatē vnde ꝑ illud in
quo eſt motꝰ intelligitur forma ſcōm quā eſt per ſe
motus Forte dicis ꝙ qualitas diuiditur ad diuiſio-
nem ſubiecti Et ſic eſt q̄ta per accidēs Cōtra ſub-
iectum ſcꝫ ſubſtātia etiā ꝑ accidēs eſt diuiſibilis er
go ſi talis diuiſibilitas ſufficit ad motū ſequitur ꝙ
ad ſubſtantiā erit per ſe motꝰ. Itē bene ſeq̄tur qua
litas eſt per ſe indiuiſibilis ergo nulloͦ ſibi ꝯpetit
diuiſio Sicut homo eſt per ſe rationalis et ideo nō
poteſt eſſe per accidens irrationalis

Sexto Si predicta ꝯſimiliter diuiderentur hoc
maxime eſſet qꝛ in maioꝛi tp̄e pertrāſitur maiꝰ ſpa
cium ſꝫ hoc eſt falſū prīo ſi ſit diuerſa mobilia quoꝝ
vnū mouetur per mediū rarius Itē pono ꝙ mediū
ꝯtinue ꝯdenſet̄ ſic ꝙ in fine ſit eq̄lis reſiſtentie tūc
iſtud mobile in infinitum tarde deſcendet ymo in
caſu ſtaret ꝑ tpūs infinitum ad tranſeundū finitaꝫ
magnitudinē vt ſi angelus moueat lapidē preciſe
ꝑ vnā partē ꝓpoꝛtionabilē in vna hoꝛa tūc ſtaret ꝑ
tēpus infinitū anteq̄ trāſiret illud ſpaciū vn̄ celuꝫ
in tp̄e infinito nō tranſit ſpaciū infinitū ḡ male di
ctum eſt ſupꝛa ꝙ magnitudo finita tranſiri non pōt
in tempoꝛe infinito.

Septimo arꝰ ad idē ꝙ non ſimiliter ſe habēt pre
dicta quo ad eſſe finitū ⁊ infinitū qꝛ ḡnationes ſūt
infinite ſcōm ſucceſſionē et tn̄ nulla magnitudo ē
infinita Añs eſt notū ſcōm phm̄. Itē dictum eſt ſu
pꝛa ꝙ motus eſt velocitabilis in infinitū inq̄tū mo
tus ergo quilibet motus pōt eſſe infinitus Tenet
ꝯn̄a per expōnem propōnis reduplicatiue Ponat̄
ergo in eſſe et habetur intentū. Item ſi a ignis ſū-
me calidus agat in aquā tunc ibi erit alteratio infi
nita quia in infinitum minuetur reſiſtētia aque er-
go in infinitum augebit̄ ꝓpoꝛtio ignis ſuꝑ aquā gͦ
agēs in infinitū augebit ſuā actionem qꝛ velocitas
actionis ſeq̄tur ꝓpoꝛtionē agētis ſupꝛa paſſū et ꝙ
reſiſtētia paſſi in infinitū minuat̄ ſuppono ꝑ caſum
Itē multi dicūt lineā giratiuā eſſe infinitā Et ſatꝫ
patet ꝙ muſca trāſeūdo colūpnā trāſit totā lineā
giratiuā eiꝰ ergo magnitudo pertranſita eſt infini-
ta et tamen motus eſt finitus et econuerſo

Octauo ſi motꝰ diuideret̄ ſcōm priꝰ ⁊ poſteriꝰ gͦ
inter termios motꝰ ſēꝑ eſſet mediū vt hētur in phō
T. C. 40. vbi dicit ꝙ terminꝰ ad quē diſtat a terio a
quo, Sꝫ pꝫ ꝙ hoc ſit fl̄m qꝛ ḡnatio eſt int̄ ꝯtradicto-
ria ergo vnū extremū eiꝰ nō diſtat ab alio qꝛ int̄ cō-
tradictoꝛia nō eſt dare mediū. Itē mobile dū moue
tur ꝑtī eſt in terio a qͦ ⁊ ꝑtī in termīo ad quē gͦ teriꝰ
a quo ⁊ tmīnꝰ ad quē ſil̄ ſūt in mobili. Itē celū mo-
uet̄ localit̄ ⁊ tn̄ ſēꝑ eſt in terio a q̄ ⁊ in terio ad quē.
pꝫ qꝛ celū ſēꝑ habꝫ idē vbi nec habet nūc aliud vbi
nūero q̄ heri Nec tn̄ ſuus motꝰ eſt ocioſꝰ ergo ma-
le dixit phūs ꝙ motꝰ ille ſit fruſtra T. C. 7. quo ali
quod mobile mouetur ad locū in quo eſt.

Nono arꝰ ꝙ īdiuiſibile poſſit moueri qꝛ hͦ dictū
eſt de angelo. Forte dicis ꝙ āgelus non mouetur ꝑ
ſe ſꝫ ad motū alterius. Contra ſecūdū rei veritatē
angelus poteſt moueri localiter ꝑ celū ēpireum et
tamen ibi nullū eſt coꝛpus ꝙ moueatur ergo nō mo
uetur ibi ꝑ accidēs ergo mouetur ꝑ ſe. Item ſpera
ſuꝑ planū mota ſēper tāgit planū in pūcto ergo il-
lud pūctū ꝑtrāſit totam lineam. Nec tamē illa to-
ta linea ꝯponitur ex pūctis ergo licet aliquod īdiui
ſibile moueretur nō ſeq̄tur magnitudinē ꝯponi ex
punctis. Forte dicis ꝙ ille pūctꝰ ꝑ accidēs mouet̄
et ideo nō opoꝛtet ꝙ ꝯmenſuret ſibi ſpaciū ſuper ꝙ
mouetur ſpera autē ꝑ ſe mouetur et eſt diuiſibilis.
Sꝫ ꝯtra q̄uis ꝑs in toto mouet̄ ꝑ accidēs tamē ſēꝑ
eſt in ſpacio ſibi equali et deſcribit totum ſpacium
ſicut albedo q̄ eſt mota per accidens. Itē linea iſta
ſuppoſita nō ꝯmenſuratur ſpere quia tunc eēt coꝛ-
pus ſpericū ꝯmēſuratur tamen alicui moto ſuꝑ ip-
ſam et nō niſi pūcto igr̄. Itē ponatur coꝛpus ſperi
cum moueri ſuper planū in vacuo tunc pꝫ ꝙ illa li-
nea ī plano nō deſcribitur niſi a pūcto nec ſpericū
aliq̄d tangit niſi ī puncto vt pꝫ ex geometria. Pun-
ctū autē eſt īdiuiſibile ergo mobile dum mouet̄ nō
eſt partim in termino a quo et ꝑtī ī termino ad quē
quod eſt ꝯtra ꝓbationē ꝯcluſionis. Ex hijs poteſt
pꝛobari ꝙ tempus ⁊ illud ſuꝑ ꝙ ꝯtinue eſt mobile
non ſimiliter diuidūtur qꝛ mobile ſpericū ꝯtinue ē
ſuꝑ puncta ergo ꝑtrāſitū ab eo eſt multitudo pūcto
rum ⁊ cōpoſitum ex indiuiſibilibus non autem tem
pus et pūcta propꝛie pertranſeuntur quia coꝛpus
ſpericū nichil pertranſit niſi ꝙ tangit. Forte dicis
ꝙ hic inferius non datur ſpericum ſed argumen-

tum equaliter ſit de plano q2 qñ planũ moueť tunc indiuiſibile illi⁹ ꝯtinue applicať indiuiſibili ipſius ſpacij ſup qđ moueť forte dicis ꝙ indiuiſibile nõ ꝑ ſe moueť Cõtra ſiue moueať ꝑ ſe ſiue per accidẽs opꝫ ꝙ prius ptranſeat equale ſibi ꝗ̃ maius nec rõnes plus cogũt de vno ꝗ̃ de alio Item faciat deus punctũ per ſe exiſtẽ et moueatur per ſe.

¶ Decimo arguitur ꝙ intelligentiã moueri localiter deſtruit rõnes phi. Primo eñ accidẽs diuiſibile eſſet in ſubiecto indiuiſibili q2 mot⁹ eſt diuiſibilis ⁊ non angelus Itẽ quod moueť ptim eſt in termino a quo et parti eſt in termio ad quẽ ergo habet ptes forte dicis ꝙ ſi motus angeli ſit continuus ptim eſt in termio ad quẽ vt tñ ptialitas referatur ad locuꝫ cui applicat ſuã virtutẽ. Sed cõtra tunc rõ phi nõ oſtenderet mobile ſcðm ſuam ſubãm eſſe diuiſibile forte dicis ꝙ rõ phi eſt de indiuiſibili cui rñdet loc⁹ indiuiſibilis ꝯtra Angelus põt eſſe in pũcto et cuꝫ hoc moueri de vno pũcto ad aliud punctũ ergo etiã quodcunqꝫ idiuiſibile poſitũ ab antiqs phis põt localiter moueri Forte dicis ꝙ mot⁹ angeli non eſt vniuocus cũ aliis. Contra Eadẽ facilitate qua dr̃ hoc non eſſe verum in vno dicetur etiã in alio.

¶ Undecimo ſcðm phm̃. T. C. 89. oẽ quod moueť prius pertrãſit ſpaciũ ſibi eq̃le vel minus ꝗ̃ maius ſꝫ nichil eſt minus angelo. Si aũt ptranſit indiuiſibile ſibi equale ſeqtur ꝙ ſpaciũ ptrãſitũ ab eo ꝯponetur ex indiuiſibilib⁹. Itẽ relationes oppoſite nõ poſſũt eſſe in eod. ergo idẽ non eſt motũ a ſe q2 mouere ⁊ moueri opponũtur. Itẽ oẽ quod mouet ſe diuiditur in partẽ per ſe mouentẽ et in partẽ ꝑ ſe motam ſed angelus eſt indiuiſibilis igitur.

¶ Duodecimo ar̃ ꝙ põt moueri in iſtanti q2 ſupra dictũ eſt ꝙ inſtans angeli põt durare ꝑ magnũ tempus noſtrũ. Itẽ motus angeli eſt in angelo ergo eſt in ſuo intellectu vel voluntate ſꝫ opationes intellectus et volũtatis ſũt in iſtanti ergo et mot⁹ angeli. Itẽ angel⁹ in iſtanti hꝫ nouũ vbi qñ moueť motu diſcreto ideſt nõ trãſeũdo media ꝗ moueť i inſtanti

¶ Tertiodecimo ar̃ ſupponẽdo ex T. C. vt ſupra dictũ eſt ꝙ motus angeli aliqñ nõ eſt cotinuus ⁊ ꝙ ſit in tp̃e diſcreto ꝯpoſito ex duobus inſtantibus vt ſi moueatur ſic ꝙ nũc ſit i tota iſta ciuitate et in alio inſtanti diſcreto imediato huic ſit i alia ciuitate nõ tranſeũdo mediũ tunc quero vel angelus mouetur in a. vel mouetur in b. et quodcunqꝫ iſtorum deť ſequitur ꝙ mouetur in inſtanti quia quero an in quolibet iſtoꝝ inſtantiũ quieſcat vel moueť. Itẽ querit̃ quid coexiſtit i tẽpore noſtro illis duobus inſtantibus Si dicas ꝙ duo inſtantia ſequitur ꝙ in tẽpore noſtro inſtans erit imediatũ inſtanti. Item ſecundum hanc opinionẽ aliquis motus ſcꝫ motus angeli cõponetur ex indiuiſibilibus.

¶ Quartodecimo quieſcat angelus per iſtam horam tunc in inſtanti terminatio põt operari in alio loco quia põt opari in inſtãti ergo põt per aliquod temp⁹ quieſcẽ et tamẽ in fine illius erit in alio loco Item queritur qñ motus angeli diſcretus durans per temp⁹ duoꝝ inſtantium incipit eſſe ſi in primo ergo eſt immediate poſt primũ ſꝫ nichil eſt poſt primũ inſtans niſi ſcðm inſtãs ergo mot⁹ angeli eſt in ſecundo inſtanti. Itẽ ſi mouetur in duobus inſtãtibus ergo angelus maioris virtutis poteſt velocі⁹ moueri ergo in minore tp̃e ergo in iſtanti ſicut pri⁹ dictum eſt de velociori. Itẽ motus diſcretus eſt totũ homogeneũ ergo pars eius eſt motus ⁊ eſt in primo inſtanti ſicut totus mot⁹ eſt in tẽpore vel in inſtantibus.

¶ Quintodecimo ar̃ ꝙ non oẽ quod trãſmutatur ſcðm vnã partẽ eſt in termino a quo ⁊ ſcðm aliã eſt in termĩo ad quẽ q2 quod generatur in iſtanti mutatur ſcðm ſe totũ ita ꝙ ſcðm vnã partẽ nichil habet de termino a quo forte dicis ꝙ illud quod generať dicitur eſſe partim in termino a quo pro ꝗ̃to habet aliquid de diſpoſitione forme precedentis ſed hoc nichil eſt q2 illa diſpõ non eſt in vna parte tm̃ ergo ex hoc ꝙ mobile eſt hoc modo parti in termĩo a quo nõ ſequitur ipſũ mobile eſſe diuiſibile. Cõtra etiã hoc ar̃ quia in generatione rei oĩa precedentia accidentia corrũpuntur. Item ar̃ de illo quod alteratur ad tales diſpoſitiones q2 ſupra dictũ eſt ꝙ aliquid alteratur in inſtanti ergo aliquod mobile duꝫ mouetur ad iſtas diſpõnes nõ eſt partim ideſt ſcðꝫ vnã partẽ in termino a quo et parti in termino ad quẽ. Et eodẽmõ ar̃ de illuminatione et de calefactione mĩmi naturalis quod nõ eſt capax alicuius ꝗ̃titatis naturalis ſcðm ptẽ tm̃ cũ ſit minimũ. Itẽ aĩa dãnati alteratur q2 caleſit vt videtur ſaltẽ triſtatur ⁊ deus poteſt in ea ponere calorẽ forte dicis ꝙ non oportet in omni motu mobile eſſe partim in termĩo a q̃ Cõtra ergo phũs nõ ꝓbat vniuerſaliter eſſe diuiſibile vide. ſ. t. de veri. q. 26. ar. 1.

¶ Sextodecimo. materia mouetur et tamẽ non ẽ corpus ergo nõ omne quod mouetur eſt corporeum et diuiſibile maior ptꝫ q2 generatio ẽ i materia ergo eã denominat vnde motus eſt act⁹ entis i potẽtia cũ ergo materia ſit maxime i potentia ſequitur ꝙ maxime mouetur.

¶ Ad primũ dicẽdum ꝙ q̃libet illoruꝫ eſt ĩfinitũ i potẽtia Et ſi q̃ratur an tẽpus ſit actu finitũ vel infinitũ Videtur ꝙ nõ ſit actu finitũ. quia non habet duo extrema i actu nec vna pars ẽ actualiter diuiſa ab alia vt dicit. S: T. opu. 44. ca. 1. Ad aliud dicitur ꝙ alique relationes diuidũtur ad diuiſionẽ ſubiecti de tẽpore autẽ q̃dã ꝯcedũt ipſũ eſſe diuiſibile ad diuiſionẽ ſubiecti. Sed de hoc 4° phi. Quidam autẽ negãt. Ad aliud dicitur ꝙ tẽpus et inſtãs nõ ſũt ſil̃ adeq̃te vł dr̃ ꝙ nõ eſt ſimile de tp̃e et iſtãti ⁊ mutato eẽ ⁊ motu q2 i motu recto eſt vnũ mutatum eſſe i actu. Non aũt ẽ ſic de iſtãti. Ad aliud dicitur ꝙ i celo ſũt plures motus in potẽcia Nec eſt ſimile de aĩa q2 nõ ẽ de numero ꝯtinuoꝝ ſicut motus.

¶ Ad tercium dicitur ꝙ totũ pri⁹ mouetur. Nec tamẽ ſeqtur ꝙ totus motus eſt prior ſuis partib⁹. Et ſi dicatur prius poteſt eẽ ſine poſteriori ergo totum poſſet moueri ſine partibus. Negatur añs vniuerſaliter itellectũ Aliter dicitur ꝙ ꝑ reſpectũ ad ſpaciũ determinatũ prius partes ptrãſeũt determinatũ punctum ꝙ totũ mobile.

¶ Ad quartũ dr̃ ꝙ in celo plures ꝗ̃titates continue ſũt ſil̃ locus etiã et ſuperficies ſũt ſimul licet ſũt diuerſe ſpẽs ꝗ̃titatis ꝯtinue Deinde dr̃ ꝙ licet mo

tus diuidatur ad diuiſionē tēporis non tamē opor-
tet tēpus eſſe ī quolibꝫ mobili. Ad aliud dicitur ꝙ
motus non fit per additionē. Et ideo nō diuiditur
ſcđm intēſionē Sꝫ ꝯtra. S. T. in 1. diſ. 19. q. 4. ar. 1.
ad 1. dicit triplicē eſſe diuiſionē virtutis ſcꝫ ſcđꝫ nu-
merum obiectoꝝ et ſcđm intēſionē actus et ſecun-
dū modos agendi. Sed dicendū ꝙ talis diuiſio eſt
reſpectu exteriorum.
¶ Ad quintū dicet̄ in fine. Et ad aliud dicit̄ ꝙ qua
litas diuiditur per accidēs Nec eſt ſimile de produ
ctione ſubē qꝛ ſubiectum eiꝰ nō eſt ens in actu Ad
aliud dicitur ꝙ hec eſt vera q̄litas non eſt per ſe di
uiſibilis Sed queritur ſuppoſito ꝙ aliqua augmē-
tatio fiat in inſtāti An talis mutatio ſit diuiſibilis
ex quo forma ad quā eſt motus ſcꝫ q̄titas eſt per ſe
diuiſibilis. Dicendū ꝙ poſſet diuidi ad diuiſionem
ſubiecti.
¶ Ad ſextū dr̄ ꝙ cetera nō manēt paria Ad aliud
dr̄ a quibuſdā ꝙ ibi eſſet infinita tarditas ſincathe
goreumatice. Et ad aliud dicūt ꝙ motꝰ talis rectꝰ
non poteſt eſſe infinitus ſcđm duratione̅ qꝛ nullū
ſic mobile eſt perpetuū Sed hoc nichil eſt qꝛ phūs
dicit ꝙ nō repugnat motū in infinitū velocitari lꝫ
nullus ſit infinite velox Predicta ergo intelligun
tur de moto vniformiter.
¶ Ad ſeptimum dicitur ꝙ non eſt aliqua vna ge-
neratio que ſit perpetua ſecundum numerum.
Sed cōtra qꝛ cōtinue ſub polis propt̄ frigiditatem
corrūpitur ignis et ſemꝑ ſub equinoctiali ḡnatur.
Dicendū ꝙ quelibet ḡnatio fit in inſtanti Et ideo
nulla eſt cōtinua Sꝫ ar̄ quies pōt eſſe ꝯtinua in tē
pore infinito ergo et motus Añs patet de q̇ete ter
re Negatur ꝯña vel dicit̄ ꝙ quies eſt in tp̄e infinito
et ſimiliter motꝰ celi eſt in tp̄e īfinito. Sꝫ ꝯtra totꝰ
motus celi non mēſuratur tp̄e ergo nō eſt ī tēpore.
Añs eſt. S. T. 1. pte. q. 10. ar. 4º. Ad aliud dr̄ ꝙ nō
repugnat motui inq̄tum motus ꝙ in īfinitū poſſit
augeri. Iſta aūt nō habet pro exponēte iſtā oīs mo
tus in infinitū pōt augeri. Ad aliud dr̄ ꝙ alteratio
non erit infinita ſicut neqꝫ tempus in infinitum ta
men velocitaretur.
¶ Ad 8m. dr̄ ꝙ terminꝰ a quo et terminꝰ ad quē in
generatione ſūt īmediati ⁊ tn̄ dicūtur diſtare ſicut
vnus numerꝰ diſtat ab alio vt ternarius a binario.
Sed contra ſequeretur ꝙ due medietates ꝯtinue
non eſſēt īmediate qꝛ diſtāt ꝑ punctū quod mediat
Negatur ꝯña Ad aliud de celo dr̄ ꝙ ſuus motꝰ eſt
circularis et ſcđm diuerſas partes eſt in termino a
quo et in termino ad quē videlꝫ in oriente ⁊ occidē
te Sed queritur qñ rota mouetur circulariter an ſit
partim ideſt ſcđm vnā partē in termino a quo cum
ibi non ſit aliq̄ determiāta pars a qua incipiat mo-
tus dicendū ꝙ ꝓpter demr̄ationē phi. qua ꝓbat oē
mobile localiter eſſe diuiſibile oportet ꝙ ſit parti
in termino a quo ideſt in aliquo puncto ſignabili.
Alij dicunt ꝙ celū non eſt in loco per ſe et ideo nō
oportet ꝙ partim. ⁊c.
¶ Ad nonū dr̄ ꝙ angelus nec mouetur per ſe nec
per accidens vt dicit. ſan. tho. li. 2. ꝯtra gētiles ca.
97. quia nō ſūt corpora Nec informāt corpora Sꝫ
vtrū ꝓprie moueātur Dicēdum ꝙ motus eorūꝫ nō
eſt vniuocus cū motu corporū Sed equiuoce loquē
do de motu ꝯuenit eis ꝓprie vt dicit ſ. t. in. 1. di 37.
q. 4. ar. 1. ad 2m ⁊ ad 5m. Et ſi dicatur motꝰ eſt ꝓpter
indigentiā q̄ non ꝯuenit angelis beatis hoc negat
ꝙ qn̄cūq; graue deſcenderet celū expelleret ignē
ſibi proximuꝫ et aerem cōſequētem et vniuerſalit̄
cetera media vſq; ad graue et mediantibus illis ip
ſum graue vt patet ex diffinitionibus taliū motuuꝫ
Sed hoc eſt falſum Tum quia ſecūdum hec ad cu=
iuſlibet grauis deſcenſū ignis violenter moueret̄
Tum quia ſi tunc ſimul aliq̄s ignis aſcēderet ꝑpē
diculariter per eādē lineā per quā deſcederet gra
ue celum traheret ad ſe ignē ſibi proximū et cetera
corpora media vſq; ad ignē aſcendentē et per ꝯn̄s
oīa illa media ſimul aſcenderēt ſcd̄m eandē lineaꝫ
rectam. Et per hoc contrarijs motibus mouerent̄.
tum quia in tali expulſione ipſum celum aut pars
eius ſequeretur ignem proximū quē expelleret et
tunc vel totum celū deſcenderet vel pars eius ab
ſcinderetur ab eo que ignem ſequeretur aut in ta=
li expulſione nec celū nec pars eius ſequitur ignē
et tūc ſequitur ꝙ vacuū remaneat iuxta celū vel di

catur ꝙ alia pars lateralis ignis rarefiet quouſqꝫ
impleat locum expulſe quod non videtur poſſibile
naturaliter cū ille ſit ignis habēs ſūmam raritatē
ſibi poſſibilem naturaliter aut abſqꝫ rarefactione
per motū localē ſibi ſuccedit et tunc eadē ratione
3ª. veniet ad locū 2ᵉ. et 4ª. ad locū 3ᵉ. ⁊ ſic deinceps
et per ꝯñs tota ſpera ignis mutabit̃ que omnia ſūt
abſurda. Cōfirmat̃ nam deriſibile eſt dicere ſi lapil
lum habeo in manu mea ⁊ dimiſero illū cadere mox
tota regio ſuperior agitetur quod tamē ſequeretur
ſecūdū predicta qm̄ vt videmꝰ nūqꝫ aliq̄d expellit
aliud niſi illud ſit ſibi proximū aut expellēdo aliq̄d
proximū mediātę quo expellat aliud et ſic deinceps
vſqꝫ ad vltimū hoc etiam videt̃ de intētione cōmē-
tatoris vbi ait 2º. celi poſſibile ē vt aliq̄d moueatur
ab aliquo in loco mediante aliquo non moto a pri-
mo mouente. Et ex hoc infert ꝙ pars aeris oppoſi
ta ſoli non poteſt moueri localiter motu recto per
expulſionem ab ipſo ſole quia pars celi media in-
ter aerem et ſolem ſic non poteſt a ſole moueri. Itē
horologium mouet ſe licet ſit inanimatum.

¶ Tertio vel huiuſmodi corpora ſi non mouentur
a ſe mouentur actiue a locis ad que tendunt. Sed
hoc non quia tunc velocius moueretur graue minꝰ
verſus centrum qꝫ maius ceteris paribus quod
patet eſſe falſum cōſequētia ꝓbatur vt ſupra Itē
quia talis motus eſſet attractionis vt patet ſed in
tali motu non poteſt moueri aliquid diſtans a mo-
uente niſi moueant̃ omnia media vt notum eſt et ſic
ſequitur ꝙ qñ modicus ignis hic genitus aſcende-
ret omnia corpora media vſqꝫ ad cōcauū celi aſcen-
derent et econuerſo ſi graue perpendiculariter de
ſcenderet omnia media ſimul deſcenderent quod ē
inconueniens et ex hoc ſequitur ꝙ pars ignis tan
gens celum igne aſcendente deberet aſcēdere vel
ꝯdenſari et per cōſequens tota ſpera illa.

¶ Quarto ad idem in omni attractione vera ne-
ceſſe ē attrahens cū attracto moueri vt habetur 7º
phi. et per ꝯñs oporteret ꝙ celuꝫ aſcenderet quod
eſt falſum. Et ſi dicatur ꝙ quedam attractio eſt at-
trahente quieſcente vt eſt attractio ferri a magne
te dicendum ꝙ nūqꝫ attrahens quieſcens mouet
proprie et actiue ſꝫ potius metaphorice per modū
finis vt dicit ꝯmē. 7º. phi. cōmēto 10.

¶ Quinto vel mouentur a mediis in quibus ſunt
et hoc non quia tunc idem actiuū naturale per ſe
moueret ad plures differentias poſitionis et ſe-
cūdū cōtrarios motus quod repugnat actiuo nãli
qꝛ eſt ex ſe determiatꝰ ad vnū gº Cōſequētia ꝓbat̃
Nã ꝑ eandē partē medii ꝑ quã leue aſcēdit ꝯtigit
graue deſcēdere ⁊ ecōtra et ſilr̃ dū ꝑ vnam aſcendit
leue ꝑ aliã ſimileꝫ penitꝰ ⁊ ꝓpinquã ꝯtigit graue
deſcēdere Itē ſi ſic aut eadē ꝑs medii ꝯtinue moue
ret corpꝰ motū a pricipio motꝰ vſqꝫ ad finē aut alia
poſt aliã Sicut multi dicūt accidē ī motibꝰ ꝓiector̃
Primum non poteſt dici qm̄ tunc ſequeretur ꝙ cū
graue generatū ſuperius in aere puta grando vel
nix deſcenderet aliqua pars aeris ab illa ſuperio-
ri regione vſqꝫ ad terram deſcenderet. quod nō cō
uenieter dicitur Nec ſecundum qꝛ tunc q̄to illud
magis deſcenderet tanto tardius moueretur quod
eſt falſum. conſequentia patet quia ī tali motu ſe-
cundum mouens minus mouet qꝫ primum et 3ᵐ qꝫ
2ᵐ et ſic deinceps vt patet in proiectis. Item aut
mouetur a medio tanqꝫ a motore primo non moto
ab alio aut tanqꝫ a motore ſecūdario Nō ſecundū
quia tunc oporteret aſſignare quis eſſet ille motor
prior. Preterea nos hic de tali motore primo inq̄-
rimus Nec primum qm̄ a quacunqꝫ ꝑte medii pona
tur graue ſuperius genitum moueri ſiue ab ea que
eſt ſupra ipſum ſiue ab ea que eſt ſub ipſo ſiue a la-
terali ſequitur ꝙ illa ex ſe moueatur deorſum et ꝑ
conſequens ex ſe mouetur contra ſuam naturã qđ
repugnat Et ex hoc ſequit̃ ꝙ motus nō ē violentꝰ
vt puta ipſius aeris deorſum.

¶ Sexto arguitur ꝙ graue non mouetur īmedia-
te a generante qm̄ ignis aliquãdo generatur ex ꝑ
cuſſione ſilicis a ferrum et tamen non mouetur ab
eo ſurſum. Item illud quod produxit iſtum lapideꝫ
eſt corruptum a centū annis ergo ab eo non mouet̃
iſte lapis deorſum. Tenet conſequentia quia mo-
uens eſt ſimul cum moto et nichil mouet effectiue
niſi ſit quia inter mouens realiter et motum eſt re-
latio realis quia mouere dicit ens reale ⁊ ſequitur
eſt mouens ergo eſt.

¶ Septimo aqua alterat ſeipſam reducēdo ſe ad
frigiditatem effectiue per ſuam naturam ergo mo-
uet ſe. Item aqua frigefacit digitum poſitum in ea
qñ ipſa frigefit ergo poteſt ſeipſã alterare quia fri
gefactibile eſt obiectuꝫ ſue actionis ergo poteſt in
omne frigefactibile ſi dicas ſicut de vino qđ calefa
cit hominem tamen non calefacit ſe quia agēs de
bet eſſe approximatum paſſo modo idem nō appro
ximatur ſibiipſi Contra dato ꝙ ignis et aqua eſſēt
penetratiue adhuc ignis calefaceret eã ergo non
requiritur diſtinctio ſecundum ſitum. Item ſeque-
retur ꝙ lapis productus a ſolo deo non poſſet na-
turaliter moueri niſi ab ipſo ſolo deo quia non po-
teſt moueri niſi a generante.

¶ Octauo forme eſt agere ſed graue habet formã
ergo mouet ſe Poſtqꝫ generans eſt corruptum Si
dicas ꝙ mouetur ratione impreſſe virtutis. Con-
tra illa virtus eſt accidens ſed accidēs non mouet
niſi virtute ſubſtantie. ergo ibi eſt aliqua ſubã mo-
uens. Item eodē modo poſſet dici ꝙ animata non
mouent ſe quia non poſſunt mouere ſe niſi per vir
tutem quam acceperunt a generante. Item inani
mata ſunt corruptibilia. ergo ſine extriſeco poſſūt
moueri motu corruptionis. Item grauitas non tm̄
eſt qualitas paſſiua ſed actiua patet quia ipſa poſi
ta in lapide videmus ipſuꝫ moueri omni alio remo
to, vnde ſi lapis fuiſſet ab eterno tunc nō haberet
generans et tamen moueretur ergo nunc non mo
uetur a generante ſed a grauitate alias forme na-
turales non haberēt proprias operationes.

¶ Nono Ex hac opinione ſequit̃ ꝙ phiſice nichil
poteſt probari eſſe cã effectiua alterius quia vide-
mus ꝙ poſita grauitate remoto impedimento res
mouetur Et tamen ſecundum hanc opinionem nō
ſequitur ꝙ grauitas ſit cauſa effectiua ergo eodem
modo dicã ꝙ ignis non calefacit effectiue digitum
meum. Item potentie ſecundū. S. T. fluunt eſſe

ctiue ab ipſa forma ſed in ĩanimatis ſũt potentie ergo aliq̃d producũt in ſe effectiue. Item pꝛi. phiſi. t.c.85. dicitur ꝙ grauitas et leuitas ſũt forme contrarie et actiue. Et ſi dicatur 2º de generatione dicit oppoᵐ dicũt ꝙ diuerſimode phũs loq̃tur de actione. ſed quicquit ſit caliditas ẽ actiua ergo calidum poteſt calefacere ſe ſicut aliud, qꝛ calor ĩdifferenter agit in q̃ſcumq̃ꝫ paſſuꝫ capax caloris.

¶ Decimo cauſa in actu ⁊ effect⁹ in actu ſũt ſimul ſed generãs nõ eſt ſimul in actu ſemꝑ cum eo quod mouetur vnde quãdo per ignem corrũpitur bos et generaꝛ cadauer mirũ videtur ꝙ illud cadauer moueatur deorſum ab ipſo igne. Item lapis effectiue aliq̃ñ frangit trabẽ et mouet illud quod ẽ ſibi alligatum et vnum graue mouetur velocius alio ergo graue non tñ mouetur effectiue a generante ſed a ſe et ſic tenet petrus de aluernia predicator et ſ.t. 1º. celi lec.18. dicit ꝙ licet graue ĩ pꝛĩcipio mouetur a generãte non tñ poſtea qꝛ mouẽs per ſe proximũ eſt ſimul.

¶ Undecimo arguitur auctoritate ſ.t. de po.q.5. ar.5º. ꝙ motus celi nõ eſt hoc modo naturalis celeſti corpori ſicut motus elemẽtaris corporis eſt ſibi naturalis qui habet in mobili pꝛĩcipium materiale formale et actiuũ. Motus autẽ celi dicitur naturalis a principio paſſiuo tãtum Idem habetur li.4º. cõtra gẽ. in vltimo capitulo licet in 2º. ſentẽci. d.14 ar. 3. et in iſto 8. aliter videatur dicere.

¶ Duodecimo arguitur ꝙ animata non mouẽtur a ſeipſis qꝛ anima mouetur ab appetibili vt patet in 3. de anima et ar. precedente Item tunc idẽ eſſet in actu et in potentia qꝛ mouet ſecũdum quod eſt ĩ actu et eodẽmodo ꝓbaretur ꝙ voluntas nõ mouet ſe ad ſuũ actum et ꝙ anima non producit effectiue ſuas potentias qꝛ alias aliquid moueret a ſeipſo.

¶ Ad primum dicẽdum ꝙ hec diſputatio videtur eſſe partim ad nomen vnde dicit ꝙ graue ĩanimatum habet pꝛĩcipium actiuũ inſtrumentale ſui motus ſed non principale et cauſa eſt quia inanimatũ non poteſt formare formã ſuam que ſit pꝛĩcipiũ motus animata vero excogitant per intellectũ vel ſẽſum aliquid ratione cuius mouentur ad diuerſa loca. Sed tunc queritur de animatis aĩa vegetatiua tñ que mouent ſe motu augmẽti Alii dicunt ꝙ inanimata non mouentur a ſeipſis quia licet motus eorum ſit a forma eorum tamen forma eorũ non ꝑ ſe ſubſiſtit ⁊ ideo non dicitur ꝓprie moueri Sed cõtra forma equi non ꝑ ſe ſubſiſtit ⁊ nichilominꝰ equꝰ dicitur moueri a ſe S. T. i opuſcu. dicit grauitateꝫ aliq̃ñ dici pꝛĩcipiũ motus inq̃ſtũ ſcꝫ eſt inſtrumẽtũ principalis mouentis aliq̃ñ vero paſſiuum quia ſcꝫ eſt effect⁹ generãtis ⁊ de ve.q.24. ar.1. dicit ꝙ grauia mouẽtur ſeipſis ſꝫ nõ a ſeipſis Quidã dicũt ſub aliis ṽbis ꝙ graue habet pꝛĩcipiũ ſub actuũ nõ autẽ actiuũ ſcꝫ principale Uel grauitas cõſideratur dupliciter Uno modo vt refertur ad generans cuius eſt participatio quedã et ſic efficit motũ Aliomodo ſcdm ſe Et ſic nõ efficit ipſũ Tunc dr̃ ad argumentum ꝙ graue genitum a celo mouetur ab ipſo ſecundum proportionẽ mouentis inſtrumẽtalis. Et per hoc patet ad aliud. Et ſi dicatur quare aliquando magis mouet mobile genitũ ad vnam partem q̃ꝫ ad aliam. Et quoº diuerſa mobilia mouet ad diuerſa loca Dicendum ꝙ celum eſt mouens equiuocum et ſecundum diuerſas virtutes quas imprimit diuerſimode mouet.

¶ Ad 2^{m} ſatis patet ex dictis ꝙ ibi nõ eſt talis expulſio ſed impreſſio virtutis a generante.

¶ Ad 3^{m} patet ꝙ non procedit ad intellectum.

¶ Et ſimiliter ad 4^{m} et ſupra reprobat⁹ eſt ille modus de motu ferri ad magnetẽ. ¶ Similiter pꝫ ad quintum.

¶ Et ad ſextum difficultas eſt quando aliquid generatur per accidẽs An moueatur ab illo generãte per accñs Et dicendũ eſt ꝙ ſic vel recurrendum eſt ad generãs per ſe Et licet generans illud forte non ſit tñ ſua virtus eſt Ad aliud dr̃ ꝙ in principio motus mouens et motũ ſũt ſimul vel hoc intelligitur quando aliquid mouetur de potẽtia eſſẽtiali ideſt quando generatur. Sed de hoc in ſeptimo dictum eſt.

¶ Ad 7^{m} dicendum eſt de aqua ſicut de graui Ita ꝙ alterans quod eſt ipſum generans aquam ſed alterans quo eſt forma eius Et ſi dicatur Ponamus ꝙ illud generãs ſit luna quomodo ergo ipſa poteſt frigefacere aquã in tanta diſtãtia pluſq̃ꝫ alias res ſupponendo ꝙ aer medius ſit calidus. Dicendum ꝙ hoc eſt propter alterans quo Et ſi dicatur ꝙ aliꝗ propter hoc dicunt aquam ſeipſam frigefacere Dicendum ꝙ diſputant de nomine. ¶ Et per hoc patet ad 8^{m}.

¶ Ad 9^{m}. patet per idem. Et magis patebit in 2º de anima Potẽtie enim nõ ſunt a forma per tranſmutationem ſed ſimplicem emanationem.

¶ Ad decimum dicitur ſicut de generatione hominis qui non proprie generatur a ſemine ſed ab alio homine per ſemen et patre mortuo dicitur ꝙ generans eſt in actu ſcdm ſuam virtutem. deinde dicitur ꝙ graue frãgit trabẽ inſtrumentaliter Generans autem pꝛĩcipaliter. Et ita etiã graue ſecũ mouet leue alligatũ Si dicatur ſi generans ſit cauſa. ergo ſortes occideret platonẽ ſuppoſito ꝙ cadauer productũ per occiſioneꝫ ſortis poſt tres annos cadat ſupra platonẽ Forte ꝙ ſortes nõ per ſe produxit illud cadauer ſed q̃ritur a quo mouetur aĩal q̃ñ mouetur naturaliter deorſũ videtur ꝙ a generãte vñ. S. T. dicit ꝙ motus cordis eſt a generante. Deinde dicitur ꝙ vnum graue mouetur velocius propter mouens inſtrumentale. Ad alia ſatis patet ex dictis.

¶ Ad 12^{m} tñ dicitur ꝙ animal mouetur ab extriſeco tanq̃ꝫ a mouente remoto quod eſt appetibile Et ad alia dicetur poſtea Non enĩ inconuenit ꝙ idem ſcdm diuerſa ſit in actu et in potẽtia vnde a quibuſdam dicitur ꝙ volũtas ad primũ volitũ mouetur a ſolo deo et non a ſe Facta aũt ſic in actu mouet ſe ad aliã volitionem. Sed hoc videꝛ difficile ad hoc eñ ꝙ aliquid ſit volitio vel actus volũtatis. Oportet voluntatem concurrere alias non eſſet actus

eius. Item aliquādo prima volitio eſt mala vt ſi qˢ primo apprehēdat diuitias tāꝗ̄ ſūmū bonū ⁊ eas ſic velit. Si dicaꝛ ſi volūtas cauſet effectiue ſuum primū actū ergo idē eſt in actu et ī potētia ſcd̄m idˀ qꝛ nichil mouet niſi ſecūdum ꝙ eſt ī actu mouetur autē vt eſt ī potētia et in iſto fūdatur ratio phi. ad ꝓbādum vnū ens īmobile. Sed de hijs in ſecūdo de anima vbi īquireꝛ a quo mouetur voluntas. ſi enim moueat ſe videtur ꝙ relationes oppoſite ſunt in eodē ſcꝫ mouēs et motū imo eiuſdē ad ſeipſū eēt relatio realis ſcꝫ actio ꝙ autē primū ſit īcōueniēs pꝫ qꝛ eē relatiui eſt ad aliud ſe habere.

Ad 4ᵐ. ſic ꝓceditur videtur ꝙ non oē mouēs ſeipſū ſit diuiſibile ī partē ꝑ ſe mouētē ⁊ in ꝑtē ꝑ ſe motā qꝛ celū mouet ſeipſū et tamē nō diuidiꝛ ī ꝑtem mouētem et in ꝑtem motā ergo. Forte negas maiorē qꝛ mouēs ſe poteſt quieſcē ex ſe et moueri ad diuerſas differētias poſitionis ꝑ phi. hic de animatis. Itē ſecūdū veritatē nō ē animatū ſꝫ hoc eſt ꝯtra phi. dicētem hic ꝙ ē dare primū motū ex ſe ſcꝫ celū. Itē homo mouet ſeipſū et tamē nō ſic diuiditur cū aīa ſit tota in toto ⁊ ī qualibet ꝑte igꝛ. Sꝫ cōtra eſt philo.

¶ Reſpōdeo dicēdū ꝙ poſtꝗ̄ philo. deꝛminauit ꝙ oē quod moueꝛ ab alio moueꝛ ꝯſequēter deꝛminat ꝙ deueniēdū ē ad vnū primū mouēs mobile. Pro cuiꝰ declaratione hanc ponit diuiſionē mouētium qꝛ quoddā ē quod v̾tute ꝓpria moueꝛ ita ꝙ nō habet virtutē mouēdi ab alio. Aliud eſt quod mouetur nō v̾tute ꝓpria ſed inꝗ̄tū ab alio moueꝛ vt baculꝰ mouet lapidē ꝑ hoc ꝙ a manu mouetur que etiā mouetur ab hoīe ſed homo mouet nō qꝛ ab alio moueatur ⁊ ideo dꝛ mouēs ꝓpter ſeipſū et tale debet dici mouēs primū quod qñꝗ̄ mouet ꝑ plura media vt homo poteſt mouere lapidē ꝑ manū et baculū. Secūdo qñꝗ̄ ꝑ vnicū mediū vt hō ſola manu poteſt mouere lapidē ⁊ hec mouētia media que nō habēt virtutē mouēdi niſi ꝑ hoc ꝙ ab alio moueꝛ ſūt mouētia ſecūda et ideo dicūꝛ īſtrumēta ⁊ magis mouet primū mouēs ꝗ̄ ſecūdū qꝛ primū mouēs mouet ſecūdū ⁊ nō ecōtra. Et etiā ſecūdū nō poteſt mouere ſine primo a ꝗ habet v̾tutē mouēdi ſed primum poteſt mouere ſine ſecūdo.

¶ Cōcluſio prima ī ordine mouētiū dabile ē vnū quod non moueꝛ ab alio ſed ſi moueꝛ hoc ē a ſeipſo ꝓbatur ſic qꝛ ſi nullū mouēs moueret niſi ꝑ hoc ꝙ ab alio mouetur ſic eſſet ꝓceſſus in īfinitū in mouētibus ⁊ ſic nō eſſet dare primū mouens ⁊ ꝑ ꝯñs nec ſecūdū qꝛ ſecūdū nō mouet niſi v̾tute primi igitur

¶ Cōcluſio 2ᵃ. neceſſe eſt eſſe vnū mouens quod nec mouetur a ſe nec ab alio et ſic nō omne mouēs mouetur patet qꝛ ſi omne mouens moueꝛ ſic ꝙ nullum mouens moueret niſi motū vel hoc cōueniret mouenti ꝑ ſe vel ꝑ accidens ſi per accidens cum id quod ꝯuenit alicui per accidens nō de neceſſitate ꝯueniat ſequiꝛ ꝙ poterit non cōuenire ſed poſſibili poſito in eſſe nō ſeqtur īpoſſibile. Ponatur ergo aliquod mouens quod non moueaꝛ ergo nō omne mouēs moueꝛ. Vel ſi dicaꝛ ꝙ ſeqꝛ īcōueniens ſcꝫ ꝙ non mouebit ergo nō erit motꝰ. Scd̄o qñcunꝗ̄ aliqua duo ſibi accidūt ſi vnū repꝑiatur ſine alio. et alterū ſine illo. dū tñ vtrūꝗ̄ vtriꝗ̄ accidat quod dꝛ ꝓpter materiā et formā ſubām et accidens. Si ergo mouere et moueri ſibi inuicē accidant poterit dari mouēs ſiue mobili. Si vero dicaꝛ ꝙ oē mouēs ꝑ ſe moueatur ex neceſſitate. ſequūtur mlta incōueniētia primo vel mouet ⁊ moueꝛ eadē ſpē motꝰ vel ſecundū vnā mouebit et ſcd̄m aliā moueretur. Si dicatur primū tunc deſcēdendo vſꝗ̄ ad ſpēs ſpāliſſimas motꝰ ſeqretur ꝙ docēs geometriā addiſceret geometrā et ſanans ſanareꝛ ⁊ proījciēs proījceretur ꝗ oīa ſunt incōueniētia. Naꝫ de rōne diſcentis eſt habere ſciam quā docet et de rōne addiſcentis eſt non habere illā. Itē nichil mouet niſi ſcd̄m ꝙ ē in actu et nichil mouetur niſi ſecundū ꝙ eſt ī poteᵃ. Sꝫ impoſſibile eſt idē eſſe ī actu ⁊ in potenᵃ ergo īpoſſibile eſt idē mouere et moueri ꝑ ſe ſcd̄m eandē ſpēm motꝰ. Si v̾o dcatur ſecundū mēbrū ſcꝫ ꝙ ſcd̄ꝫ vnam ſpēm moueat ⁊ ſecundū aliā moueaꝛ. cuꝫ nō ſint infinite ſpēs motꝰ ſicut neꝗ̄ infinite ſpēs reꝝ ſcd̄m quas eſt motus ſeqtur ꝙ tandē deueniretꝛ ad aliqd̄ mouēs quod nō moueretur ſcd̄ꝫ aliquā ſpēm motꝰ ⁊ ſic haberetur mouēs īmobile et non oē mouens ꝑ ſe de neceſſitate moueretꝛ. Nec valet dicere ꝙ cum deficerent oēs ſpecies motꝰ fieret reditꝰ ad primā vt ſi primū motū moueatur localiter diſtributis oībus ſpeciebꝰ motꝰ ꝑ diuerſos motores motor qui erit reſiduꝰ mouebitur iteꝝ motu locali. Cōtra hoc replicat ariſto. qꝛ ſic ideꝫ eſt dicere ac ſi diceretꝛ idē mouere et moueri ſcd̄m eandē ſpēꝫ motus qꝛ vt prius dictū eſt primū mouēs magis mouet ꝗ̄ ſcd̄m et ita vltimū magis mouet in virtute primi ꝗ̄ proximum ⁊ tñ ſic capiendo primū mouens moueretꝛ ſecundū eandē ſpēm motꝰ qua aliqd̄ eoꝝ moueretur ergo moueret ⁊ moueretꝛ ſcd̄m eandē ſpēm motus quod eſt idē dicere ac ſi diceretꝛ docēs adiſcere ⁊ ſanans ſanari ⁊ edificās edificari quod eſt impoſſibile ergo non oē mouēs ꝑ ſe moueꝛ nec ſemꝑ mouet ꝑ hoc ꝙ ab alio mouetur ꝗ̄ īpoſſibile eſt oē mouens mouere ꝑ hoc ꝙ moueꝛ eo ꝙ ꝑ accidens ſibi ꝯuenit et ſic aliqd̄ pōt mouere abſꝗ̄ hoc ꝙ moueatur et ꝑ conſequens mouens īmobile.

¶ Tertia ꝯcluſio. t. c. 41. Oē mouēs ſeipſū eſt diuiſibile in ꝑtem ꝑ ſe mouentē ⁊ in ꝑtē per ſe motā pꝫ qꝛ ſi aliqˢ ſeipm̄ moueat. vel totū primo et ꝑ ſe mouet totū vel vtraꝗ̄ ꝑs mouet aliā reciproce vel qlibet ꝑs mouet ſeipſā vel vna ꝑs mouet ⁊ non mouetur ⁊ alia moueꝛ et nō mouet nullū priorū triū pōt dici gᵒ relinqtur 4ᵐ membrū. Nec opꝫ huic diuiſioni addere hec duo mēbra ſcꝫ ꝙ totū moueat parteꝫ vel pars totū qꝛ īprobatis 1ᵒ ⁊ 3ᵒ mēbris ſatis īprobātur hec duo. Pars eīn nō pōt mouere totū nec totū ꝑtem quī vna ꝑs moueat ſeipam īprobatur ergo primū mēbruꝫ. primo ſic cū idē ſit actus ī nūero mouentis ⁊ mobilis ſi totū primo et ꝑ ſe moueat totuꝫ illud ſcd̄m eundē motū in nūero moueret ⁊ moueretur puta idē ſcd̄m eandē ſanitatē in nūero ſanaret et ſanaꝛ qd̄ eſt īconueniēs qꝛ mouēs ⁊ motū quandā oppōnē īportant ſiue habēt ideo ſi aliqd̄ mouet et moueaꝛ neceſſario opꝫ ꝙ illiꝰ ſit alius motꝰ nūero quo mouet et alius ꝗ mouetur ſicut eſt aliꝰ motꝰ

nũero qꝛ baculꝰ mouet lapidẽ ⁊ quo mouet̃ a manu
Scđo ſic Dẽ mobile mouet̃ ſcđm ꝙ eſt ī potenª cũ
ergo nichil reducat ſe de potẽtia ī actũ opꝫ mouẽs
eſſe in actu quodãmõ ſcꝫ id ad qđ mouet mobile ⁊
ad quod mobile eſt in poteª Sꝫ nichil idẽ inq̃tũ id
eſt in actu ⁊ in potenª ergo nullũ totũ põt ꝑ ſe mo=
uere ſeipm̃ Dr̃ aũt mouẽs eſſe in actu q̊dãmodo qꝛ
aliter eſt ī actu mouẽs vniuocũ in q̃ eſt forma ſcđm
eandẽ rõnem q̃ recipit̃ in mobili et aliter mouens
equiuocũ in quo nõ eſt forma ſecundum eandem ra
tionem vt recipitur in mobili ſꝫ ſcđm quandam vir
tutẽ ſuperiorẽ. Nec põt dici ſcđm mẽbrũ pꝫ p̃io qꝛ
ſi vtraqꝫ ps aĩalis moueat reciproce vna ps nõ eſt
magis mouẽs q̃ alia et tñ primũ mouẽs magis mo
uet ꝙ ſcđm ⁊ ibi non erit dare primũ mouens ergo
nec ſcđm ⁊ ꝑ ꝯñs mouẽs ſeipſũ nõ eſſet ꝓpinquius
primo principio motꝰ q̃ illud qđ mouet̃ ab alio. Et
tñ priꝰ dicebatur ꝙ mouẽs ſeipſũ eſt primũ ī ordie
mouentiũ. Scđo ſi mouẽtis ſeipſũ ps q̃ mouet ab
alia moueatur Moueri nõ põt ſibi ꝯuentre niſi per
accidẽs qꝛ ſi per ſe ſibi ꝯueniret tũc nõ moueret ni=
ſi per hoc ꝙ moueret̃. Sꝫ quod mouet ꝑ hoc ꝙ mo=
uetur ꝟtutẽ mouẽdi hꝫ ab alio tm̃ et ita ſeq̇tur ꝙ id
per ſe moueret ⁊ moueretur eodẽ motu quod ipro=
batũ eſt Si ergo ps mouẽs moueat̃ ab alia pte hoc
ſibi nõ ꝯuenit niſi per accñs ergo põt nõ ineſſe ⁊ ſic
mouẽtis ſeipſũ eſſet ps tm̃ mouẽs ⁊ pars mota tm̃
Tertio Si mouentis ſeipſũ pars q̃ mouet ab alia
moueatur ſic ꝙ nõ moueat niſi inq̃tuꝫ mouetur cũ
moueri ſibi ꝯueniat ꝑ accñs ſeq̇tur ꝙ ſic poſſet non
moueri et per ꝯñs poterit nõ mouere ⁊ ſic penitus
tolleretur motus qđ eſt ipoſſibile. Nec põt dici 3m
membrũ p̃io qꝛ ſi aliquod totũ moueat ſeipſuꝫ vel
mouere ſibi attribueret̃ rõe alicuiꝰ ptis q̃ ſeipſam
mouet ⁊ ſic totũ nõ eſſet primo mouẽs ſeipſũ. Sed
illa pars ſola. Uel ſibi ꝯueniret rõne totiꝰ ⁊ ſic nul
li parti ꝯueniret mouere ſe niſi ꝑ accñs quare cũ in
ipſo toto ſit aliq̃ ps q̃ moueat et alia q̃ moueatur cũ
illa q̃ mouet nõ moueat ſe niſi ꝑ accidens ſeq̇tur ꝙ
eſt per ſe imobilis Scđo ſi mouẽtis ſeipm̃ quelꝫ ps
ſeipſã moueat vel vna pars ſeq̇tur ꝙ ipſũ totũ nõ
erit primũ mouẽs ſeipſũ totũ ymo illa ps tm̃ ⁊ cum
in mobili ſeipſũ totũ nõ moueat totũ vt dictum eſt
oportebit in illa pte dare vnã ptẽ q̃ moueat et non
moueat̃. Et ſic erit ꝓcedere in ifinitũ ergo in oĩ mo
uente ſeipſũ eſt ps mouẽs ⁊ imobilis et pars mota
que nõ mouet ⁊ ſic ſeq̇tur 4m mẽbrũ diuiſionis Sꝫ
obicijcitur ꝯtra hoc quod dictũ eſt in vltia rõne ſcꝫ
ꝙ in mouente ſeipſũ eſt dare tm̃ duas ptes ſcꝫ per
ſe mouentẽ et partẽ ꝑ ſe motã q̃ nõ mouet Nã aĩal
ſeipſum mouet et tamen in eo eſt aliqua pars mo=
ta que etiam mouet vt nerui et muſculi quibus me
diantibus anima corpus mouet Reſpondet ariſto=
teles ꝙ licet in aliquo mouente ſint tres ptes mo=
do p̃dicto tamen in primo mouente ſeipſũ ſunt tm̃
due quarum vna mouet tm̃ et alia mouetur tantuꝫ
que nichil mouet ꝙ ſit pars totius mouentis lꝫ poſ
ſit mouere aliquod extrinſecũ ꝓbat ari. ſi totuꝫ a.
b c. ſit mouẽs ſeipſum ita ꝙ a. moueat tantum et b.
moueatur tantum et c. moueat ⁊ moueatur tunc re=
moto ipſo c. adhuc a b. mouebit ſeipſum quare hoc
totum a b c. non erit primũ per ſe mouẽs ſeipm̃ ſed
hoc totum a b. cuius vna pars mouet tantum ⁊ alia
mouetur tantum quare ⁊c.

¶ Et notandum ꝙ in celo cuius motor eſt indiuiſi
bilis ſecundum naturam nec motor eſt extẽſus ad
extenſionem mobilis et per conſequens nec diuiſi
bilis facile eſt dare primum mouens non motuꝫ ſꝫ
in animalibus imperfectis annuloſis ī quibus ps
mouens quodãmodo eſt extenſa continue et diuiſi
bilis ſicut ipſum mobile ibi vt videtur non poteſt
dari primum mouens ſeipſuꝫ. Nam pars ſeparata
a toto adhuc ſeipſam mouet igr̃ / dicitur ꝙ in talibꝰ
eſt tantum vnũ primũ mouens ſeipſũ ſcđꝫ actuꝫ ſꝫ
ſunt plura ſcđm potentiã Dicitur vltra ꝙ mouens
ẽ ꝯtinuũ ⁊ extẽſũ ⁊ iq̃tũ ꝯtinuũ ẽ diuiſibile ī ifini=
tũ nec ꝑ diuiſionẽ aufferri poteſt nã ꝯtinui tñ iq̃tũ
nãle repugnat ei cũ q̃libet ꝟtꝰ nãlis req̇rat det̃mi
natã q̃titatẽ aq̃ ſi deficiat nõ plus habebit opatio
nẽ ī materia. Et ſi q̇rat̃ q̊moº ī mouẽte ſeipſũ ſe ha=
beãt ptes p̃dicte Reſpõdet philo. ꝙ ex ipſis nõ fit
vnũ ꝯtinuitate qꝛ mouẽs et motũ nũq̃ ſũt vnifor=
mis diſpoſitiõis ſꝫ fit vnũ ꝑ ꝯtactũ. Et hoc duplicit̃
vl̃ ãbo ſũt corpora ⁊ ſic mutuo ſe tãgũt vl̃ mouẽs ẽ
icorporeũ qꝛ motũ ſẽꝑ ẽ corpꝰ ⁊ ſic pars mouẽs tã=
git partẽ moti methaphorice .i. ſecũdũ ꝟtutẽ et nõ
tactu ꝓprie dicto. Ex hoc q̇dã opinãt̃ ꝙ aĩatũ non
ẽ ꝯtinuũ ſꝫ ꝯtra tũc ibi eſſent m̃lta animalia S. T.
T. C. 44.

¶ Cõtra hec ar̃. Primo oſtẽdẽdo ꝙ cã pria nõ ſẽꝑ
plus ifluat q̃ cã ſecũda qꝛ motꝰ celi ẽ pria cã cale=
factionis vt ſupra dictũ ẽ ⁊ tñ calefactio aliq̃ñ plus
ẽ ab igne q̃ a motu celi. Itẽ effectꝰ plus aſſimilat̃
cauſe ꝓxime q̃ prime q̊ plus ifluit ꝓxima añs pꝫ
qꝛ hõ plus aſſimilat̃ pr̃i ſuo q̃ ſoli. Itẽ deꝰ finite ꝯ
currit ꝯcurſu generali ad quẽlibꝫ effectũ q̊ aliq̃ cã
creata poteſt plus ꝯcurrere qꝛ cã finita poteſt exce
di ab alia cã finita niſi enĩ aliquod agẽs creatũ ex=
cederet ꝯcurſũ dei generalẽ ſeq̇retur ꝙ ignis non
poſſet corrũpere aquã que ī ſe habet ꝯcurſũ dei ge
neralẽ ꝑ quem ꝯſeruabatur.

¶ Secũdo angelꝰ mouetur ꝑ ſe et tñ nõ diuiditur
ī ptẽ ꝑ ſe mouẽtẽ ⁊ ī ptẽ ꝑ ſe motã igitur maior ꝓba
ta ẽ ſupra. Forte dicis ꝙ ãgelꝰ nõ mouetur phiſice.
Cõtra tũc ex ꝓceſſu phi. nõ ꝓbaretur qui deꝰ poſ=
ſit moueri localit̃ eoº q̊ ãgelꝰ mouetur localit̃. Dicit
etiã. ſ. t. i i. d. 37. q. 4. ar. i. ad 4m. ꝙ ãgelus ꝑ ſe mo
uetur ſecũdum locum.

¶ Tertio Si mobile diuidatur in partem
per ſe mouentem et partem per ſe motam tunc
queritur de iſta parte per ſe mota vel eſt materia
vel forma vel totum ꝯpoſitũ non duo prima quia ni
chil ꝑ ſe mouetur niſi totum ꝯpoſitum vt pꝫ ſexto
phiſi. nec 3m. qꝛ totum ꝯpoſitum non eſt pars. ergo
non eſt pars ꝑ ſe mota. Itẽ dictũ eſt ꝙ pars nõ mo
uet totũ vt dicit S. T. 3º. t. ca. 42. Forte dicis ꝙ ps
per ſe mota eſt vna pars integrales et pars per ſe
mouens eſt altera pars integralis. Contra in an=
guilla vna pars itegralis nõ videtur moueri ab a=
lia Alias poſt diuiſionẽ partes nõ mouerent̃ quod
eſt falſum.

¶ Quarto nulla pars neceſſario mouet ergo non mouet per ſe tenet ꝯña quia omne per ſe ē neceſſarium. Itē nichil agit niſi ſuppo^m. 1. metha. ſed ps nō ē ſuppoſitum ergo nō mouet ꝑ ſe

¶ Quinto arguitur ꝙ calefaciens calefit quia ferrum ꝑ ſe calefacit et tñ per ſe calefit ab igne. Item angelus mouet celū localiter et etiam mouet localiter ſaltē ꝑ accidēs ad motū celi ergo nō ē iconueniens ꝙ mouens moueatur ſecūdum eundē motū ſecūdum quē mouet.

¶ Sexto dictū eſt ꝙ mouens ſeipſum per ſe primo habet tātū duas partes vt dicit S. T.. hic lect. ii. vnde animatū mouetur et mouet ratione duarū ꝑtiū quaꝝ vna prio mouet. ſ; ꝯtra dictū eſt 6° phi. ꝙ cōtinuū eſt in ifinitū diuiſibile et ꝙ nō datur prima ps mot⁹ ergo nō dat̄ pars primo mota nec pars primo mouēs ymmo dictū ē in 7°. ꝙ nichil ē primo mouēs ſeipſum cuius oppo^m dicit phūs hic. T. C. 44. dicēs ꝙ in primo mouēte ſeipſū ſūt tātum due partes. Item dict ū eſt ꝙ remoto ipſo c. adhuc a. b. mouebit ſeipſū et ideo hoc totū a. b. c. non eſt primum mouēs ſeipſū. Sed cōtra eodēmodo ꝓbaret̄ ꝙ a. b. non ē primū mouēs ſeipſū qꝛ ſi aliqua pars auferat̄ ab ipſo b. adhuc reſiduum mouebit ſeipſuʒ Forte dicis ꝙ a b. eſt minimū naturale ſic etiam poſſet dici de a. b. c.

¶ Ad primū dicēdum ꝙ loquendo de cauſa primo ſipliciter illa prius influit nec oportet effectum ſibi magis aſſimilari vt dicit S. T. de veri. q. 24. ar. primo ad 4^m. qꝛ alia ē ꝓpinquior. Ex hijs habetur ꝙ quicq̊d ē cauſa cauſe ē cauſa cauſati Ad aliud negatur cōſequētia.

¶ Ad 2^m. videatur i ſexto phiſi.

¶ Ad 3^m. Propter hoc argumētū q̊dam ponūt plures formas i eodē ꝯpoſito S. T. 1ª. parte q. 76. ar. 4. ad 2^m. dicit ꝙ anima ſecūdū vim motiuā eſt pars mouēs. ꝛ corp⁹ aīatū eſt ps mota. Quidam dicūt ꝙ pars per ſe mouēs eſt pars q̄titatiā ꝯpoſita ex materia et forma qꝛ poten^a motiua aſini eſt in ea ſubiectiue ꝛ nō in aīa g° ipſa ꝑ ſe mouet. S; ꝯtra Materia nō mouet ergo nec illud ꝯpoſitū primo et ꝑ ſe mouet qꝛ quod primo mouet ſcd̄ʒ quodlibet ſui mouet. Itē illud ꝯpoſitū mouet ratione aīe q̇ eſt nat̄a ergo non primo mouet

¶ Ad quartuʒ negat̄ ꝯña qꝛ per ſe 4° mō non opʒ ſemꝑ eſſe Ad aliud dr̄ ꝙ ꝯpoſitū ꝓprie mouet ſe ꝑ alterū et ꝑ ſe vt ly per ſe diſtinguit̄ ꝯtra ꝑ accidēs.

¶ Ad 5^m dr̄ ꝙ aliq̄ñ medic⁹ ſanat ſeipſū ſ; hoc nō eſt per ſe ſ; an inueniēs ſcientiā doceat ſeipſū ꝛ ſit magiſter ſui dicit. ſ. t. ꝙ nō qꝛ eiuſdē ad ſe nō eſt relatio realis. de veri. q. 11. ar. 2°.

¶ Ad 6^m dicit. ſ. t. ari. hic loquitur de motu applicando ad determīatas naturas et ſic in rebus dat̄ minimū quod eſt prīo motū Et per hoc pʒ ad alia dicit̄ eni aliq̇d moueri ꝑ ſe prīo ſcʒ mīmū naturale qꝛ non pōt dari min⁹ q̇d ſeparatū moueat ſe.

AD quintū ſic ꝓcedit̄ videt̄ ꝙ mot⁹ localis non ſit prim⁹ oīm motuū qꝛ ordo motuuʒ ſeq̇tur ordinē teriorūʒ cū mot⁹ capiat ſpeciē a termino ſ; termin⁹ motus gñationis eſt prior terio mot⁹ localis cū ſubā ſit prior accidente. igr̄ S; ꝯtra eſt philo. in hoc 8. in q̊ declarat̄ Cathena aurea ſeu ierarchia omnium cauſarum vſq; ad primam ſimpliciter.

¶ Reſpondeo dicendū ꝙ poſtq̄ʒ phūs oſtendit ꝙ neceſſe eſt eſſe vnū primū motorē ꝑpetuū. ꝯſequēter oſtendit ꝙ vnus motus poteſt eſſe perpetuus ꝛ quis oīm motuum ſit primus Pro q̊ ſit talis ꝯcluſio

¶ Cōcluſio prima Mot⁹ localis eſt prim⁹ oīm motuū pro cui⁹ ꝓbatiōe ſupponit philo. ꝙ tm̄ ſūt tres mot⁹ ſcʒ ad qualitatē q̇ dicitur alteratio. Ad quātitatē qui eſt augmētatio vel diminutio ꝛ ad vbi q̇ dicitur locimutatio. Tūc ar̄ ſic Alteratio ē prior augmentatione ꝛ mot⁹ localis eſt prior alteratione ergo mot⁹ localis eſt prior. Maior pʒ. qꝛ augmentatio fit adueniēte nutrimēto quod primo eſt diſſimile ꝛ cōtrariū alito ꝛ efficitur ſimile. ſed fieri ſimile non eſt niſi per alterationē. ergo augmentatio preſupponit alterationē. Minorē probo dupl̄r Primo qꝛ in omni alteratione requiritur alterās quod facit. potentia actu tale ſ; hmoi alterās non ſemꝑ eodē modo ſe hʒ ſcd̄m ꝓpinquitatē et diſtantiā ad id q̇d alterat̄ qꝛ ſic ſemꝑ vno ꝛ eodē modo alteraret quod ad ſenſū videt̄ falſū. Efficitur ergo q̄ñq; ei propinquius ꝛ q̄ñq; longius ſcd̄m ꝙ alterat̄. S; hoc nō fit ſine motu locali igr̄ Scd̄o alteratio fit ſcd̄m paſſibiles q̄litates inter quas ſcd̄m antiq̊s raritas ꝛ dēſitas ſunt priores. Nā alie ſcd̄m iſtas diſtinguntur Sed raritas et dēſitas ſcd̄m iſtos ſunt ꝯgregatio et diſgregatio. Scd̄m aūt ꝯgregationes et diſgregationes fiūt gñationes ꝛ corruptiones ſubārum Et in cōgregatione ꝛ diſgregatione neceſſe eſt eē motum localē ergo mot⁹ localis p̄cedit gñationē ꝛ corruptionē que ſcd̄ʒ eos priores ſunt talib⁹ alterationibus. Et circa hanc rationem Aduertendum eſt ꝙ ſi attendatur ordo paſſibiliuʒ qualitatū ex parte materie verum eſt tunc ꝙ rarum et denſuʒ priores ſunt ſi vero attendatur ex parte agentis calidū et frigidū ſūt priores Aduertendū etiaʒ ꝙ gñatio et corruptio nō ſūt ſcd̄m aggregationē ꝛ diſgregationem ſ; hac opinione tanq̄ʒ ꝓbabili vtit̄ phūs vſq; quo eam reprobauerit in libro de gñatione

¶ Aduertēdū tertio ꝙ ꝯgregatio ꝛ diſgregatio ſūt motus locales vel ſaltē ſūt ſcd̄ʒ motū localē ſi ſint corpoꝝ exiſtētiū actu ſ; ſi capiant̄ aggregatio ꝛ diſgregatio ꝓ rarefactione ꝛ ꝯdēſatione hoc mō non ſūt mot⁹ locales vt dictum eſt in principio niſi forte Sicut de augmento et decremento diceret̄

¶ Scd̄o pʒ ꝯcluſio ex ꝑte modoꝝ prioris ꝛ poſterioris tripliciter eñ aliq̇d dr̄ pri⁹ altero primo mō a q̊ nō ꝯuertit̄ ſubſiſtēdi ꝯña q̇ ſcʒ non exiſtēte alia non ſunt ſed ipſū ē ſine aliis. 2°. aliq̇d dicit̄ pri⁹ ſecūduʒ tpūs quod ſcʒ reōtius eſt a p̄ſēti nūc in p̄terito vel propinquius eſt in futuro tertio dicitur prius ſcd̄m ſubſtantiam et ſic actus prior eſt potentia et perfectum imperfecto probatur ergo concluſio Et primo ſecundum primum modum prioritatis quia neceſſe ē motū eſſe vel ergo ꝑpetuat̄ qꝛ ſēper eſt vn⁹ et idem mot⁹ cōtinu⁹ vel qꝛ ſunt infiniti mot⁹ cōſequēter ſe habētes inter quos nō eſt mediū ſ; primū

eſt dignius q̄ꝛ ꝯtinuū eſt ꝑfectiꝰ q̄ꝫ ꝯſequēter ſe ha-
bens ⁊ natura facit de poſſibilibꝰ qđ digniꝰ eſt ergo
magis accipiēdū eſt motū ꝑpetuari ꝑ vnū q̄ꝫ ꝑ plu
res ꝯſequēter ſe hn̄tes ſꝫ ſolus motꝰ localis pōt eē̄
ꝑpetuꝰ vt patebit ergo eſt prioꝛ alijs p̄riomō Item
non opꝫ illud qđ localiter mouetur moueri alio mo
tu ſꝫ nichil mouet̄ alio motu niſi ꝑexiſtēte motu lo-
cali igr̄. 2° pꝫ de ſcđo mō q̄ꝛ ꝑpetuū priꝰ eſt non per
petuo ſꝫ ſolus motꝰ localis pōt eſſe ꝑpetuꝰ ergo
¶ Sed ꝯtra obijcitur vt ar̄ an̄ oppoſitū. Ad quod
reſpōdet phūs ꝙ licꝫ in vno et eođ motus localis
ſit poſterioꝛ tp̄e ſimpl̄r tn̄ eſt primꝰ q̄ꝛ īpoſſibile eſt
generabilia et corruptibilia eſſe niſi ſuppoſito mo
tu locali ⁊ ſi oīa eſſent huiuſmodi contigeret motū
deficere et ſic opꝫ aliquod mobile eſſe ingn̄abile ⁊
incoꝛruptibile inalterabile et inaugmentabile. cū
motus ſemper ſit cauſa generationis omniū gene-
rabiliū ⁊ coꝛruptibiliū ⁊ talis nō poteſt eē̄ alius q̄ꝫ
motꝰ localis. 3° ꝓbat̄ ꝙ ſit primꝰ 3°. m° prioꝛis nā
prioꝛa via generationis ſūt poſterioꝛa via ꝑfectio
nis q̄ꝛ generatio ꝓcedit de impfecto ad ꝑfectū ſed
motꝰ localis ī vno ⁊ eodē poſterioꝛ ē vt dictū ē opoꝛ
tet enim aliq̄d primo fieri deīde alterari ⁊ augeri ⁊
vltimo moueri localit̄ igit̄ motꝰ localis ꝑfectioꝛ eſt
omnibꝰ. Itē ille motꝰ ꝑfectioꝛ ē qui ſolū cōuenit ꝑ
fectis ſꝫ ſic ē de motu locali nā videmꝰ ꝙ plāte que
ſūt impfectioꝛes aīālibꝰ ⁊ adhuc īter aīalia illa q̄
ſūt impfecta nō mouētur localit̄ niſi ꝑ accidēs aīa-
lia vero ꝑfctā mouētur localit̄ igit̄. Itē ille motꝰ ē
ꝑfectioꝛ q̄ nichil variat de ſubſtantialibꝰ ſꝫ hoc ſo-
lum cōuenit motui locali igit̄. Ultimo ꝓbat̄ ꝯcluſio
ex oꝛdīe mouētiū q̄ꝛ mouēs ſeipꝫ ē primū ſꝫ mouēti
ſeipſū maxime cōuenit mouere ſe motu locali ergo
¶ Cōtra cōcluſionē arguit̄ ſic ꝓbando ꝙ motꝰ lo-
calis celi nō ē cauſa alioꝝ motuū nam ſtāte motu
celi ſi graue eēt ſurſū aut deſcēderet aut ꝑpetuo ſta
ret violēter neutrū ē dicēduꝫ igr̄ ¶ Scđo coꝛruptio
nō requirit ꝟtutē poſitiuā ſed defectū ꝯſeruantis
igit̄ poteſt eē̄ coꝛruptio ſine motu locali antecedēs
patet dicēte cōmētatoꝛe 2°. de generatione ignis
cum nō mouebit per pricipium mouēs mouebit ad
coꝛruptionē tm̄ et philo. nil fit niſi moueat̄ coꝛrūpi
tur autem cum nil mouet. ¶ Tertio dicit articu
lus pariſien̄. ꝙ ceſſante motu celi ignis nō poſſet
cōburere ſtupā erroꝛ. Item tempoꝛe ioſue ſtetit ce
lū et fiebāt trāſmutaōnes igr̄ Si dicas firmamētū
mouebat̄ tūc ſeq̄t̄ ꝙ nō fuit armonia ī aſpectibꝰ ce
loꝝ et ſol fuiſſet in alio ſigno ſi dicis celos q̄eſcere
Cōtra tūc nō fuiſſet tēpꝰ ⁊ ꝑ cōſequens nec dies
nec illa dies fuiſſet lōgiſſima de hoc vide burgēſē
ſup bibliā ¶ Quīto ſcđm auguſtinū ſtāte celo rota
figuli mouet̄ poſſibilit̄ et ꝑ cōſequens eſſet mo-
tus et tēpus igitur.
¶ Sexto dāpnati poſt diē iudicii patiētur ab igne
inferni ſic ꝙ alterabūtur nec eſt neceſſe recurrere
ad miraculū ergo ceſſante motu celi poteſt eē̄ alte
ratio maioꝛ patet q̄ꝛ cremabunt̄ ab igne et S. T.
li. 4° ꝯtra gē. ca 89. et ca. 90. dicit ꝙ affligent̄ pena
ſenſibili a ꝯtrarietate ignis Foꝛte dicis ꝙ nō affli-
gent̄ niſi ex hoc ꝙ apprehēdent ignē tanq̄ꝫ ſibi no
ciuū vel īſtrumentū diuine iuſticie hꝰ 2m eſt ꝯtra. ſ. t
de veri. q. 26. ar. 1. q̄ꝛ īſtrumentū non agit actioneꝫ
que ꝓpriā naturā excedit niſi exercendo aliquē cō
naturalē ⁊ hoc etiā reprobat in 4° diſ. 44. in vltio
articulo ⁊ eſt ſcđa opinio. Itē ſacramenta agūt in
aīa ſcđm eū ergo ⁊ ignis realiter. Itē vel ſcđm rei
veritatē eſt eis nociuꝰ vel nō. Si primū hētur intē
tum ſcꝫ ꝙ realiter calefacit eos. Si ſcđm ſeq̄tur ꝙ
nō eſt niſi quedā illuſio et deceptio Hoc etiā eſt cō
tra gregom vt allegat. ſ. t. dicentē ꝙ dāpnatus incē
diū nō ſolū videndo ſꝫ experiendo patit̄. Si dicat̄
ꝙ de facto caleſiūt ſꝫ hoc eſt ꝑ miraculū deo ſcꝫ ſpe
cialiter agēte hoc videt̄ abſurdū ꝙ deꝰ cū illis peſ
ſimis ſpaliter ꝯcurrat Foꝛte dicis ꝙ iſtđ argumētū
non ꝓbat quī phiſice loquēdo oīs motꝰ depēdeat
a motu locali. Sꝫ nobis ſufficit probare ꝙ ſcđm rei
ꝟitatē non depēdet. Quidā hic dicūt ꝙ ignis ap-
prehenditur ꝟe vt nociuꝰ q̄ꝛ coacta detentio eiꝰ le-
dit eos cap. ī 4° diſ. 44. ſꝫ queritur quid in eis cau
ſat. Itē querit̄ de hac coactione an ſit actꝰ volunta
tis quidā dicit ꝙ eſt nolle quo nolūt ibi eſſe ſꝫ ꝯtra
demones nō īmobiliter adherēt mediſs. Nego q̄n
illud eſt mediuꝫ neceſſariū fini cui īmobilit̄ adhe-
rent Cōtra non eſſe ī illo loco nō eſt mediū per ſe
neceſſariū ad finē quē demō vult ergo nō neceſſa-
rio vult ibi nō eſſe ſꝫ hic eſt dubium. An ira que eſt
paſſio ꝓprie dicta poſſit eſſe in homine dānato q̄ꝛ
videt̄ ꝙ ſit motꝰ ⁊ ī coꝛpe vide. ſ. t. de veri. q. 26. ar. 1.
¶ Septimo beati poterūt currere ⁊ āmbulare ⁊ coꝛ
da coꝝ ꝯtinue mouebunt̄ q̄ꝛ aīal non pōt viuere ſn̄
motu coꝛdis. Item tūc vnus btūs poſſet proijcere
glebā terre ſurſū ergo motꝰ terre nō depēdet a mo-
tu celi Foꝛte dicis ꝙ motꝰ q̄ depēdent a voluntate
poſſūt eſſe ſn̄ motu celi non aūt alij. Cōtra motus
localis eſt calefactiuꝰ ergo in btō per ambulationē
pōt cauſari calefactio ⁊ in dāpnato fatigatio Iteꝫ
in vno quoq̄ꝫ gn̄e eſt vnū quod eſt primū ⁊ cauſa ali
oꝛum ergo motꝰ localis volūtarius depēdet a mo-
tu celi. Item ſeq̄retur ꝙ dāpnatus poſſet aſcende
re per aerē q̄ꝛ mouēdo ſe ſurſū nō pōt cadere deoꝛ-
ſum niſi velit q̄ꝛ lꝫ hēat coꝛpꝰ graue tn̄ motus ſuus
naturalis depēdet a motu celi. Itē Si motꝰ volun
tarius eſt ꝑ aerē. g° aer pōt diuidi. ⁊ per ꝯn̄s coꝛrū-
pi. Sꝫ coꝛruptio vnius eſt generatio alterius
¶ Octauo ar̄. dato ꝙ primꝰ motus ceſſaret tūc oīa
mixta coꝛrūperent̄ vel ſubito vel ſucceſſiue. Et vi-
detur dicē. ſ. t. ꝙ nō ſubito in 2° di. 2. q. 2. 3. opuſ. 10.
24. opuſ. 11. 11. opuſ. 53. 8m. 11m. 9m. Sed coꝛruptio
vniꝰ eſt gn̄atio alteriꝰ g° poſtq̄ꝫ motus celi ceſſauit
aliq̄d pōt coꝛrūpi ⁊ aliud gn̄ari. Itē celi inferioꝛes
ſcđm aſtrologos mouētur motu ꝓprio ꝯtra motum
firmamēti ergo ille motꝰ nō depēdet a primo mo-
tu qui eſt in firmamento. Item quarto phi. motus ⁊
tempus ſunt cauſa per accidens coꝛruptionis er-
go ceſſante motu adhuc res poſſet coꝛrumpi.
¶ Nono ceſſante motu celi ſol cauſabit lumen in
iſtis inferioꝛibus ergo agens naturale poterit age
re. Foꝛte dicis ꝙ illuminatio fit in īſtāti et ideo nō
requirit tēpus nec motū celi ſicut cetera ꝓducibi-
lia ideo q̄dam īfert ꝙ beati poſt iudiciū non odoꝛa-
bunt gariofila floꝛes roſarum nec lilia conuallium
q̄ꝛ hec nō erūt vide. S. T. de po. q. 5a. 10. 8m. et in

4°. ſentētiarū in iſtanti. Cōtra ſic etiam aliqua fri
gefactio ſcd̄m phi. hic et S. T. lec. quinta ergo ta=
lis alteratio poterit eſſe ceſſāte motu celi. Item ce
lum agit in iſta inferioꝛa ꝑ lumē ita ꝙ eſt cauſa ge=
nerationis mixtoꝝ ꝑ lumē ſcd̄ʒ ſanctū T. 1ª. ꝑte q.
61. ar. 2. et in tertio di. 13. ar. 3. et ad ſepti. ergo iſta
inferioꝛa poterūt alterari et generari ceſſante mo
tu celi.

¶ Decimo ſi hec inferioꝛa dependereut a motu ce
li hoc eſſet quia motus celi ē pꝛimus vt dicit S. T.
li. 3°. ꝯtra gē. ca. 81. ſed hoc non quod pʒ quia albe=
do eſt pꝛimus coloꝛum ⁊ tamen alij non dependēt
effectiue ab eo Item falſum eſt ꝙ motus celi ſit pꝛi
mus ꝑfectione quia motus eſt eiuſdem eſſentie cū
termino ad quē. Sed terminus generationis ē foꝛ
ma ſubſtātialis que eſt perfectioꝛ ꝙ̄ ipſū vbi. Item
motus celi eſt reſpectus ergo non eſt cauſa entiuʒ
abſolutoꝛum que generantur hic.

¶ Undecimo motus celi non eſt aliud ꝙ̄ ipſuʒ vbi
quia omnis motus localis eſt eſſencialiter ſuus ter
minus ſed firmamento quieſcente ad ſe vbi ipſius
manet quia firmamētum eſt in celo empireo. Item
generatio eſt in iſtanti et tamen motus celi nō eſt
in inſtanti ergo motus celi non cōcurrit ad genera
tionem. Item S. T. 1. parte dicit ꝙ celum empire
um habet aliquam influentiam in iſtis inferioꝛibꝰ
vnde dicit q. 66. ar. 3°. ad 3m. ꝙ influit virtutem cō
tinendi et creandi et tamen non mouetur igr̄. Itē
reſpectus non eſt pꝛincipiū actionis ſicut neqꝫ ter
minus vt patet 5°. phi. ſed motus ē reſpectus. Si
enim motus localis eſſet quid abſolutum puta lo=
cus ſequeretur ꝙ eſſet in locante. Item ſi eſſet q̄d
abſolutū maxime eſſet qualitas vel ꝙ̄titas ⁊ quod
cūqꝫ detur ſequitur ꝙ eſt alteratio vel augmētatio
Item magnes attrahit ferrū licet nō moueatur er
go etiā celū poteſt agere ſine motu Item oīs muta
tio inſtātanea eſt terminꝰ alicuiꝰ motꝰ vt dicit Cō
men. in ſexto. Sʒ ceſſante motu celi eſt mutatio in
ſtantanea ſcʒ viſio. Item motꝰ localis non eſt ne=
ceſſarius niſi vt agens applicetur ſuo paſſo. ergo
poſtꝙ̄ agens eſt applicatū dato ꝙ motꝰ celi ceſſet
adhuc poteſt agere vel actionē continuare vt dicit
durandus qui inter ſpecies motus non ponit oꝛdi=
nem cauſalitatis nec ſunt eiuſdem generis ⁊ ideo
dicit ꝙ non opoꝛtet dare pꝛimū hoc mō motus eñ
localis ſolus eſt de pꝛedicamēto vbi ⁊ nichil ponit
in ſubiecto. in 2° diſ. 15.

¶ Duodecimo Motꝰ localis eſt per ſe cauſa calefa
ctionis ergo nō eſt ꝑ ſe cā frigefactionis. qꝛ idē nō
eſt per ſe cauſa oppoſitoꝝ Uñ motꝰ localis impedit
frigefactionē g° ceſſāte motu adhuc poſſet eſſe fri
gefactio. Itē motus celi nō pōt ꝯcurrere niſi finite
ad productionē alicuiꝰ rei Sed actio finita ꝑ aliud
agens naturale poteſt ſuppleri ergo poteſt fieri ꝑ
aliud agens naturale ꝙ ignis calefaciat Foꝛte cō=
cedis cū aduerſarijs. Sed ꝯtra tunc ſeqtur ꝙ non
pōt aſſignari bona ratio naturalis quare puuli qui
ſunt in limbo non moꝛiuntur ex quo tu concedis ꝙ
motus coꝛruptionis pōt eſſe ſñ motu celi qꝛ poſſet
cadere ab altiſſimo loco ceſſāte motu celi ꝑ ꝓpꝛiaʒ
voluntatē ergo poſſet ſe occidere ymo idigeret nu=
trimento niſi ſemꝑ recurras ad miraculū. Item po
teſt dubitari an motus celi ſit pꝛopꝛia mēſura oim
alioꝛū qꝛ videtur ꝙ tēpus ſit menſura eoꝝ ſi dicas
tēpus ſeqtur motū Contra nō eſt idē motꝰ celi apđ
oēs tñ eſt idē tempꝰ. Itē pꝛiꝰ ⁊ poſterius in motu ꝑ=
ſupponit pꝛiꝰ in tp̄e ergo tempꝰ p̄cedit motū. Añs
pʒ qꝛ vnus motus dr̄ pꝛioꝛ alio qꝛ fuit in pꝛioꝛe tp̄e
nec eſt curandū an pꝛius ſit de rōne tp̄is qꝛ videt̄ ꝙ
non. cū relatio nō eſt de eſſētia abſoluti foꝛte dicis
ꝙ tp̄ūs nō eſt ꝓpꝛia menſura motꝰ qꝛ ſtat duos mo=
tus inequales eſſe in eodē tp̄e. Itē ſi tempꝰ mēſu=
raret cū etiā ipſū menſuret̄ aliqñ ſeqtur ꝙ in men
ſuris proceditur in infinitū vt qñ mēſuramꝰ lineaʒ

¶ Ad pꝛimū dr̄ ꝙ ibi non eſt ꝓpꝛie violentia quia
non eſt natū deſcēdere niſi ſuppoſito motu celi vñ
talis detenꝰ licet eſſet contra naturā grauis. vt eſt
hec. non tñ pꝛout ꝯpatur ad cām vniuerſalē. Deiñ
dicitur ꝙ licet non eſſet ibi violentās effectiue be
ne tamen defectiue.

¶ Ad ſcd̄m dr̄ ꝙ coꝛruptio vniꝰ eſt gñatio alterius
ideo reqrit virtutē poſitiuā Sʒ qnerit̄ ſi deꝰ crearet
bouē poſtꝙ̄ motus celi ceſſauit. An ille bos aliquā
do moꝛeretur. Et ſi ſic ſequitur ꝙ ſine motu celi ali
quid coꝛrūpitur et gñatur qꝛ coꝛruptio eiꝰ eſſet gña
tio alteriuꝰ. Si nō ergo bos ꝑ ſe eſt incoꝛruptibilis
qꝛ ſi ſecluſo extriſeco ſcʒ motu celi non coꝛrūperet̄
Uidetur ꝙ nunꝙ̄ coꝛrūperet̄ naturaliter ſʒ Cōtra
nō poſſet reſpirare nec habere motū coꝛdis qꝛ hec
dependent a motu celi.

¶ Ad 3m dr̄ ꝙ articulus loqtur cōtra negantes di
uinā potentiā Ad aliud dr̄ ꝙ motꝰ ſolis non eſt pꝛi
mus motus de quo loquimur.

¶ Ad 5m dico ꝙ motꝰ volūtariꝰ pōt eē ſñ celo vt di
cit. ſ. t. de po. q. 5. ¶ Ad 6m dr̄ ꝙ aīe cruciāt̄ ꝑ motū
detentionis. ¶ Et ad 7m dr̄ ꝙ motꝰ coꝛdis depen
det ab aīa rōnali et nō a celo vt dicit. ſ. t. de po. q. 5.
ar. 10. ad 8m Quidā ꝯcedūt alia illata. ¶ Ad 8m dr̄
ꝙ celo ceſſante. mixta reſoluūtur in elementa ſine
alteratione pꝛeuia vel ſi ibi ſit alteratio hoc erit ꝑ
motū celi cuiꝰ virtus ꝑ aliqđ paruū tp̄ūs remanet.
De luie dicit. ſ. t. in. 2. di. 2. q. 2. ar. 3. ad. 2. ꝙ non agit
niſi ſuppoſito motu vñ rabi moyſes dicit ꝙ motꝰ ce
li eſt ſicut coꝛ in aialī ⁊ phi. in pꝛincipio octaui dicit
ꝙ eſt ſicut vita oībus exiſtētibus. ſ. t. ibiđ. Notāduʒ
ꝙ aliqñ eſt difficile pꝛobare aliquid eſſe cauſā alte
rius qꝛ ſol ⁊ hō generāt hoīem tñ hoc ꝓteruꝰ nega
ret qꝛ de nocte ſol eſt in alio oꝛizōte tñ hō gñat̄ hic.
Quidam tamen thomiſtarum opinantur ꝙ etiam
ceſſante motu celi pōt eſſe vera alteratio ratione
luminis Et ſi dicatur contra eos ꝙ. ſ. t. videtur di=
cere oppoſitū in quarto ſētentiarū. Reſpōdent ꝙ
ſecūdū. ſ. t. tūc nullus eſſet motus introductiuus
foꝛme ſubſtātialis ſed bene qualitatum. Sed con
tra foꝛma non poteſt remanere in materia ſi ſeclu=
dantur diſpoſitiones eius. Si ergo poſſet eſſe al=
teratio tunc ſequitur ꝙ res poterunt coꝛrumpi et
generari Iteʒ contra. ſ. t. 2°. celi lec. 4. vbi pꝛopter
hoc repꝛobat alexādrū et adheret ſimplicio. Iteʒ
motus localis eſt pꝛimus ergo tranſit alios ſcd̄m
philoſophum. Foꝛte dicis ꝙ non opoꝛtet ꝙ pꝛius
ſēper ſit cauſa poſterioꝛis quia ī oꝛdie ſubſtātiarū

intellectualiũ natura angelica precedit aĩaʒ rationalem. ⁊ homo eſt prior ceteris animalibꝰ Et tamẽ non oportet ꝙ alia aĩalia cauſentur ab eo Et ideo S. T. predictã ꝓpoſitionẽ negat quo. 3º. ar. 6. in ſolutione argumẽti. Sed manifeſte ibidẽ dicit ꝙ eſt verum in motu locali. Alia inſtãtia habet̃ de veri. q. 6. ar. 2. ad 13m qr coloratũ eſt prius homine tamẽ non eſt cauſa eius.

¶ Ad decimũ ergo dicitur vnoº ꝙ albedo quo ad ſuum formale quod eſt lux eſt cõſtitutiua oĩm colorum Deĩde dicitur ꝙ motus localis eſt perfectiſſimus in eſſe motus licet habeat imperfectiorẽ terminũ. Si dicatur ideo generatio hoĩs eſt ꝑfectior generatione equi quia habet terminũ perfectiorẽ. ergo ita erit ĩ aliĳs motibus ꝙ ſcʒ ille eſt perfectior qui habet perfectiorẽ terĩm. Negatur cõſequentia cõparando vnũ genus motus ad aliud. Motus vero localis eſt perfectior quia habet ꝑfectiorẽ fineʒ ſcʒ mundi ↄtinuationẽ Si dicatur poſteriora gñatione ſunt perfectiora. ergo motus diminutionis ẽ perfectior motu locali quia cõtingit aĩal prius localiter moueri et augeri ꝙ̃ diminuatur. Dicendum ꝙ poſteriꝰ generatione eſt ꝑfectius qñ ſe habet vt finis ad precedentia. Sed queritur ſi primus motꝰ ceſſaret An ꝓpterea aliĳ celi quieſcerẽt. Et ſi non an iſta inferiora quieſcerent videtur ꝙ non qr aliĳ celi mouentur ab agente voluntario. Item querit̃ an ignis ſentiretur a forte ceſſante motu celi Ex q̊ non calefaceret eũ. Dicendũ ꝙ ſic Sed an centum equi poſſent trahere currũ Forte dicis ꝙ ceſſante motu nulla erũt mixta ſuppoſito tamẽ ꝙ miraculoſe deus ea ↄſeruaret. videtur dicendũ ꝙ non. Nec eſt mirũ ꝙ res ſic dependeant a motu qm̃ in principio metheororũ. dr̃ ꝙ per motũ plumbũ liquefit et videmus in lapidibus per motũ generari ignẽ. Sʒ dices agens debet eſſe ſimul cum paſſo. ſed motus celi non eſt ſimul cũ iſtis inferioribus Nec aliquaʒ virtutem producit in aere medio. ergo nõ agit effectiue in hĳs que ſunt ſupra terrã Forte dicis ꝙ in aere motus producit lumen hoc eſt falſum qr lumẽ non producitur per motũ. Dicendum ꝙ per motuʒ celum aliquid producit in aere medio.

¶ Ad vndecimũ dr̃ ꝙ licet motus ſit reſpectus tñ celũ vt eſt ſub motu hʒ aliquã actionẽ quã alias nõ haberet. ſicut approxiatio eſt reſpectus et tñ req̄ritur ad actionẽ agentis. De celo empireo videtur ex ſcđo ſen. ꝙ nichil influit. Sed intelligendũ eſt ꝙ non influit motum vel tranſmutationem Et ad alia dr̃ ꝙ motus localis primus nõ eſt ſolũ neceſſarius ꝓpter applicationẽ agẽtis ſʒ ꝓpt̃ alios motꝰ.

¶ Ad 12m dr̃ ꝙ primus motꝰ eſt cauſa frigefactionis inq̃tum eſt motꝰ ſʒ tenendo ꝙ ab eterno fuer̃t generationes vtrum aliquis motus localis preceſſerit quãlibet generationem.

¶ Circa hec queruntur 5e. Primo An motꝰ circularis ſit perpetuꝰ. Scđo An ſolus deꝰ ſit imutabilis. Tertio An res habeat vltimũ inſtans ſui eſſe. Quarto An oẽ qđ reflectitur ĩ pũcto reflexionis quieſcat. Quinto An proiecta moueant̃ a medio.

AD primum ſic proceditur videtur ꝙ motus circularis nõ poſſit eſſe continuꝰ et perpetuus Quia motus ↄdiuiditur mobili ſʒ nullũ mobile poteſt eſſe infinitũ igitur. Iteʒ ar̃ ꝙ nõ ſolus circularis ſit ꝑpetuus qr gñationes et corruptiones ſũt ꝑpetue vt pʒ in 2º de gñatione igr̃ In oppoſitũ eſt phũs.

¶ Rñdeo dicendũ pro declaratione q̃ſtionis ſupponendum eſt ꝙ omnis motus eſt ex oppoſito in oppoſitũ ſiue ↄtrarie ſiue cõtradictorie vt termini generationis ⁊ corruptionis ſũt eſſe ⁊ non eſſe alterationis ꝟo qualitates contrarie augmẽti ⁊ decremẽti magnitudo ꝑfecta ⁊ ĩꝑfecta Supponitur etiã ꝙ motus capit ſpẽm a termĩo ad quẽ ⁊ contrarietatẽ.

¶ Cõcluſio prĩa Nullꝰ motꝰ pret̃ motũ localẽ vnꝰ ⁊ idẽ exñs põt eẽ ſẽp ↄtinuꝰ ⁊ idẽ intelligr̃ de mutaºnibꝰ ꝓbat̃ qr ↄtraria ſit̃ eidẽ ineſſe nõ pñt g̊ nec motꝰ ↄtrariĳ vt cũ aliq̃s mouet̃ ad albũ motu dealbaºnis illđ nõ mouet̃ ad nigrũ motu đnigraºnis qđ ãt priꝰ exiſtit ꝑ aliqđ tp̃s ⁊ nõ mouet̃ motu q̊ natũ ẽ moueri illud quieſcit quiete oppoſita illi motui ergo cũ aliquis mouetur motu dealbactionis. quieſcit quiete oppoſita motui denigratĩois g̊ motꝰ denigracionis non poteſt ſẽper eſſe et cum motus contrariĳ ſint eiuſdem nature ſi vnus nõ poſſit ſemꝑ eẽ nec alius quare ſequit̃ ꝙ nullus motus qui eſt de cõtrario in cõtrarium et idem exiſtẽs poteſt ſẽper eẽ ↄtinuus ⁊ ꝑpetuus. et idem de mutationibus. Nec valet dicere ↄtra rationẽ ꝙ mutationes non ſũt ↄtrarie quia ſũt oppoſite ſecũdũ ↄtradictionẽ. Et in hoc ratio fũdatur ꝙ ĩpoſſibile eſt nõ ſolũ ↄtraria ymmo etiã quecũqꝫ oppoſita ſimul eidẽ ĩeſſe nõ poſſũt vnde ſicut ĩpoſſibile ẽ idem ſimul eſſe albũ et non albũ ita et album et nigrũ ⁊ ĩpoſſibile eſt idem ſimul albari et denigrari ſicut generari ⁊ nõ generari Sed obĳcitur quia quies nõ opponitur mutationi ergo non poteſt eſſe cum aliquid non mutatur aliqua mutatione ꝙ quieſcit quiete oppoſita illi mutationi. Dicitur ꝙ nichil differt ad ꝓpoſitum ſed ſufficit ꝙ ſimul ſecũdum tẽpus non mutetur mutationibus oppoſitis Sed ꝙ ĩter duas mutationes oppoſitas neceſſario ſit tẽpus mediũ ſiue in illo tẽpore dicat̃ mutabile quieſcere ſiue non mutari. Et ideo dicit̃ in 5º huius ꝙ mutationi opponitur mutatio et non quies. Item obĳcitur ꝙ motus non ↄtrariet̃ motui quia opponitur quieti modo vnum vni tm̃ eſt oppoſituʒ. Dicitur ꝙ non eſt ĩconueniens aliq̇d duobus opponi vni directe. et alteri indirecte. vnde motus directe ↄtrariatur motui ⁊ indirecte quieti. Secũdo patet ↄcluſio ſic quia oĩs oppoſicio ſumitur inter prefixos terminos ⁊ determĩnatos ergo omnẽ mutationẽ que eſt ĩter oppoſita ↄtigit ſĩpliciter t̃minari ergo nulla talis poteſt eẽ ↄtinua et perpetua.

¶ Concluſio ſecunda motus vel mutationes que ſunt inter oppoſita ↄtinuari non poſſunt ꝑ ſucceſſionem ſic ꝙ dum aliquis mouet̃ ad vnũ terminũ ſtatim ⁊ ſine tẽpore ĩtermedio poſſit moueri aut mutari in terminum oppoſitũ ꝓbatur quia ſicut eſt in generatione ⁊ corruptioue ita et in aliĳs motibus nam qđ eſt phiſi. cũ ſimiliter ſe habet ĩ omnibꝰ. ſed

irrationabile eſt dicere ꝙ gñationi imediate ſuccedat coꝛruptio. puta cũ aliquid generatũ eſt ſtati coꝛrumpitur qꝛ tunc fruſtra gñatum eſſet ergo etiã eſt ita in ceteris motibꝰ. Secũdo idẽ eſt motus ⁊ motꝰ vnus cõtinuꝰ ſed motus qui eſt de albo in nigrum ⁊ econtra non eſt vnus motus cũ ſint cõtrarij et ſpecie differant ergo non ſũt vnus motus ꝯtinuus q̃re opoꝛtet ꝙ intercidat quies media.

¶ Concluſio tertia Motus circularis põt eſſe cõtinuus et perpetuus Pꝛobatur Illud eſt poſſibile quo poſito in eſſe nullum ſequitur impoſſibile ſꝫ ſi ponatur motus circularis ꝯtinuus et perpetuꝰ nullum ſequitur impoſſibile ergo. Minoꝛ patet quia illud impoſſibile ꝙ ſequebatur ponendo motum rectum eſſe continuũ et perpetuũ erat ꝙ motus contrarij eſſent vnꝰ ⁊ continnus motus Sed impoſſibile non ſequitur ponẽdo motũ circularẽ continuũ quod oſtenditur. Pꝛimo quia in motu circulari illď quod mouetur ab aliquo pũcto redire poteſt ad idẽ punctum. ſcďm eandẽ diſpoſitionem partiũ mobilis ita ꝙ pars que in exitu a puncto erat pꝛioꝛ erit pꝛioꝛ etiam in reditu ad ipſũ punctũ et ſic non erit contrarietas in diſpoſitione partium mobilis quod non cõtingit ĩ motu recto ymo pars que erat pꝛioꝛ in motu pꝛimo in reflexione fit poſterioꝛ. Secundo ſic cõtrarietas inter duos termĩos ſolũ attenditur inter lineã rectã per quam ſolum põt menſurari maxima diſtantia inter duo puncta ſecundũ quã diſtantiaꝫ in loco attenditur ꝯtrarietas Sed talis diſtantia per lineã circularẽ non menſuratur quia inter duo puncta deſcribi poſſũt infinite linee curue. Sed vnica recte deſcribi poteſt ergo illa maxima diſtantia ſolum menſurari habet per lineaꝫ rectam ergo motus qui ſunt ſcďm lineam circularem non contrariantur. Tertio partes motus circularis non ſunt contrarie quia in motu circulari fit reditus ab eodem in idem non per idẽ mediũ ſed per aliud et aliud fit exitus ab vno puncto ⁊ reditus in idem Modo de rõne oppoſitoꝛũ eſt ꝙ circa idem cõſiderentur ergo poſſibile eſt aliquid moueri circulariter ſine oppoſitione motuũ quare motus circularis poteſt eſſe continuus et perpetuus quod nõ cõtingit in motu recto quia ſemꝑ fit exitus ab eodem et reditus in idem mediũ ideo exitus ⁊ reditus ſũt motus oppoſiti et contingit hoc quia in linea recta finis non ꝯiungitur pꝛincipio ⁊ ſimiliter contingit in ſemicirculo vel alia mioꝛi poꝛtiõe circuli Ex iſta concluſione ſequitur iſta. ꝙ nullus motꝰ pꝛeter circularẽ poteſt eſſe perpetuus Que ſic patet qꝛ in oĩ alio ſi fiat reditus fiet per idem medium vt in alteratione ſi ex calido ſiat frigidum et ecõuerſo fit trãſitus per tepidum et ita eſt in alijs

¶ Concluſio quarta Motus circularis eſt pꝛimus oĩm motuũ. Patet qꝛ motus localis eſt pꝛioꝛ alijs motibus. Et omnis motus localis eſt rectus vel circularis vel mixtus ex hijs. Sed mixtus non poteſt eſſe pꝛimus et circularis eſt pꝛioꝛ recto quod patet quia perfectũ et ĩcoꝛruptibile natura perfectione et tempoꝛe ẽ pꝛius imꝑfecto ⁊ coꝛruptibili ſed oĩs motus rectꝰ eſt imꝑfectus et coꝛruptibilis motꝰ autem circularis eſt perfectus ergo minoꝛ patet quia nulla magnitudo recta eſt ĩfinita alias ſuper ipſaꝫ non ꝯtingeret moueri quia ĩpoſſibile eſt fieri quod impoſſibile ẽ factũ eſſe et ſic omnis magnitudo eſt finita ergo nullus motꝰ rectus poteſt eſſe infinitꝰ et per ꝯñs cuilibet motui recto poteſt aliquid addi ergo ẽ imꝑfectus ⁊ cũ pertigit ad terminũ ceſſat et ſic eſt coꝛruptus. Secũdo eſſe pꝛĩcipiũ in aliquo genere et eſſe mẽſura omniũ q̃ ſũt illius generis cõuertunť. ſed motꝰ circularis eſt menſura omniũ alioꝛũ pꝫ qꝛ motus regularis eſt pꝛioꝛ irregulari ſꝫ motus circularis ẽ regularis nõ autẽ motus rectus qꝛ vel eſt naturalis vel violentus. ſi pꝛimũ velocioꝛ ẽ in fine q̃ꝫ ĩ pꝛincipio. ſi ſecũdũ oppoſito modo ſe habet ꝙ autem motus localis ſit pꝛioꝛ alijs ꝓbat hic phi. ꝑ opinionẽ antiquoꝝ phoꝝ. Pꝛimo per empedoclem qui poſuit litẽ et amicitiam eſſe pꝛĩcipia motuũ ꝑ ꝯgregationem et ſegregationem que ſunt motus locales Secundo ꝑ anaxagoꝛam qui poſuit intellectum agentẽ eſſe pꝛimã cauſã motus. Tertio per democritum qui poſuit vacuũ eſſe cauſam motus modo vacuũ eſt cauſa motus localis. Quarto per opinionem antiquoꝝ ponẽtium vnũ pꝛincipium materiale motus ꝑ ꝯdẽſationem et rarefactionem. Quinto per opinionẽ platonis qui poſuit animã eſſe pꝛimã cauſam motus. Sexto ꝑ opinionẽ vulgarium dicentiũ nichil moueri pꝛopꝛie niſi moueatur localiter ergo motus localis eſt pꝛimus.

¶ Concluſio 5ª. ꝓbabile eſt alios motus a motu locali eſſe cõtinuos pꝛobatur a gregoꝛio ſupponendo duo pꝛimũ ꝙ habitus per actus generetur ⁊ augeatur ex 2°. ethi. Secundum ꝙ quilibet actus elicitus ab habitu durat ꝑ tempus et non ſolũ per inſtans tunc ſic ſi habitus nõ intenditur in tẽpoꝛe cõtinuo actiuũ naturale puta actus ꝑ tempus poſſet eſſe in debita ꝓpinquitate pꝛeſens paſſo diſpoſito nullo exiſtente impedimento et non agere in illud quod eſt naturaliter impoſſibile. Foꝛte dicis ꝙ ꝯñs non eſt ĩpoſſibile in agentibus que totũ effectum ſibi poſſibilem ꝓducunt in inſtanti ſicut patet de coꝛpoꝛe luminoſo. cõtra nã luminoſũ cõtinue agit in dyaphanum ꝯferendo lumẽ quia tamen actꝰ et ſi ꝓducat non tamẽ cõſeruat habitũ ideo opoꝛtet ꝙ ꝯtinue agendo illum intendat. Item contra id quod dicitur actum in pꝛimo inſtanti ſui eſſe cauſare de habitu tantum quod poteſt nã ſi petrus habens habitum mãſuetudinis infra vnã hoꝛã eliciat plures actus mãſuetudinis equales ſucceſſiue ita ꝙ inter ſingulos mediat tẽpus. in fine hoꝛe ille habitus eſſet intenſioꝛ q̃ꝫ in pꝛimo eius ĩſtanti g° ſi idẽ petrus ĩ pꝛimo ĩſtãti hoꝛe eliceret vnũ tm̃ equalem ꝑdictis et illum continuaret in eodem gradu ꝑ hoꝛam in fine hoꝛe habitus eius eſſꝫ intenſioꝛ q̃ꝫ in pꝛincipio ergo non totum quod poteſt actus cãre cauſat in pꝛimo inſtanti Pꝛobatur pꝛima conſequentia quia cetera patẽt Nũq̃ꝫ enim diuerſa agẽtia eiuſdẽ ſpeciei et equalis virtutis in agendo ſibi ſuccedentia circa ideꝫ paſſũ maiorem intenſionem faciunt in vno tempoꝛe q̃ꝫ vnũ eoꝛũ toto illo tempoꝛe continuatũ hoc autem patet in agentibꝰ conſeruãtibꝰ effectus. Tantũ enim illuminat candela non mota q̃ꝫtum mille ſibi ſuccedentes equa-

lis luminis cū ea Et in nō conſeruantibus vtſi di-
uerſa calefactiua applicentur eidem ſucceſſiue cō
firmatur quia alioquin volens cito calefacere a-
quā deberet ſepe ignem remouere.
¶ Secundo probatur concluſio. Nam ſi actus re-
miſſiuus habitus remittit illum in tpē vel in quolꝫ
inſtanti alicuius temporis habeo in tātum ſi vero
in aliquo inſtanti tamē hoc erit in primo in aliquo
ſequenti Non primum quia poſt primum inſtās nō
eſt debilior habitus ⁊ remiſſior ergo tunc nō remit
tit Nec ſecundum quia actus in tali inſtanti non
eſt fortior ꝙ̄ in primo.
¶ Tertio iſta ipoſſibilitas ꝯtinue itēſiōis nō eſt 1°
ex parte forme intenſibilis cum talis habeat gra-
dus intrinſecos in infinitū Nec etiā ſubiecti cum
in eodem ſubiecto aliquis actus intendatur puta
dolor in manu appoſita igni et noticia intuitiua et
viſio continue appropinquante viſibili cum neceſ
ſarie cauſe puta actus poſſit cōtinue intendi et in
tendere.
¶ Quarto ſit dyaphanū ſūme diſpoſitū ad lumen
et in eo ſignetur aliqua pars que ſit a. Et moueat
luminoſuꝫ ad a. cōtinue ⁊ propinquius magis tūc il
luminat magis vt patet ad ſenſum. Tunc ſic in q̄-
libet inſtanti temporis menſurantis motum lumi
noſi a eſt lucidius quia luminoſo vicinius ergo intē
ſio lucis eſt continua alioquin ſi interuenit quies
non in quolibet inſtanti a eſt lucidius.
¶ Quinto ſit a calefactiuuꝫ naturale quod appro
ximetur b. iam aliqualiter calido ſed tamen inten
ſibili ab a. Aut ergo a aget in b. ī qualibet parte tē
poris ſue preſētie aut non. Non ſecundum Ergo
primum dices ꝙ toto tempore agit non quidem in
tenſionem ſed intenſionem vel diſpoſitionem ad
intenſionē ita ꝙ in aliquo inſtanti itēdit ⁊ immedi
ate poſt diſponit et rurſū ſubito intendit Cōtra qꝛ
ex hoc ſequitur ꝙ a. aliquo tēpore cōtinue diſpōit
b. ergo in quolibet eius inſtanti b. eſt magis diſpo-
ſitū nō per diſpoſitiones diuerſarū rationuꝫ quia
eſſent īfinite ergo vni⁹ rationis ergo eſt aliqua itē
ſio cōtinua ſcꝫ illi⁹ diſpoſitionis Forte dicis ꝙ illa
diſpoſitio eſt rarefactio que non eſt proprie motus
ſecundum qualitates ſeu ſecundum ſitum ⁊ locum
vnde non eſt intenſio. Contra primo Nam rarefa-
ctio conceditur eſſe alteratio ergo magis rarefieri
eſt intendi ſecundum raritatem Item lapis cale-
factus rarefieret Itē quia preſente actu in quocū
ꝗ paſſiuo paſſiuū et diſpoſitum patitur ergo ī quo
cumꝗ eſt magis poſitū magis patitur Ergo non ſo
lum ī diſpoſitione ſed in ipſa forma ad quam eſt in
tenſio eſt continua vt experimur manu ad ignem
poſita Itē ſ.t.5. phiſicorum dicit ꝙ inter cōtraria ē
mot⁹ cōtinu⁹ ſed termini alteratiōis cōtrariantur
Itē tūc alteratio nō eēt ꝓprie mot⁹ nec eēt ad tria
predicamenta per ſe mot⁹ quia omnis motus eſt cō
tinu⁹. Itē tūc ſemper daretur primū alteratū cō-
tra phi. 6. phi. Itē mutatio iſtantanea eſt termin⁹
alicui⁹ mot⁹ ſed alteratio nō eſt termin⁹ alteri⁹ mo
t⁹ ergo nō fit in inſtāti añs pꝫ i illuiatiōe ſ.t. qō. 11.
articu. 4.
¶ Contra hec arguitur oſtēdēdo alios motus nō
eſſe ꝯtinuos qꝛ ſi virtus vel habitus acqreret ꝯti-
nue ſeqret ꝙ ad virtutes et malicias eſſet ꝑ ſe mo
t⁹ quod eſt contra phm 7°. phi. Item ſi intenſio habi
tus eſſet ꝯtinua ſequeret ꝙ actus itendēs habitū
etiam intēderet ꝯtinue cōſequētia patet quia a ꝑ-
fectiori habitu pfectior actus elicitur et ſic actus
ꝯtinue augebit habitū et habitus actū ſꝫ ꝯñs ē fal
ſum. Tū qꝛ eſſet circulatio in cauſando ſe mutuo ⁊
ſic aliquid eſſet cauſa ſue cauſe et ꝑ ꝯñs cauſa ſui-
met. Tum qꝛ ſecūdū hoc nō ceſſaret iſta reciproca
augmētatio quouſꝗ tam actus ꝙ̄ habitus erit ſum
me intēſus quod eſt falſū. Tū qꝛ ſecūdū hoc ſequi
tur ꝙ tam actus ꝙ̄ habitus intēſio ſemper velocita
bitur quia ꝙ̄to augmentatū eſt pfectius tanto velo
cius auget ſicut ꝙ̄to cauſa naturalis eſt virtuoſior
tanto velocius agit. Vterꝗ autē ſcꝫ actus et habi
tus ſēper eſt pfectior ꝙ̄ fuerit ergo perfecti⁹ ⁊ velo
tius augebit ſed hoc cōſequens eſt falſum quia ſe
quitur ꝙ vterꝗ ſit ī infinitum perfectius intenſiue
probo qꝛ vterꝗ habebit infinitas partes non com
municantes id eſt non includentes quaꝝ quelibet
pfectior eſt parte priore quod patet diuidendo par
tes habitus vel actus proportionaliter ſecundum
diuiſionem temporis ī quo ſūt acquiſite.
¶ Tertio habitus augetur in primo inſtanti in q̄ ē
actus ergo non augetur continue in tempore ante
cedens ꝓbatur quoniam in primo inſtanti in quo ac
tus eſt actus aptus eſt cauſare aliquem gradū habi
tus et ſubiectū eſt aptū recipere ⁊ habitui nō repu
gnat ꝓduci ī inſtanti quod patet qm̄ quando fit trāſ
mutatio de habitu oppoſito in oppoſitum cum non
ſit dare vltimum inſtans ei⁹ qui corrumpitur eſt da
re primum inſtans eſſe eius qui generatur et in il-
lo inſtanti producitur aliquis gradus habitus in
ſubiecto. ¶ Item tunc non eſt aliqua
diſpoſitio cōtraria habitui in ſubiecto. cuꝫ habitus
ſit in eo ergo in inſtanti in quo primo eſt actus elici
tus ab habitu cauſatur aliquis nouus gradus habi
tus et per conſequens tunc habitus augetur. De-
inde probatur ꝯña qm̄ ſi augeretur in tempore con
tinuo ſequeretur ꝙ eſſet in infinitum perfectus.
Probatur hec conſequentia quoniā in tempore il
lo acquirerentur infinite partes non ſe includen-
tes quarum quelibet ſecunduꝫ ſe eſſet melior ⁊ ma
ior ꝙ̄ pars acquiſita in primo inſtāti in quo eſt act⁹
et per conſequens in fine temporis totalis habit⁹
haberet infinitas partes equales illi prime acqſi-
te in inſtanti primo et ſic foret infinitus intenſiue.
Qꝫ aūt quelibet pars eſſet melior probatur quia
ſi non tunc detur aliqua que ſit min⁹ bona vel eque
et ſi datur aliqua eque bona tūc pars eius erit mi-
nus bona ꝙ̄ illa acquiſita in inſtanti et ſi ſic ſequi-
tur ꝙ nō expediret ꝯtinuare actū bonū imo expe-
diret nō cōtinuare actum per tempus illud in quo
acqritur pars min⁹ bona et elicere nouū actū vnū
vel plures ſuceſſiue eque perfectiores illi ꝑ queꝫ
acquiſita ē prima pars qm̄ per quēlibet aliū acqre-
retur gradus eq vel magis perfectus ei qui acqſi-
tus eſt per primū actū et ſic perfectior habit⁹ ha-
beretur per duos act⁹ elicitos īfra tēpus illō ꝙ̄ ſit
habitus in fine temporis in quo cōtinue acquiſita

eſt pars illa minoꝛ data.

¶ Quarto arguitur ad idē qꝛ ſecūdum hanc opinionem ſequitur ꝙ dabilis eſt habitus infinitꝰ vel lumen īfinitū vel caloꝛ infinitꝰ quia ponatur ꝙ ignis continue agat per totam hoꝛam tūc in q̊libet inſtāti ſecundū aduerſariū eſt nouus caloꝛ ꝓductus ergo in fine ſūt ibi infiniti caloꝛes. Foꝛte dicis ꝙ nō ſunt equales. ſed caloꝛ poſterius ꝓductus eſt ſemper minoꝛ Contra ex hoc habetur intentū qꝛ inter primū inſtans et poſtremū ſūt infinita inſtantia et in quolꝫ plꝰ fuit productū ꝙ̄ in vltimo. Item augeat ſoꝛtes cōtinue ſuū actū meritoꝛiū et in inſtanti terminatiuo iſtius tēpoꝛis ſit moꝛtuꝰ tūc vel ſoꝛtes habebit gradū meriti duplū ad gradū quē habebit in medio iſtius tēpoꝛis vel non ſi primū. Contra ſi ſoꝛtes vixiſſet in termino huius tempoꝛis tūc habuiſſet gradū duplū ergo nūc non habet ſi ſecūdū contra ſoꝛtes vniformiter meretur ꝑ iſtam hoꝛam ergo meritū totius hoꝛe eſt duplum ad meritū medietatis. Item ſi minus meretur in ſecūda medietate ꝙ̄ in prima vel hoc eſt diuiſibiliter vel indiuiſibiliter. ſi primū. Contra ſi viueret in īſtanti terminatiuo nichil diuiſibile acquireret de nouo.

¶ Quinto arguitur auctoꝛitate S. T. 8. phi. lecti 5ª. vbi dicit ꝙ non eſt poſſibile ꝯtinue aliquid augeri vel minui et ſimiliter dicendum eſt de qualibet alteratione. idem etiam ſentit ꝯmentatoꝛ alias ſi iuuenis cōtinue augeretur efficeretur gigas in triginta annis. Item oīs mutatio que eſt inter ꝯtradictoꝛia fit in inſtanti quia ibi non eſt dare medium ſed extrema calefactionis ſunt cōtradictoꝛia vel ſi ſint ꝯtraria foꝛte ſunt ꝯtraria immediata Unde calidum fit ex frigido nō autē ꝑ ſe ſed fit ex non calido vt ptꝫ 1. phiſico. quod tamen natum eſt eſſe calidū Item qñ ex albo fit nigrū tūc nigredo ſecundū ſ. t. et phm̄ habet primū inſtans ſui eſſe ergo fit ī inſtanti et non per motū cōtinuū Ad idem ē. ſ. t. in 1. d. 8. q. 3. ad 3. vide quod. 11. ar. 4.

¶ Sexto arg. cōtra perpetuitatē motꝰ circularis qꝛ vel erit perpetuꝰ de facto vel nō. Si primū hoc eſt contra theologos qui hoc īprobāt quia motus celoꝛum eſt propter aliquē finem vel ergo aliqñ ꝑtinget ad illuꝫ et ſic habito fine ceſſabit motus vel non et ſic fieret fruſtra Item motus celi eſt ad īplēdum numeruꝫ electoꝛum vel ad productionē rerū ſed anime rationales non poſſunt in īfinituꝫ multiplicari ergo motus celi aliqñ ceſſabit. Sed ꝯtra in dāpnatis ſēper erit ſucceſſio cogitationū ſed talis ſucceſſio menſuratur tēpoꝛe noſtro ſicut actus anime noſtre propter coꝛpus vnitum Sed menſuratum nō poteſt eē ſine menſura quia refertur ad īpꝫ relatione reali Iteꝫ ſi ſol quieſceret perpetuo poſt iudiciū ſuper vnā partem tere tunc illa cōbureretur vel eſſet itēperata. Item ſi ſol et luna ſtarent aliqñ hoc maxime eſſet in eodem loco in quo ſunt creati ſed hoc nō videtur qꝛ nō poſſūt redire ad illum ſitum īfra ſpaciū. 36. milliū ānoꝛū Item motus ē perfectioꝛ quiete Sed celū nō erit minus ꝑfectū ꝙ̄ modo ſit ergo nō quieſcet Et hoc probat phūs quia ſuus motoꝛ nō fatigatur vel quia finis eius ē mouere celū foꝛte dicis ꝙ hoc ē falſū ſed finis ē ſpeculatio veritatis q̄ ē beatitudo eiꝰ

¶ Ad primū dicendū ꝙ hec materia in ſancto. t. videtur eſſe probleumatica Unde multi tenuerūt ſolum motum localem eſſe cōtinuum quia in alijs foꝛmis datur minimum naturale et illud ſēper fit in inſtanti Et hoc expreſſe dicit. ſ t. de lumine qđ cauſatur poſt motum Nec eſt verum ꝙ quilibet actus augeat habitum vt patet de actu remiſſo ſecūdum. ſ. t. Et cum queritur quare calefactiuum per aliquod paruum tempus non calefacit dicitur ꝙ per raritatē diſponit Oppoſita tamē opinio ꝙ̄tuꝫ ad alterationem et augmentationem probatur ex ſancto tho. expreſſe quo. 9. ar. 9. Et in 2º. ſen. d. 5. q2. ar. 1. ymmo 3ª. parte q. 33. ar. 1. dicit ꝙ augmētatio ſēper eſt ſucceſſiua ergo nulla ſit in īſtanti ſed mēſurat tpe cōtinuo qꝛ termi augmētaºnis diſtāt Item ſi alteratio non eſſet continuo ergo non fit ī tempoꝛe ſed in inſtanti et ſic non erit niſi vna vera ſpecies motus ſcilicet motus localis. Foꝛte dicis ꝙ licet alteratio non ſit continua tamen eſt ſucceſſiua ita ꝙ vna alteratio fit poſt aliam Sed hoc nichil ē quia quero de illa vna alteratiōe vel illa fit an tempoꝛe vel in inſtanti. Si ſecundum habetur intentum vnde phūs 6. phi. probat oēm motū eſſe in tempoꝛe Nec valet dicere ꝙ illud quod calefit non continue calefit ſed in vna parte tempoꝛis diſponitur ex hoc ꝙ rarefit Nec continue rarefit ſed primo mouetur localiter et in fine rarefit. Contra ponatur aqua in vaſe ferreo tunc illa poteſt calefieri. et tamen non rarefit quia alias opoꝛtet vas illud frangi vt aqua occuparet maioꝛem locū. Itē ad ſenſum patꝫ ꝙ pecunia calefacta nō eſt magis rara fiat enim circulꝰ in quo ponatur ſcutū. ante calefactionem tunc patet ad ſenſum ꝙ poſt calefactionem non occupat plus ꝙ̄ circulum Item terra quando calefit non indiget diſpoſitione que fiat ꝑ raritatem Iteꝫ quando lapis quieſcit a motu ſuo locali tunc poteſt alterari ergo motus localis non eſt diſpoſitio preuia. Queritur ergo quare ignis non continue par aliquod tempus calefacit aquaꝫ vel quid agens facit quare non ita bene agit ī vno tpe ſicut ī alio. Sed hic queritur de generatione an ſit continua ſan. tho. dicit ꝙ generatio et coꝛruptio ſubſtantialis fiūt in inſtanti vide 3ª pte. q. 75. ar. 7. dicit ꝙ mutatio inſtātanea fit tripliciter vno modo quia foꝛma non recipit magis et minus. Et ꝓpter hoc ſanitas ſucceſſiue acquirit Scđo ex pte ſubiecti et ſic aqua ſucceſſiue calefit Tertio ex pte agētis quod eſt infinite virtutis Et ſic deus poteſt tranſmutare vnam rem in aliam in inſtanti vel ſucceſſiue ſicut ſibi placet Si enim generatio fieret ꝯtinue ſeq̄retur ꝙ materia ī vna foꝛª poſſet eē diuiſa in quamlibet partem quia foꝛma vnius ſpeciei prius introduceretur ſemper in vna parte materie ꝙ̄ in alia Sed quando in diuerſis materijs ſunt diuerſe foꝛme ſpecie tunc ille non ſunt abſolute vnum Si ergo in qualibet parte materie introduceretur foꝛma ſucceſſiue et cōtinue tunc quelibet pars eſſet ab alia diuiſa immo generatio etiam videretur eſſe motus propꝛie dictus quia eſſet mutatio continua vt dicit S T. de poten. q. 3. ar. 9. ad 9.

Sed nōne vna generatio poteſt ſuccedere alteri
de hoc dictum eſt ſupra. Dicunt enim medici ꝙ in
animali prius generatur cor ꝙ̄ alie partes loquē-
do forte de prioritate tēporis et cādela ſucceſſiue
cōburitur. ſed de quātitatibus difficile videtur qui
in approximatione candele continue producatur
nouū lumen forte dicis ꝙ licit cādela ſit magis ꝓ-
pinqua huic aeri qui continuatur aeri prius illumi
nato tamen non illuminat ipm quia ē dabile mini
mū lumen intenſiue et extenſiue. Sed hoc verum
eſt quādo qualitas ē per ſe in iſto tamen caſu lumē
illius aeris continuaretur alteri. Itē ſi a pricipio
candela fuiſſet poſita ita propinque tūc cauſaſſet
in ila parte aeris lumē ergo et modo Probat aňs
quia licet detur minimnm lumen intenſiue tamen
per approximationem candelle lumen productū
de nouo in iſta parte aeris non eſſet minus inten-
ſiue ꝙ̄ lumen prius productū in extremitate aeris
illuminati ergo propter hoc non impeditur quin
candela approximata continue extendat ſuū lumē
circa partem verſus quē mouetur Sed dices gra
dus per quos intenditur forma ſūt indiuiſibiles ⁊
in certo nūero vnde quidā dicūt ꝙ calor nō poteſt
habet niſi octo vel decē gradus naturaliter ⁊ vnꝰ
gradus diſtat ab alio Et ideo nō peruenit ab vno
ad alium per continuū ſi oportet ꝙ mobile per ali
quod tēpus quieſcat ſub vno gradu āteꝙ̄ veniat
ad aliū Sed contra ſic etiā in itenſione motus lo-
calis ſunt gradus et tū motus localis eſt continuꝰ
Et ſic eius itenſio qū graue naturaliter deſcēdit
Et ſi dicatur Cōmētator contra alfarabiū ſepe di
cit ꝙ ſolus motus localis eſt proprie continuus.
Hic quidam dicūt dando auctoritatē pro auctorita
te quia in tertio phiſic. dicit ex diffinitione motus
apparet continuatio motus. Alij dicunt ꝙ ſibiipſi
contradicit vel dicendum ꝙ in alijs motibus non
eſt continuitas perpetuitatis vū non ſemper au-
getur quia color naturalis debilitatur vel deficit
nutrimentum Tamen aliqua augmentatio eſt per
tempus continuum et alteratio aliqua in inſtanti
vt patet de minimo naturali et per hoc differt alte
ratio a motu locali qui ſolꝰ neceſſario eſt continuꝰ
Sed queritur de actibus et habitibꝰ An actus vo-
luntatis poſſit per aliquod tempus continue intē
di. Videtur ꝙ ſic quia alias deſtruentur libertas
arbitrij Si ſcilicet daretur aliquod tempus in quo
homo non poſſet ſuum actū intendere Sed de ha
bitu dr ꝙ nō itēdit per actū quēlibet vt dicit. ſanc.
tho. 12ᵉ. Vn̄ remiſſꝰ actꝰ non auget habitū Nec diſ
ponit ad augmētū habitꝰ ſed magis ad diminutio-
nē ipſiꝰ q. 52. ar. 3. ſed contra q. 114 ar. 7. ad 3ᵐ. ⁊ ad
8. ad 3ᵐ. dicit ꝙ homo quolibet actu meret augmē-
tum gratie Et hoc videtur intelligi diſpoſitiue er-
go quilibet actus diſponit ad augmentum habitꝰ
Alias eliciēs actum remiſſū non plus premiaret
nec eēt magꝭ gratꝰ deo ꝙ̄ ſi nihil elicuiſſꝫ Et hᵒ q̄dā
ꝯcedūt ex ſ. t. i 1ᵒ d. 1. ar. 3. ad 3ᵐ. Sꝫ ꝯtra ſi caritas
fortꝭ eēt mior ſuo actu tūc mereret augmentuꝫ grē
ergo ⁊ modo minimꝰ actus ex magna gratia elicitꝰ
eſt magis meritoriꝰ ꝙ̄ magnꝰ actꝰ elicitꝰ ex parua
gratia ſcd̄m ſ. t. in 3ᵒ. Sed dicēdū ꝙ loquēdo de ha
bitibꝰ acq̄ſitis nō quilibet actus auget habitum et
hoc ꝯcedit greg. i primo Si dicat ergo ſepe eliciēs
actus eiuſdem intenſionis cum ſuo habitu in fine
30. annorum non erit magis habilis ad bene agen
dū ꝙ̄ prius. Forte tenēs hāc poſitionē concederet
Si dicatur ex quo actus voluntatis poteſt cōtinue
intendi ergo et habitus quod ſi concedas intenda
tur ergo vſꝙ̄ ad finem hore excluſiue habitus iuſti-
cie ſic ꝙ in fine hore petrus habeat actum contrari
um actui iuſticie vel ergo habitꝰ iuſticie erit minor
ꝙ̄ fuiſſet ſi non habuiſſet actum contrarium vel nō
ſi primum ſit ergo minor ꝑ vnum gradum. Contra
petrus prius accquiſiuit ꝯtinue totum iſtū habituꝫ
et q̄lībet partem illius gradus. Item tota virtus
corrumpitur ſubito per vnum actum vicioſum ergo
tota ſubito generatur antecedens patet quia ſi per
aliq̊d tēpꝰ actꝰ vicioſus ſtaret ſit cum virtute ergo
et per tempus infinitum poſſet ſtare cum eo abſꝙ̄
hoc ꝙ corrumperet eam quod eſt falſum et patet
cōſequētia quia que ſe cōpaciūtur aliquando ſēp
cōpatiuntur ſe mutuo Si quis velit reſpondere ad
argumenta ſupra facta. Ad tria 1ᵃ. patet quid ſit
dicēdū ⁊ ad 4ᵐ. diceret ꝙ itēᵒ nō fit ꝑ addicionē q̄lis
ad q̄litatē vt ꝙ illa ꝓducta cōicāt Et ad 5ᵐ diceret
ꝙ rkarit ꝑ totā vitā nichil ꝯtinue auget et ad illō
de iuuene dicitur ꝙ eodem modo probaretur ꝙ lo-
cuſta in 30 annis non poſſet ꝑ motum cōtinuuꝫ trā
ſire preciſe vnam lanceam quia in qualibet parte
temporis pertranſiret determinatam partē Ad a-
liud pꝫ ex 5ᵒ phiſi.

¶ Ad ſextum creditur ꝙ motus celi circularis ali
quando ceſſabit Et petrus de aliaco dicit ꝙ in fine
ſeculi hoc aliquibus reuelabitur S. T. de po. q. v.
ar. vj. dicit ꝙ ab hoīe ſciri nō pōt qū ceſſabit ſicut
nec numerꝰ electorū Quidā dicunt ꝙ tot ſaluabū
tur ꝑciſe quot āgeli ceciderūt Sed ꝯtra quilibꝫ ho
mo habet malū angelū et nulli homines habent
eundem ergo plures ſunt demones ꝙ̄ homines ꝑ
ciſe ſaluandi Nec rationes theologorum ſunt de-
monſtratiue quia ariſtote. negaret aliquos eſſe ſic
electos Sed de hoc Sanc. Thom. vbi ſupra ar. v.
Si queratur. An motus celi ceſſabit in tempore
vt i iſtāti et nāli vt ꝙ ceſſabit ꝑ volūtatem āgeli
et terminabitur in iſtanti Nec celū per illā quietē
priuabitur ſua perfectione eſſenciali motus etiaꝫ
in corporalibus non dicit perfectionē ſed indigen
tiam vt dicit. ſ. t. ibideꝫ ad 19. et 20. Actiones vero
poſſunt eſſe ſine menſura quam nūc habent ſicut
pannus ſine vlna. Nec ſol cōburet partē terre ſu-
per quam ſemper ſtabit quia ceſſāte motu celi nul
la eſt alteratio nec ratio philoſophi aliquid valet
quia motus celi non ceſſat propter fatigationem
mouentis ſed propter voluntatem. Si dicatur ex
quo celum eſt capax ipſius motus perpetui quare
angelus non mouebit ſi voluerit nec cōſtat nobis
de ſua volūtate hoc determiare ꝑtinet ad theolo.

AD ſecūdū ſic procedit videtur ꝙ nō ſo-
lus deus ſit immobilis et immutabilis
quia deus intelligit et vult Sed intel
ligere eſt actus intellectus et motus
eiuſdem ſecundum platonem ergo deꝰ

eſt mobilis Sꝫ contra eſt phꝰs.
¶ Reſpondeo dicendum ſecundum ſā.t. lec. 12. ꝙ
primus motor eſt penitus immobilis Et hoc q̇daꝫ
probant quia alias poſſet quandoqꝫ eſſe et quādo
qꝫ non eē Et per cōſequēs generaretur et corrum
peretur Sed ſecūdū ſan. tho. hec vltima cōſequē
tia non valet quia pūctū et alia accidentia poſſunt
qn̄qꝫ eē ⁊ quādoqꝫ nō eē et tamen non proprie ge=
nerantur q̄r omne quod mouetur quocūqꝫ motu eſt
partibile vt patet ex 6. phiſi. Arguitur ergo aliter
quia ſi primus motor moueretur oporteꝫ ꝙ moue
retur a ſe ſecundum ꝙ animata dicuntur mouere
ſe. Et per conſequēs oporteret ꝙ diuideretur in ꝑ
tem per ſe mouentē et in partē per ſe motam illa
autē pars per ſe mouēs eēt prior eo hoc autem im
plicat quia nichil poteſt eē prius primo motore.
Forte dicis ꝙ primꝰ motor non mouetur ꝑ ſe ſed ꝑ
accidēs Cōtra illud qđ mouetur per accidens quā
doqꝫ quieſcit et quandoqꝫ mouetur. Primꝰ autem
motor ſemper ſe habet eodēmodo. Forte dicis ꝙ
hoc eſt petere principium. Dicendum ꝙ non
quia primus motor nō eſt pars celi vt poſtea dicet
Et ideo non mouetur ad motum celi item mouens
quod mouetur per accidens non mouet motu ſēpi
terno Sed ſecunduꝫ phm̄ deus mouet motu ſēpi=
terno vnde ſecūduꝫ eū neceſſe eſt eſſe vnū motuꝫ
continuum et perpetuum ergo primus motor eſt ꝑ
petuus ⁊ eſt tm̄ vnus quia ex eius vnitate melius
ſaluatur vnitas et continuitas motus. Ex hijs pꝫ
ꝙ inter entia quedaꝫ ſunt que ſemper mouentur
Alia vero nunqꝫ. Alia vero quandoqꝫ mouentur
et qn̄qꝫ quieſcunt. Sed nunc vidēdum eſt de alijs
intelligētijs an ipſe ſint immutabiles. Et de hijs
dictum eſt ſupra maxime de motu locali ſecunduꝫ
veritatem. Sed ſecūdum phm̄ videtur ꝙ nulli an=
geli moueant̄ per ſe ſed angelus mouens celū ſēꝑ
manet in eodem loco ipſe autem ponit preciſe tot
angelos quot ſunt celi. Et notandum ſecūdum. ſ.t
1. parte q. 79. ar. 10. ꝙ in libris de arabico trāſlatis
ſubſtanter ſeparate quas nos angelos dicimus in
telligentie vocātur forte propter hoc ꝙ huiuſmōi
ſubſtantie ſemper actu intelligunt.
¶ Preterea Sciendum eſt ꝙ loquendo de motu
generationis angeli non poſſunt proprie genera=
ri nec corrumpi ſed poſſūt creari vel annichilari ꝑ
potentiam extrinſecam ſcilicet a deo et moueri de
vna volitione in aliam Tamen ſecundum ſ.t. Cui
cūqꝫ fini vltiato adherēt illi imobilit̄ adherēt ſicut
nos immobiliter adheremus primus principijs et
propter hoc non poſſunt moueri de bono in maluꝫ
ſcđm S. T. 1 parte q. 64. ar. 2. Ex hijs patet cum
eodem 1. par. q. 9. ar. 2. ꝙ omnis creatura eſt muta=
bilis Sed an ſecundum philoſophum angeli poſ=
ſint a deo annichilari ſicut ſunt ab eo creati dubi=
um eſt.
¶ Contra hec arguitur primo oſtendēdēdo ꝙ
poſſibile ſit ꝙ aliqđ mouens quod mouetur per ac
cidens mouetur ꝑpetuo quia orbes īferiores pla=
netarū mouēt̄ ꝑ accidens ad motum primi celi ⁊
tamen ſemꝑ mouent̄. Item celum primuꝫ ſemper
mouetur et tamen non mouetur per ſe quod patꝫ
quia mouetur ab alio ergo non mouet̄ a ſe.
¶ Secundo deus poteſt moueri localiter ergo eſt
mobilis antecedēs patet quia ſi deſtruat iſtū locuꝫ
et producat aliū tūc deus eſt in aliquo loco in quo
prius non erat ergo eſt motus localiter Item dicit
philo. ꝙ deus et ſtudioſus poſſūt praua agere er=
go deus poteſt peccare et ꝑ ꝯn̄s mutari.
¶ Tertio ſecundum theologos ī diuinis ponitur
generatio ſed generatio eſt ſpecies mutationis igi
tur. Item deus eſt homo ſecundum eoſdē ergo eſt
mobilis quia deſcendit de celis.
¶ Quarto deus poteſt incipere eſſe patet q̄r xp̄s
incepit eſſe et xp̄s eſt deus igitur maior patet quia
quod non ſēper fuit aliqn̄ incepit eſſe ſed non ſem
per fuit verum dicere xp̄s eſt igit̄ xp̄s aliquādo īce
pit eſſe minor pꝫ quia ante incarnationem hec e=
rat falſa hoc eſt xp̄s ergo et iſta xp̄s eſt hoc quia ibi
eſt cōuerſio ſīplex.
¶ Quinto quod poteſt eſſe deus et nunc non eſt
deus poteſt incipere eſſe deus ſed annichilās mū=
dum nunc non eſt deus et poteſt eſſe deus ergo
poteſt incipere eſſe deus. Ponatur ergo in eſſe et
ſequitur ꝙ aliquid incipit eſſe deus. Item deus in
cipit eſſe in hoc inſtāti ergo īcipit eſſe antecedens
patet q̄r deus nunc eſt in hoc inſtanti preſenti ⁊ pri
us non erat in hoc inſtāti preſenti igitur. Item de
us eſt in īſtāti ſue eternitatis ⁊ non fuit ante īſtās
ſue eternitatis ergo incepit eſſe in inſtanti ſue et=
nitatis ergo aliquādo īcepit eſſe iſte cōſequētie vi
dentur tenere per exponentes propoſitionis de
incipit.
¶ Sexto ex hoc ꝯcludimus volūtatē petri mutari
vel intellectū quia nunc aliq̇d vult vel ſcit quod pri
us nō voluit nec ſciuit ſed deus nunc vult manum
meam eſſe clauſam ſuppoſito ꝙ ſit clauſa et prius
non voluit quia prius non fuit clauſa. Nec prius
ſciuit eam eſſe clauſam quia falſum non ſcitur For
te dicis ꝙ omnia ſunt deo preſentia Et ideo in cō
ſpectu ſuo ſemper manus eſt clauſa Sed ꝯtra ſeq̄
ret̄ ꝙ ī cōſpectu ſuo ſimul eēt clauſa ⁊ aperta.
¶ Item tunc mundus fuiſſet ab eterno quia ab
eterno coexiſtebat eternitati dei. Semper
enim eſſentia hominis fuit in predicamēto Et hō
fuit magis ens ab eterno qꝫ chimera ergo ab eter
no fuit deo preſens.
¶ Septimo deus diſcurrit ergo mouetur Antece
dens patet quia cognoſcit primo ſe deinde alia ꝑ
ſuam eſſentiam. Item illud mouetur ſaltem ꝑ
accidens quod eſt in aliquo quod mouetur Sed de
us eſt in celo quod mouetur ergo mouetur ſaltem ꝑ
accidens maior patet q̄r angelus dicitur moueri ꝑ
accidens quia eſt in corpore quod mouetur. Item
nō eſt tranſitus de contradictorio in contradicto=
rium ſine mutatione vt pꝫ 5. phi. Sed deus ante
incarnationem non fuit homo et nūc ē homo Et a
liquando nō creauit mūdū et poſtea creauit Forte
dicis ꝙ ibi fuit mutatio non in deo ſed in mundo
creato. Contra ſecūduꝫ. ſ.t. creatio nō eſt mutatio
Item qđ nunc agit̄ ⁊ nō prius aliter ſe habet g̊
¶ Octauo arguit Adam quia ſecūdū theologos
in primis motibus peccatū veniale ſit mortale per

continuationem abſq3 alia mutatione ⁊ tunc illud
quod prius imputabat ad penam temporalem poſt-
ea ipſe imputat ad penam eterna3 ergo ibi eſt ſuc
ceſſio et mutatio et non niſi in deo igit. Item
phūs in pricipio.8.dicit ꝙ ſi deus de nouo faceret
mundum tunc mutaretur ab aliquo Sed ſecūdu3
phm̄ deus nūc creat animā quā prius non creauit
ergo ab aliquo mouetur. Ite3 quicquid poteſt ſor-
tes illud poteſt deus ſ3 ſortes poteſt currere ⁊ mo-
ueri ergo deꝰ poteſt currere et moueri Tenet con-
ſequentia in darij.

¶ Nono Motis nobis mouetur oīaque i nobis ſūt
ſed deus eſt in nobis ergo mouetur qn̄ nos moue-
mur. Item voluntas dei poteſt aliter ſe habere ꝙ̄
prius quia qn̄ operatur aliter ſe habet ꝙ̄ priꝰ ergo
mouetur vel mutatur. Item aliqua relatio poteſt
eſſe i deo de nouo vz relatio creatoris Forte dicis
ꝙ illa eſt tm̄ relatio rationis. Contra deus realit
eſt creator et etiā ceſſante operatione itellectus
Item celum habet relationem realem ad iſta cor-
ruptibilia ergo et deus agentis enim ad paſſū eſt
relatio realis Forte dicis ꝙ deus non eſt eiuſdē
ordinis cum creaturis Contra generabile etiam
et corruptibile non ſunt eiuſdem generis phiſici
Item vel illa inter que debet ēe relatio realis de
bent eſſe eiuſdem ordinis ſecundum ſuas ſubſtan
tias abſolute vel vt ſūt relatiua Non primū quia
ſubſtantia ſortis que eſt pater non videtur habere
ordinem ad platonem qui eſt filius. Si ſecundum
tunc non videtur inconueniens ꝙ deus inq̄tū a-
gēs ſit eiuſdē ordinis cū paſſo inq̄tum patiens.

¶ Decimo arguit ꝙ nunq̄ agens ſine ſui mutatio
ne poteſt producere nouum effectum Ex hoc enim
ꝙ agens dat eſſe ꝓductū paſſū vł recipit eſſe ⁊ nō
econuerſo igitur in agente oportet naturaliter ꝓ-
cedere aliquam habitudinem nouam ad productū
et non econuerſo igitur et mutationem Item ꝙ de
us nunc creet mundū ⁊ non prius hoc eſt quia vo-
luntas eius determinantur ad nunc producendū
Sed quod de nouo determinatur videtur mutari.
Item idem manēs idem ſemper natum eſt facere
idem Sed deus nō facit idem ergo nō manet ide3
Si dicas ꝙ deus voluntarie agit et ideo poteſt a-
gere quando vult. Contra ꝙ agens voluntarium
nunc agit et nō prius hoc eſt quia expectat tēpus
oportunū quod nō poteſt eſſe in deo.

¶ Undecimo arguitur ꝙ intelligētie ſecūdū phi.
non ſunt a deo effectiue et ꝙ nō poſſūt a deo āni-
chilari q2 qđ eſt ipoſſibile in ſe nulli potentie poſſi
bile eſt Alioqui ipoſſibile fieret poſſibile ſed ſi ſub
ſtātie abſtracte non ſunt poſſibiles nō eſſe i ſe ſūt
ipoſſibiles non eſſe ſe equipolēt enim nō poſſibi-
le nō et ipoſſibile non ergo ſubſtātie abſtracte per
nullam potētiam erūt poſſibiles nō eſſe ⁊ per ꝯñs
annichilari non poterunt quod repugnat fidei ⁊ ve
ritati. Et confirmatur q2 ꝯmētator expreſſe dicit .1.
celi et i ꝯmē.34o. ꝙ conceſſum eſt ab omnibus ꝙ ꝑ
ſe notum eſt omne ipoſſibile i ſe eſſe impoſſibile ſi
extrinſecū ꝑ ref ad Preterea de ꝯtētū ſub aliq̄ clau
dit ſecūdū ſe ⁊ abſolute ſub aliqua differētiarū diui
dentiū illud ſub quo ꝯtinetur ſicut homo cōtinet
ſub rōali et omnis ſpecies animalis ſub rōali vel
irrationali Sed auicēna dicit .1. metha. ꝙ ens diui-
ditur per neceſſe eſſe et poſſibile. Conſtat autē ꝙ
intelligentia non cōtinetur ſub neceſſario q2 aui-
cēna ponit tm̄ vnum neceſſarium ergo cōtinet ſub
poſſibili ergo āgeli poſſunt eſſe et non eē ergo ſūt
corruptibiles ꝑ potētiam intrinſecā Cuius oppoſi
tum dicit S. T. et phi. imo angeli ſunt q̄da3 neceſ
ſaria abſolute et ſimiliter celum. Ex hoc arguitur
ſic qđ ē neceſſarium abſolute non poteſt non eē ſ3
angelus eſt neceſſarium abſolute ergo non poteſt
non eſſe ergo non poteſt annichilari. Item neceſ-
ſarium abſolute non dependet ex alio ſed ſecundū
phi. angelus eſt ens neceſſariu3 abſolute ergo nō
eſt a deo.

¶ Duodecimo non dependet a deo ꝙ triangulus
habeat tres angulos ⁊c. q2 hoc eſt neceſſarium ab-
ſolute ergo nec angelum eſſe ſecundum phi. q2 eſt
eque neceſſarium antecedens patet q2 velit nolit
hoc eſt verum. Item quod eſt neceſſarium abſolute
non corrumpitur per extrinſecū ⁊ alio circūſcripto
quia in ſe habet vnde ſubſiſtat ergo angelus nō de
pendet a deo.

¶ Tertiodecimo implicat contradictionem per-
petuum non eſſe ſed ſecundum veritatem angeli
ſunt perpetui ergo deꝰ non poteſt eos annichilare
Item ad beatitudinem requiritur ſecuritas ſ3 an-
geli beati ſunt ſecuri de ſua beatitudine ergo ipli-
cat ꝙ annichiletur ſicut multi dicūt ꝙ deus potēa
abſoluta nō poteſt non dare beatitudinem illi qui
mortuus eſt i gratia quia per gratiam homo eſt for
maliter acceptus deo ad vitam eternam.

¶ Quartodecimo vel ſecundum philo. intelligē
tie ſūt libere vel nō ſi primū ergo pñt ceſſare a mo
tu celi quod hic reputat impoſſibile.
Item cuicumq3 adherent immobiliter adherent.
Forte dicis ꝙ verum eſt poſt electionem non ante
Contra volo ꝙ poſt electionem ceſſet ab actu vo-
luntatis tunc poſtea incipiat velle de nouo tunc q̄
ro an poteſt velle oppoſitum eius quod priꝰ voluit
vel non ſi ſecundum quero que res eum nunc im-
pedit quia de actu precedenti nichil remanſit i vo
luntate vt ſuppono Item omnes intelligentie a-
liquando meruerunt modo autem alique ſunt dā-
nate ergo non immobiliter adherēt maior p3 quia
in primo inſtanti non peccauerunt tunc autem qui
libet tenetur ad deum conuerti Forte dicis ꝙ ſecū
dum ariſtotelē intelligentie non ſunt libere liber-
tate contradictionis vnde non poſſunt male age-
re ſicut homo non poteſt non velle beatitudinem ⁊
graue naturaliter deſcendit. Contra intelligētia
non eſt ſua regula ſed deꝰ ergo poteſt deficere for-
te negas conſequentiam quia intellectus non eſt
principia demonſtrationis prima tamen circa ea
non poteſt errare Sed contra bonu3 quodlibet eſt
obiectum voluntatis ergo poteſt in bonum appa-
rens tm̄ et ſic peccare forte dicis ſic capio ꝙ intel
ligentia circa creaturas non poteſt deficere necer
rare Contra demon poteſt hominem occidere.

¶ Quintodecimo arguitur adhuc itellgentie nō
ſunt ſecundum philoſophum a deo producte eſſe

ctiue quia nullum genitū eſt eternum ſed intelli-
gentie ſunt eterne ſecundum eum. Item ſecundū
ariſt. primo phiſi. ex nichilo nichil fit Sed intelli-
gentie non poſſunt fieri ex aliquo ergo nō ſunt ꝓ-
ducte a deo Minor patet cū nō habeant materiaꝫ
Forte dicis ꝙ maior eſt vera de hijs q̄ fiūt ꝑ motū
angeli autem non fiunt a deo per motum Contra
cauſa efficiēs vel actiua ſcd̄m ph̄m eſt principium
motꝰ et principiū trāſmutādi ergo ſi deus nō ꝓdu
cat angelos ꝑ tranſmutationē ſeq̄tur ꝙ nō ꝓducit
eos actiue.

¶ Sextodecimo vel ſcd̄m ph̄m ītelligentia ē ens
neceſſariū abſolute vel non Si primū Cōtra solꝰ
deus eſt independēs ergo ipſe ſolꝰ eſt ens neceſ-
ſariū abſolute. Tenet ꝯn̄a q2 omne quod depēdet
ab alio non eſt neceſſarium ſed poſſibile q2 pōt in-
telligi ſub eſſe ⁊ non eſſe Et per conſequens eſſe
accidit ſibi ſicut porphirius dicit ꝙ nigredo acci-
dit coruo. Qꝫ autem intelligentia ſecun-
dum philoſophum poſſit intelligi ſub nō eſſe ꝓba
tur quia omne ꝙ producitur prius habet non eſſe
q̄ȝ eſſe Item neceſſariuꝫ abſolute ex ſe ipſo deter
minatur ad eſſe Sed nulla intelligētia ex ſe ipſa
determiuatur ad eſſe Sed habet eſſe ab alio ſcꝫ a
deo ergo intelligentia ſecūdum ph̄m nō eſt neceſ-
ſarium abſolute Forte cōcedis. Contra ſequeret̄
ſcd̄m philoſophū ꝙ motus celi poſſet ceſſare quia
ſi intelligentia mouēs celū non eſt neceſſaria ab-
ſolute ſed eſt de numero poſſibiliū ponatur ergo ī
eſſe ꝙ non ſit et tūc habetur intētum.

¶ Ad primū dicendū ſcdm̄. ſ.t. in. 8. lec. 13. Moue
ri ſecundum accidens poteſt attribui alicui dupli-
citer ſcꝫ ſcd̄ꝫ ſeipꝫ l' ſcd̄ꝫ alterū motoribꝰ igr̄ orbiū
planetaꝝ attribui pōt moueri ꝑ accn̄s. i. ratiōe al-
teriꝰ Sed moueri ꝑ accn̄s ſcd̄m ſe ipſum ſolum re-
peritur in corruptibilibus et ſic anima animalium
mouetur per accidens ſed dubium eſt an ī iſtis mo
tis per accidēs ſit motus ſubiectiue videtur ꝙ nō
ſaltem in angelo mouente ſed an angelus eſt ī to
to celo ſi ſic ergo non mouetur per accidens vt di-
cit ſ.t. in 2° diſ. 8. ar. 4. 7^{m} dr̄ ꝙ hoc eſt verū de pri
momo tore.

¶ Ad 2^{m}. negatur an̄s Sed ad motū requiritur ꝙ
mobile ſit ſic limitatū ꝙ nō habeat ex ſua natura ꝙ
ſit in quolibet loco ſuppoſita loci extn̄a Ad ph̄m di
cendum ꝙ loquitur ſecundū ſententiam poetarū
ponentiū deos bellare vel loquitur; ſub ꝯditione
ſcilicet ſi vellet Stoici tamē crediderūt deū poſſe
mutari noſtris orationibus quod omnino falſū ē
licet dicatur aliquando mutare ſententiam ideſt
ordinē cauſarū ſecūdarū vt dicit S. T. 1. parte. q.
19. ar. 7. ad 2. Et q. 23. ar. 5. Si dicatur Motus dicit
perfectionē ex quo quies dicit imꝑfectionem ergo
poteſt deo ꝯuenire Itē ſciētia dei dependet ex ali
quo futuro ergo pōt mutari q2 omne depēdēs cāt
An̄s pꝫ q2 ſcire antixp̄m fore vel peccaturū depē
det ex hac ꝓpoſitione antixp̄s peccabit dicendū ꝙ
motꝰ dicit imperfectionē vt patet ex ſua diffinitio-
ne Et ad aliud pꝫ 2. phi.

¶ Ad 3^{m} dr̄ ꝙ illa generatio non eſt mutatio Si q̄
ratur quis eſt terminꝰ a quo vel eſt eē vel non eſſe
Dicendū ꝙ nullū habet vt dcit ſ.t. in 1. d. 5. q. 3. Et
d. 4. q. 1. ar. 1. ad 1^{m}. Ad aliud dr̄ ꝙ deus poteſt mo-
ueri per communicationē ydiomatum. i. inq̄ꝫtū hō
non inq̄ꝫtū deus.

¶ Ad quartum nō ſequitur hec nō ſemper fuit ve
ra xp̄s eſt ergo chriſtus aliquādo icepit. Unde ſo-
phiſte dicunt ꝙ chriſtus fuit ab eterno ſed nō fuit
ab eterno chriſtus

¶ Ad 5^{m}. negatur ꝯn̄a Et de hoc ſatis patet in ſū
mulis.

¶ Ad ſextū dr̄ ſ.t. 1. ꝑ q. 19. ꝙ aliud eſt mutare volū
tatem et velle rerū mutationeꝫ ad hoc ergo ꝙ vo-
lūtas mutetur oportꝫ ꝙ incipiat velle illud quod
priꝰ nō voluit pro illo tēpore modo illud quod deꝰ
vult pro vno tp̄e ab eterno voluit pro eodeꝫ tēpo-
re ſicut medicus ſine mutatiōe ſue volūtatis vult
īfirmuꝫ capere cibū in tali hora et nō ī alia vn̄ ſine
mutatione poſt ea dabit eā et nō mō. Alij negant
iſtā cōſequentiaꝫ quicquid deꝰ vult priꝰ voluit ſed
ſorteꝫ currere deus vult ergo ſortem currere priꝰ
voluit. Sed eſt fallacia figure dictionis. Et per
hoc pꝫ differentia iter volūtatem noſtrā et volūta
tem dei. de illa aūt p̄ſentialitate dictū ē ſupra

¶ Ad 7^{m}. negatur nec hoc ſufficit ad diſcurſū vt
dicit ſ.t. 1. parte q. decimaquarta ar. ſeptio ad 2^{m}.
vel dicitur ꝙ deꝰ non cognoſcit effectū per cauſam
ſed in cauſa. Ad aliud negant ſophiſte illā maiorē
q2 dicunt ꝙ abſqꝫ mutatione deꝰ ſe ſolo poſſet con
ſeruare lumē quod nunc eſt ī aere et tamen prius
non ſe ſolo ꝯſeruabat. Itē ſi det ſortes platoni equū
ſuum in fine anni; tunc in fine anni iſte equus eſt
platonis ⁊ prius non erat nec tn̄ eſt ibi mutatio tūc
Sed forte dicis ꝙ eſt ibi lapſus tēporis ſed hoc ni
chil facit q2 dato ꝙ celum quieſceret idē poſſet cō-
tingere. Sed aliter dico ꝙ creatio eſt mutatio ꝓpro
prie dicta vide ſ.t. de. po. q. 3. ar. 2.

¶ Ad 8^{m}. patet per idem et in vltimo eſt fallatia
figure dictionis.

¶ Ad 9^{m}. maior nō eſt ſēper vera vt patet de cētro
ſpere mote. Itē angelus ſupremi celi nō mouetur
ad motū celi nec anima mouetur ad motuꝫ vnius
partis tantū ſecūduꝫ S. T. in 1. d. 37. q. 4. ar. 1. ad
4^{m}. de relationibꝰ ſatis ſupra dictuꝫ eſt et ibidem
dicit ꝙ deus nō mouetur ꝑ accidēs quia non eſt diſ
finitiue in loco ſicut angelus.

¶ Ad 10^{m}. negatur ꝙ prius ſit mutatio in agēte q̄ȝ
in paſſo vnde ſi nunc crearetur ſol tunc in eodē in
ſtanti ꝓducit lumen nec tamē ſol mutatur licet ha-
beat nouum effectū. Deinde dicitur ꝙ bene eſt ali
quis reſpectꝰ rationis in agente prius q̄ȝ res ſit ꝓ
ducta. Si q̄ratur an quando petrus aliter ſe habet
deus velit aliter ipſū ſe habere dicēdum ꝙ ſic ſi ly
aliter determinet obiectū. Ad alia dictū ē ſupra.

¶ Ad 11^{m}. magna eſt altercatio de opinione phil.
gregorius et aureolus tenēt ſecundum philo. iſta
eterna nō eſſe a deo ꝓducta quia alias poſſent nō
eſſe quia potētia paſſiua eſt potētia cōtradictionis
vt patet in ſecūdo phiſi. ſed ſecūdum ariſto. nō po-
teſt poni in eſſe ꝙ itelligentie non ſint. Item ſecū
dum auicēnā et S. T. omnis creatura priꝰ natura
eſt nō ens ita ꝙ creatura ex ſe habet nō eē ſi ḡ an-
geli ſūt creature ſeq̄tur ꝙ ex ſe habent nō eē ⁊ per
ꝯn̄s nō ſūt ex ſe icorruptibiles quod tamen ē falſū

quia ſcd̃m.ſ.t.ſunt immutabiles ſecundū eē. Alij
oppinantur oppoſitam partem. Qꝫ enim alquod
eternum poſſit habere eſſe a deo effectiue.proba=
tum eſt in pꝛincipio 8. motus enim eſt eternus et
lumen ſolis ſecundum philoſo. Et tamen iſta ſūt
ab efficiente ergo etiam intelligentie ſecundum
ari. ſunt neceſſarie tamen poſſunt eſſe ab alio ef=
fectiue Deus enim eſt cauſa finalis earum ergo ⁊
efficiens qꝛ finis eſt gr̃a cuius aliquid fit. Item ſi
ignis fuiſſet ab eterno ſecundum platonicos ſplē
doꝛ iguis fuiſſet ab eterno ergo deꝰ potuit eē ab et
no ſecundum ariſtotelem producere intelligentiā
et ita dicit auicē. Itē philoſophus dixit ſupꝛa cō=
tra empedoclem ꝙ licet aliqua ſint neceſſaria ni=
chilominus haben cauſam. Ad idem adducuntur
diuerſe auctoꝛitates et phi.et commē. Et tunc ad
argumenta dicēdum ꝙ aliquid dicit̃ ipoſſibile.3.t.
Pꝛimo ex defectu potentie. Secūdo propter ipe=
dimentum. Tertio quia cōtradictionem implicat
Neceſſarium abſolute dicitur dupliciter. Pꝛimo
quia eſt neceſſarium per illud quod eſt in eſſentia
ſua et hoc modo intelligentia eſt quoddā neceſſa=
rium abſolute quia in ſe non habet vnde poſſit coꝛ
rumpi ſicut nec celum quod non eſt ſuſceptiuū.ſ.t.
libro.2. coutra gē.c.3.

¶ Secundo dicitur neceſſariū logice ex terminis
et ſic hominem eſſe aīal eſt neceſſarium Tūc dico
ꝙ angelum non eſſe eſt impoſſibile in ſe capiendo
impoſſibile ſecundū naturaꝫ rei vel cauſas ꝓrias
Non autē ſcd̃oº Et ſi querat̃ an ſequat̃ deus poteſt
angelum coꝛrūpere ergo āgelus eſt coꝛruptibilis
dicendum ꝙ non quia coꝛruptibile dicitur aliquid
per reſpectum ad cauſas pꝛoximas que ſunt mate
ria vel alteratio.ſ.t.1.parte.q.75.6.ad ſecundum
Si queratur ex quo intelligētia eſt in ſe indefec=
tibilis quare īdiget ꝙ a deo ꝯſeruet̃ dicēd qꝛ aliūd
habet vnde deficere poſſit. Et ſciendum ꝙ multi
theologi moderni non volunt concedere angelum
eſſe neceſſarium abſolute qꝛ poteſt nō eē ſcꝫ a deo
et ſ.t.de veri.q.23.ar.1.ad 2m.dicit ꝙ nulla creatu=
ra eſt neceſſaria ſecundū ſe conſiderata Sed phi=
ſicus loquēdo de neceſſitate rerum non reſpicit ad
hanc cauſam Sicut nec medicus iudicando de
infirmo Et ideo phiſicus dicit intelligentiam eſſe
ens neceſſariū abſolute Et per hº patet ad argumē
ta Poteſt enim angelus non eſſe per potentiam ex
trinſecam tantum.

¶ Ad 12m. dicetur poſtea.

¶ Ad 13m.dicitur ꝙ ꝑpetuum poteſt non eſſe in ſē
ſu diuiſo et ita dicatur de alijs. Si dicatur .pona=
tur iſta in eſſe perpetuum poteſt non eſſe Dicendū
ꝙ ſic ponitur hoc non eſt.

¶ Ad 14m.poteſt dici ſecundū philo.ꝙ angeli ſūt
liberi libertate complacentie neceſſitate tamen
immutabilitatis volunt mouere celum ſicut volunt
eſſe beati. De illo tamen.ſ.ꝙ cuicūqꝫ adherent im
mobiliter adherent. Foꝛte diceret ꝙ etiā poſt ele=
ctionem poſſunt nolle illud quod pꝛius voluerunt
quia nunc poteſt nolle eſſe in iſto loco vel diem pꝛe
teritā nō eſſe quā tamen pꝛius voluit eſſe vñ verū
ē ꝙ fini īmobiliter adheret nec ex hoc ſequitur quī
poſtꝙ̃ habuerunt actū malum poſſint habere actū
bonum quia aliquid inherendo eidē fini poteſt ha=
bere actum malum vt qui furatur ad dandum ele=
moſinam pꝛopter deum. Sed contra ꝓbatur ꝙ nō
immobiliter adherent fini huic qꝛ intellectus ſuus
non appꝛehendit immobiliter hunc finē pꝛobatur
quia ſi errando pꝛimo iudicet aliquid eſſe finē vlti
mum poſtea poteſt ſibi oſtendi ab alio āgelo ꝙ ille
finis non eſt finis vltimus Sed hoc foꝛte negabis
vide.ſ.t.1.parte q.64.art.2.quia iſtud tangit ma=
teriam obſtinationis demonū de qua doctoꝛes di=
uerſimode loquuntur

¶ Ad.15m.dicit.S.T.de po.q.1.ar.1.ad.15m.ꝙ il
la diffinitio intelligit̃ de poña actiua ꝓſupponēte
materiā. ¶ Ad.16m.ſupꝛa dictū eſt. Sed queritur
an intelligētia ſit de nūero poſſibiliū ſcd̃m philo.
dicendū ſi poſſibile capiat̃ in tota ſua cōitate tunc
manifeſtū eſt ꝙ ſic.ſed capiat̃ poſſibile ꝓ contingē
ti ſpecialr̃. Tūc videtur ſcd̃m philo.ꝙ nō ſit poſſi=
bilis. Tamen auicēna dicit oppoſitū ex hoc ꝙ que
libet creatura hꝫ in ſe poſſibilitatē ad eſſe ⁊ nō eē
Aliter tñ dicit cōmen. Et hoc tenet. S.T. de po.
q.5.ar.3.vnde ille ſole res in ſua natura hñt poſſi
bilitatē ad nō eſſe in quibꝰ eſt materia ſubiecta cō=
trarietati. Et tunc diceret̃ ꝙ illud qđ ꝓducit̃.dicit̃
hr̃e nō eſſe. Nō ꝙ ex ſe habeat nō eſſe: ſed qꝛ non
haberet in ſe eſſe niſi agens extrinſecū concurre=
ret. Si dicatur ex hoc ſequitur ꝙ intelligētia con=
tingēter ſit ſcd̃m philo.qꝛ eſt a deo effectiue et pꝛiꝰ
hꝫ non eſſe ꝙ̃ eſſe qꝛ fit ex nichilo ergo pt̃ eſſe ⁊ nō
eſſe.ergo ⁊ ꝯtingens ⁊ poſſibile iſto modo qꝛ omne
pꝛoducibile eſt poſſibile ꝓduci ergo eſt poſſibile.
Patet ex pꝛedictis quid ſit dicenduꝫ. Videtur eñ
aliquibus ꝙ hic ſit diſputatio ad nomen.

AD tertiū ſic ꝓcedit̃ videt̃ ꝙ aliqua res
habeat vltimū inſtās ſui eſſe qꝛ eſt da=
bile minimū naturale ex pꝛimo phiſic.
Pono ergo ꝙ nunc per aliquod āgēs i
cipiat condenſari tunc illud minimum
nunc eſt et immediate poſt hoc non erit quia alias
daretur minus minimo quia immediate poſt hoc ꝑ
condenſationem erit minus ꝙ̃ modo ſit Et tamen
ſuppoſitum eſt ꝙ nunc fit minimum naturale ſecū
dum extenſionem Item ſuppono gratiam concur
rere effectiue ad actum meritoꝛium et ꝙ ſoꝛtes q̇
nunc ex gratia diligit deum īmediate poſt hoc pec
cet omittendo currere quod ſcientia dictat tunc da
tur vltimum inſtans gratie et per conſequens di=
lectionis Sed contra eſt phūs.

¶ Reſpōdeo dicendum ſecūdum phm̃ T.C.68.
et.ſ.t.lec.17.iſtius octaui ꝙ res in aliquo inſtanti
incipit et in aliquo inſtanti deſinit Opoꝛtet autē
aſſignare aliud inſtans in quo res generatur et a=
liud in quo coꝛrumpitur vt quādo ex aere fit aq̃ ⁊ qñ
aqua coꝛrumpitur Sed tunc querit̃ quādo ex aere
fit aqua An tunc ſit aer vel aqua et dicendū ꝙ in=
ſtans tranſmutationis attribuendum eſt poſterio=
ri paſſioni ita ꝙ quādo ex albo fit nigrum tunc per
aliquod totum tempꝰ res eſt ſub albedine in iſtātī

terminatiuo eſt ſub forma oppoſita Ex quo īfertur
ꝙ forma ꝓcedens deſinit eſſe per primum inſtans
non eſſe Sequens autem incipit eſſe per primum
inſtans eſſe vt quando aer generatur ex aqua tunc
per aliquod tempus eſt aqua Et per aliud tempus
eſt aer Et in inſtanti medio illorum duorum tēpo-
rum non eſt aqua ſed aer. Si enim adhuc eſſet aq̄
cum ex aqua non fit aer niſi per tranſmutationem
ſequitur ꝙ inſtans datum erit vltimus terminus
tranſmutationis aque cuius oppoſitum ſupponit
Pro quo notandum eſt ſicut ponitur in ſummulis
ꝙ quedam res ſunt ſucceſſiue Alie vero permanē-
tes. Succeſſiue ſunt quarum partes non manent
ſimul et loquor de partibus non communicantibꝰ
et de partibus ſumptis ſecundum prius et poſte-
rius ipſius temporis vt motus et tempus Alie ſūt
res permanentes vt homo lapis. Quidam diſtin-
gunt res ſucceſſiuas. Quedam enim ſunt ſucceſſi-
ue ſecundum fieri Et ſic domus diceretur res ſuc-
ceſſiua qꝛ nō fit in inſtāti ſecūdū q̄libꝫ ptē alia eſt
ſucceſſiua ſcd̄m fieri et eſſe vt motus. Preter-
ea Supponendum eſt ꝙ tales incipiunt per pri-
mum inſtans eſſe ſi ſint res permanentes quod eſt
dabile eſt vnum inſtans in quo illa res eſt et ante
quod imediate non fuit Res autē ſucceſſiue inci-
piunt per vltimum inſtans nō eſſe ideſt in quo nō
ſunt ſed imediate poſt erunt Naturaliter autē om-
nis res ſi deſinat eſſe deſinit eſſe per primum in-
ſtans non eſſe ita ꝙ nulla res habet vltimum in-
ſtans ſui eē Sed loquendo de potentia diuina.

¶ Concluſio prima Cuiuſlibet forme et genera-
liter cuiuſlibet rei cauſate poſſibile eſt a deo eē vl-
timum inſtans in quo illa ſit Et poſt qd̄ nichil eius
ſit Probatur quia nulla cōtradictio implicatur ex
eo ꝙ vna res affirmatur eſſe in vno inſtanti et ne-
gatur aliquid eius eſſe in tp̄e ſequēte illd̄ inſtans
ſicut clarum eſt Nec etiam ſequuntur ex hoc aliq̄
contradictoria ſicut pōt patere r̄ndendo ad ratio-
nes quibus oppoſitum quis vellet probare decla-
ratur etiam hoc quia non apparet ꝙ hoc magis
implicet vel neceſſario inferat contradictoria q̄ꝫ-
tum eſt ex ſe q̄ꝫ ꝙ aliqua vna res ſit in aliquo inſtā-
ti et non fuerit in tempore aliquo precedente. Sꝫ
iſtud ſecundū nequaq̄ꝫ implicat vel infert contra-
dictorium cum ſit etiam naturaliter poſſibile.

¶ Secūda ꝯº. poſſibile ꝑ diuinā potētiā aliquā rē
eē per vnicū inſtās ſic ꝙ nichil eiꝰ fuerit añ illud ī-
ſtās nec aliquid erit poſt probatur ſicut precedens
quia ſcꝫ non implicantur contradictoria in eo ꝙ a-
liquid affirmatur eē et negatur fuiſſe et fore Cōfir-
matur hec non magis implicant circa vnam rem ī-
partibilem qualis eſt angelus vel anima ſecundū
cōmune dictū q̄ꝫ circa rem habentē partes ſicut cui-
detur Sed hoc nichil eſt q: querimus de opinione
phi. Et ſi quis velit dicere q ſcdm phi. celū non eſt
aīatum per aīam ſꝫ per intelligētiam aſſiſtentē vt
dicit. S. T. 1. pte q. 70. ar. 3. Tūc reſpōderetur ad
argumentū q illa intelligētia eſt ipſe deus libere
mouens vt ſupra dictuꝫ eſt et ideo non opportet q
moueat in non tpe Et ad aliud diceret q celuꝫ hꝫ
duos motores non tamē realiter diſtictos pro ꝗto
ille motor eſt finis et efficiēs motus ſui celi vꝫ hoc
intelligitur de motu celoꝝ inferiorū ad quos cōcur
rit de⁹ et ſpecialis itelligētia.
¶ Et per hoc pꝫ ad cetera argumēta Sextū vero
ſoluit ex pcedētibus articulis.
¶ Ad 7m. hoc verum eſt de agente naturali ſi dica
tur ſi phi. cognouit aliū modū productionis ſ. p cre
ationē ab eterno qre i hoc. 8. phi. de hoc nullaꝫ facit
mētionē. Ad hoc dictū eſt in pricipio octaui cū que
ritur. an de⁹ ſit agēs vel pricipium actiuū. diſputa
tio eſt de nomine. Nec icōuenit motum celi eſſe na
turalem et volūtariū reſpectu diuerſoꝝ. ſ. reſpectu
ſui et intelligētie.
¶ Ad 8m. dicit q ꝯiunctio p modum motoris non
eſt potētialis. Nec incōuenit deū eſſe in magnitu
dine per operationem et nō ſubiectiue De hijs plus
videbitur iquirēdo alias an celū ſit animatū Auer
roys dicit q hec eſt maxima dubitationū nec deter
minata fuit niſi cū grandi labore et in tēpore vite
ſue nō modice. Helias hebreus cretēſis magnam
digreſſionē facit de primo motore celi.

AD 5m. ſic pceditur videtur q deum eſſe
non poſſit demōſtrari q: hoc eſt articul⁹
fidei et demōſtratio fit p cauſā. Forte di
cis q demōſtratur a poſteriori p effectū
Contra null⁹ effect⁹ eſt deo proportio-
natus ergo ex nullo effectu euidenter cognoſcit
deum eē. Item ipoſſibile eſt q effectus demōſtret
cauſā eſſe niſi cognoſcatur q talis effect⁹ ſit a tali
cauſa vnde relatiua ſunt ſimul nāli intelligētia ſꝫ
nichil poteſt eē cauſa niſi ſit ergo prius eſt quo ad
nos cauſā eē ꝗ effectū eē. Sed contra eſt phi. hic
et 12°. metaphiſice.

¶ Reſpōdeo dicēdum ſecūduꝫ S. T. i. pte q 2. ar 3°. 5°. viis probatur deū eē ſꝫ manifeſtior eſt ex pte motus Aliquid enim mouetur et impoſſibile eſt ꝙ moueat ſeipſū ergo moueť ab alio ⁊ non eſt ꝓcedere in īfinitū qꝛ mouēs ſecūduꝫ nō mouet niſi ꝑſuppoſito primo vt bacul⁹ non mouet niſi moueatur a manu ergo neceſſe eſt deuenire ad aliquod primū mouēs quod a nullo mouetur ⁊ hoc oēs ītelligunt deū Secūdo aliqua res fit ⁊ non a ſe ergo ab alio ⁊ et non ꝓceditur in īfinitū ergo idē quod prius minor ptꝫ qꝛ ſi procedať in īfinituꝫ ſequitur ꝙ nō dať cauſa media. Tertio vel aliqđ eſt neceſſarium non hñs cauſā ſue neceſſitatis vel omnia ſunt poſſibilia. i. ꝯtingentia vel hñtia cauſam neceſſitatis Si primū habetur intētum. Si ſecundū ergo omnia aliqñ non ſūt Et tūc q̄ritur a quo poſtea inceperūt eē Si 2m cū nō ꝓcedatur in infinitū qꝛ vbi eſt ordo ibi eſt primū ſeq̄tur ꝙ eſt deuenire ad primū ens.

¶ Quarto vna res eſt ꝑfectior altera Sed magis et min⁹ dicūtur per acceſſū ad ſūmū Sūmū auteꝫ quod eſt maxime tale eſt cā omniū aliorū que ſunt illius generis ergo eſt deuenire ad primā cauſam a qua omnia alia cauſantur.

¶ Quīto res nāles dirigūtur ab aliquo cognoſcēte in finē qꝛ ꝙ lapis deſcendat nō eſt a caſu Sꝫ illud vniuerſale cognoſcens eſt deus igr̄ Sꝫ nonne deo ſecluſo deſcenſus lapidis eſſet intentus a ſua natura ſi ſic ergo non eſſet a caſu dicit ꝙ non Has rationes fortificat S. T. pulchre li. i. ꝯtragēti. ca. 13. Quidā dixerūt ꝙ deum eē eſt per ſe notū. Et ideo nō poteſt demonſtrari ſed hoc ibidē reprobat licet enim ſit per ſe notum ſecūdū ſe non tamē quoad nos Prima autē ratio habetur ex phō 7. et 8°. phiſico. ergo philoſophus demonſtrauit deum eſſe.

¶ Contra hec ar̄ phūs in iſto 8. procedit ex falſis ergo non demonſtrat. Añs pꝫ quia ſupponit mūdi eternitatē Itē procedit ex contingētib⁹ qꝛ procedit ex motu Sed motum eſſe eſt contingens Item preſupponit ꝙ non procedatur in infinitum. Hoc aūt eſt falſū vt pꝫ de generationibus infinitis ſecūdū phm̄. Quilibet enim homo fuit per ſe genitus ab alio homine Et ita poſſet dici ꝙ nulla eſt cauſa prima eterna. Sed prima cauſa que nunc eſt fuit ab alia et ſic in infinitum procedendo Item in finali cauſa poteſt quis ſucceſſiue habere infinitos fines quidaꝫ ad precedens dicunt ꝙ pater non eſt cauſa per ſe platonis et ideo nō proceditur ī infinitum in cauſis eſſentialib⁹ ſed nichil eſt pꝫ 2°. phiſi.

¶ Secūdo ar̄ ad idem in partibus ꝓportiōalibus cōtinui ꝓcediť in infinitū vnde totū eētialiter depēdet a ſua medietate Et iterū illa medietas a ſua medietate et ſic in infinitum. Et ita poſſet dici de mouētibus Forte dicis ꝙ nō qꝛ vel omnia mouentia ſūt mota vel aliquod eſt imobile Si ſcđm habetur intētū Si primū queritur a quo ſunt mota ⁊ nō pōt dari niſi a primo mouente Contra hec vltima ꝯña nichil valet quia omnes numeri pares et īpares ſūt exceſſi hoc eſt quilꝫ exceditur Tamē ex hoc non ſequitur ꝙ aliquis determinatus numer⁹ excedat omnes numeros.

¶ Tercio dictum eſt 8°. phẏſ. a phō et ſ. t. lec. 11. ꝙ aliquid primo mouet ſeipſum Cuius oppoſitū dicitur in prima ratione. Item ar̄ illo dato adhuc nō demōſtratur ꝙ deus ſit ſed ſolū ꝙ eſt deuenire ad aliquod primū mouēs et illud non eſt deus ſed angelus vel intelligētia alia a deo imobilis per ſe et per accidēs ſicut videtur dicere Cōmē. Et dato ꝙ nō diceret oppoſitum non poteſt demonſtrari Itē qñ percutitur aliquod cōtinuū tūc videť proceſſus in īfinitum in mouētibus quia pars percuſſa mouet aliā et ſic cōſequēter Itē ſcđm algazeleꝫ fūt īfinite anime ratiōales et qñ lapis proijcitur ī aqua vndentur ibi in īfinitū cauſari circuli ſit quādo lignū calefit pir partes proportionabiles tunc vna calefacit aliam in infinitum procedendo

¶ Quarto dicit pe. de alyaco ꝙ proceſſus phī poteſt impediri qꝛ proteruus diceret ꝙ nichil moueť vt zeno Secūdo diceretur ꝙ aliquid mouet ſeipſū vt aqua ad replendum vacuū. Tertio diceretur ꝙ phūs non probat quī deus ſit mobilis licet nō moueatur Si enim ſecundum euꝫ deus eſt in oriente tantum quare non poteſt ire ad polum antarticuꝫ Item dicetur ꝙ primus motor mouetur nec inconuenit eſſe circulationem in diuerſo genere cauſe

¶ Item ꝙ non ſit procedere in infinitū hoc ſoluꝫ eſt verum in cauſis eſſētialiter ordinatis Sed nō eſt euidens ꝙ alique ſint cauſe eſſentialiter ordinate et dato ꝙ hoc eſſet euidens tamē multi dicūt ꝙ deus poteſt facere infinitum ergo poſſet facere infinitas cauſas eſſentialiter ſubordinatas

¶ Quinto arguitur contra ſecundā rationē quia non ē euidens aliquid fieri Nominales enī dicūt ꝙ quādo ſortes augetur vel mouetur localiter nullam entitatem habet de nouo. Et ita dicūt alij qñ calor intenditur Item diceret proteruus ꝙ res fit non tamen ab ab alio poſitiue ſed per remotioneꝫ impedimēti ſicut res corrumpitur per abſentiā cōſeruantis Forte dicis ꝙ per cōſeruationē probať melius ꝙ deus ſit ꝙ̄ per productionē quia ī cauſis conſeruantibus non eſt procedere ī infinitū ergo eſt deuenire ad vnū primū conſeruans. Sed hoc nichil eſt qꝛ conſeruare eſt producere Et proteru⁹ diceret ꝙ poſtꝙ̄ homo eſt adultus nō indiget alio conſeruante ſaltē ipſum celum poteſt ſeipſum conſeruare.

¶ Sexto gregorius et aureolus dicunt ꝙ ſecundum ariſtotelem ītelligētie non ſūt a deo effectiue ergo dato ꝙ in cauſis efficientibus non ſit procedere in īfinitum per hoc nō probatur ꝙ ſit neceſſe eſſe aliquod primū efficiēs quod ſit cauſa omnium aliorum Nec valet rō tacta in 4° argumento quia albedo nō cauſat effectiue alios colores nec angelus alias ſubſtātias licet ſit primus in genere ſubſtantie Nec ignis cauſat omnem colorem Sed aliquis eſt a ſole.

¶ Septimo Intelligentia eſt ens per ſuam eſſētiam et probabile eſt ꝙ in ea non diſtinguitur eſſētia ab eſſe qꝛ hoc tenet herueus et plurimi alij doctores Item 3ª. ratio non cōcludit qꝛ non ſequitur elementa poſſunt nō eſſe ergo aliquādo non ſunt Item quelibet creatura poteſt non eſſe Tamē nō

ſequitur q̄ nō ſit vnde a poſſe ad eſſe non valet cō ſequētia vt non ſequitur deus poteſt non mouere celum ergo non mouet

¶ Octauo arguitur q̄ deū eſſe ſit per ſe notū nobis quia per volūtatem non poſſumus odire deū in ſe ergo nec per intellectum poſſumus iudicare deum nō eſſe Alias voluntas poſſet ſe ꝯformare illi dictamini Item eſt per ſe notum nobis q̄ deus eſt honorādus q̄ deus eſt bonꝰ cuius oppoſito nō poſſumus aſſentire Alias bonitas eſſet accidens in deo ſicut nigredo ſcd̄m porphiriū in coruo

¶ Ad primum dicitur q̄ diſcurſus phi vltimatus non dependet ex mūdi eternitate qꝛ ſuppoſita nouitate rerum facilius demonſtratur deū eſſe vt dicit S. T. ¶ Ad aliud dicitur q̄ motū eē i demonſtratione non dicit actum ſed aptitudinem nec icōuenit i cauſis accidētalit̄ ordiatꝫ ꝓcedere i ifinitū ſcd̄m tp̄is ſucceſſionē. S. T. 1. p. q. 7. ar. 4. Et q. 46 ar. 2. ad 7m. Alias autē videbit̄ que ſunt cauſe eēntialiter ſubordinate Sed nūqd ſortes eſt cā eſſētialiter ſubordinata reſpectu patris ſui. Dicēdū q̄ cauſa eſſētialis ſēp differt ſp̄e a ſuo effectu. S. T. in 2o. d. 18. q. 2. ar. 1.

¶ Ad 2m. patuit 7o. phiſi. Nec eſt ſimile de numero et de mobilibꝰ qꝛ oīa mobilia ſunt in potentia. Et ex eis poteſt fieri vnū vt pꝫ in 7. Et ideo opꝫ q̄ p̄ter oīa mobilia ſit vnū mouēs immobile.

¶ Ad 3m dicunt quidā q̄ grauitas ſi a deo ſeparet̄ moueret primo ſeipſā Sed inaīata non mouēt ſe. Et oē mouēs ſe diuidit̄ in duas ꝑtes ſed de hoc ſupradictū eſt Ad aliud pꝫ ex articulo precedēte Angelum eīm mouere per tp̄s infinitum preſupponit virtutē infinitā Nec aliquis cōceſſit vnū effectum depēdere ab infinitis cauſis equalibus ꝑ ſe ſubſiſtētibus Per hoc enim tolleretur oīs actio qꝛ quādo petrus vellet currere oporteret q̄ prius moueretur ab alia cauſa ⁊ illa cauſa iterum ab alia et ſic in infinitum Nec hoc eſſet ſine magna confuſione.

¶ Ad 4m Eodēmodo diceretur q̄ aſtrologia non eſt ſcientia qꝛ demōſtrat per motum Nec de iſta homo eſt riſibilis quia proteruus negaret animal rationale eſſe riſibile Et forte primū principium. Alia autem ſatis reprobat philoſiphus per totū octauū et q̄ cauſe ſint eſſentialiter ordinate ab oībus cōceſſū eſt. Et hec ſubordinatio a pythagoricis dr̄ aurea cathena vt dicit albertus magnꝰ in expoſitione libri de cauſis

¶ Ad 5m pꝫ ad ſenſū nec poteſt res fieri a ſe poſitiue Permenides tamē viſus ē dicere q̄ nichil fit ſecūdū rei veritatem et ſic ipſe non habuiſſet prēꝫ nec matrem et ſic propteruiēdo tolleretur omnis demonſtratio

¶ Ad ſextū pꝫ ex ſupradictis Gregorius diceret q̄ ſufficit phō demōſtrare vniuerſalem cauſā oīm producibiliū Illa aūt propoſitio S. T. vel potius phi itelligitur Et ſēp primū vel aliquid eminētiꝰ eo eſt cauſa oīꝫ alioꝝ

¶ Ad 7m pꝫ ex logica Deinde dr̄ q̄ bene ſequitur hoc poteſt non eſſe ergo alia nō eſt niſi ſpecialiter a deo conſeruetur.

¶ Ad octauū dicit plutarcus quoſdā poſuiſſe deū qui cor intuetur vt hoīes bene agerēt nō q̄ ita ſit ſicut ſuper ceraſa ponitur hō pictus vt Aues arceantur Ex quo patet q̄ nō eſt per ſe notuꝫ Soluere autē ceteras rationes ꝑtinet ad logicum.

¶ Finit octauus phiſicorum.

CIrca primum librū de anima querūtur
5. 1º vtrū de anima ſit honorabiliſſima
ſcientia Secundo An accidentia ma-
gnam partē conferant ad cognoſcēdū
quod quid eſt Tertio An ſcientie diſti
guntur per obiecta Quarto An vniuerſale ſit po-
ſterius ſuis ſingularibus Quinto An cognoſcibi-
le ſit in cognoſcente.

AD primum ſic ꝓ-
ceditur videtur ꝙ de anima
non ſit honorabiliſſima ſciē
tia quia ſcientia 8. phiſicoꝝ
eſt honorabilior cū ipſa ſola
demonſtret deum eſſe vt di-
cit Cōmentator contra aui-
cen. putabat eum auicenna
poſſe demōſtrari deū eſſe ſine motu Sic arguēdo.
Si non eſt primū principiū nō contingit aliqd ſci-
re Sed cōtingit aliquid ſcire igitur eſt primū prin
cipium quod nos vocam⁹ deū Maiorē probabat ip
ſe et algazel q2 ſcia eſt habit⁹ acquiſitus p demon
ſtrationē reſoluētē effectū in cauſā ſuā vſq̧ ad pri
ma principia vt pz in mathematicis Sic ergo nullū
eſt primū principium incōplexū qd eſt deus. Sed
ē primum principiū cōplexū quod eſt de quolibet
eſſe vel non eſſe. vel non contingit idem ſimul eſſe
et non eſſe. Et. San. Tho. 8. phiſicorū lec. in fine
dicit ꝙ ratio phi qua per motū demonſtrat primum
principium eſſe eſt efficaciſſima cui reſiſti non po
teſt Sed cōtra eſt phūs hic.

¶ Reſpondeo dicēdū ꝙ in hoc ꝓhemio de anima
phūs reddit auditorē docilē premittendo ordinez
et diſtinctionē tractat⁹ Beniuolū oſtēdēdo vtilita
tē ſcie Attentum oſtendendo difficultatem vnde.
Notandū cū S. T. hic et phō in 11. de aialibus ꝙ
in quolibet genere rerum eſt primo cōſiderare cōia
Et propria vniuſcuiuſq̧ illius generis vt pz ī metha.
in qua phūs primo cōſiderat de ente in communi.
poſtea vero ꝓpria vniuſcuiuſq̧ ēti q2 niſi hoc fieret id
diceretur frequenter quia determinando de quali
bet ſpē oporteret repetere diffinitionē generis vt
intelligeretur ſpēs Et ideo phūs primo in iſtis tri
bus libris determinat de eo quod eſt cōmune omni
b⁹ animatis Sz ī aliſſ libris determinat de plan
tis et de animalibus in ſpeciali.

¶ Preterea Notandū ſecundū eūdem ꝙ oīs ſcia
eſt bona q2 bonuz eſt perfectio rei. Cum igitur ſcia
ſit ꝑfectio hominis inq̄ntū homo ſcia omnis eſt bo
na inter bona autē quedam ſunt laudabilia ſcz que
ſūt vtilia in ordine ad aliquē finem. Laudam⁹ eni
bonum equū q2 bene currit. Quedam vero ſūt etiā
honorabilia illa ſcz que ſūt ꝓpter ſeipſa honoram⁹
enim fines ī ſciētijs autē quedā ſūt practice z que
dam ſpeculatiue et differūt quia practice ſunt ꝓpt
opus. Speculatiue autem ꝓpter ſeipſas. Et ideo
S. T. ſcientie ſpeculatiue ſunt bone et honorabi-
les. Practice vero laudabiles tm̄.

¶ Preterea in ſpeculatiuis inueniuntur gradus
q̄ntum ad honorabilitatem. Scientia namq̧ om-
nis ex actu laudatur. Omnis autem actus laudat
ex duobus. ſ. ex obiecto et modo ſicut edificare eſt
melius q̄ facere lectum ex obiecto Et quanto mo
dus edificij eſt melior tanto melius eſt edificium
Si ergo conſideretur actus ſcientie ex obiecto tūc
illa eſt nobilior que habet nobilius obiectū Si ve-
ro conſideretur ex mō ſic illa ē nobilior q̄ ē certior
vn̄ aliq̄ ſunt magis certe et tn̄ ſūt de reb⁹ min⁹ ho-
norabilibus. et ecōuerſo Simpliciter tn̄ illa ē me
lior que eſt de melioribus z honorabilioribus quia
ſicut dicit phūs 11. de animalibus. Magis cōcupi-
ſcimus ſcire modicū de rebus altiſſimis etiā ſi tho
pice et probabiliter illud ſciamus q̄ ſcire multum
per certitudinem de rebus minus nobilibus quia
primū habet nobilitatem ex ſe et ex ſua ſubſtātia
Aliud autē ex modo et ex qualitate Ex hijs pz ꝙ
ſcia de anima inter partes phie naturalis eſt ho-
norabilior Eſt enim certa quia quilibet experitur
in ſe ꝙ habet animā et ꝙ anima viuificet Eſt etiaz
anima nobilior inter inferiores creaturas Ex quo
īfertur ꝙ ſcia de anima ē prior quia nobiliora ſūt
priora Tertio ſequitur ꝙ medicina nō ē honorabi
lis q2 ē ſcia practica et per cōſequens eſt vtilis in
ordine ad aliquē finez Et ideo ē laudabilis ſed nō
eſt honorabilis.

¶ Concluſio ſcda Iſta ſcia eſt vtililis ad oēs ali-
as partes phie quia ſine iſta non poſſunt adipiſci
quia omnis pars phie vel ē naturalis vel moralis
vel methaphiſica vel ratiōalis Sed ſine anima et
potentijs eius non pōt haberi ſciētia moralis cuz
virtutes de quibus conſiderat ſint ſubiectiue ī po
tentijs anime Phia etiam naturalis eſt de anima
tis que dicūtur mouere ſe hec aūt non cognoſcūt
ſine iſta ſciētia Metaphiſica etiam conſiderat cāſ
altiſſimas in quarū cognitionē nō deuenimus nec
ꝑtingimus niſi ꝑ ea que ex virtute ītellectus poſ
ſibilis acquirimus Si enim natura intellectus po
ſibilis eſſet nobis ignota nō poſſem⁹ ſcire ordinē
ſubſtantiarum ſeparatarum ſicut dicit ſuper 11. me
tha. Oſtendit aūt phūs difficultatem huius trac-
tatus q̄ntum ad duo Primo ad cognoſcendum ſub-
ſtātiam aīe Secūdo q̄ntum ad cognoſcendum acci
dentia Quātum ad primū difficultas eſt quia ne-
ſcim⁹ ꝑ quā viā procedēdū ſit ad diffinitionem quia
quidā dicūt ꝙ demōſtrando Quidā ꝙ diuidendo.
Quidaz vere ꝙ cōponēdo vt ari. Alie aūt difficul
tates patebunt ī ſequētibus Ex predictis ſatis pz
ꝙ anima eſt ſubiectum hui⁹ ſcie q2 oēs queſtiones
tractate in hoc libro fiūt de anima et de paſſionib⁹
eius inquirendo an oēs anime ſunt eiuſdem ſpe
ciei Et an aīa ſit ſue potentie et an ponatur ī gn̄e
Si queratur an ſcia de anima ſit facilis dicitur ꝙ
eſt facilis ex parte obiecti ſed non ex parte cogni-
tionis noſtre primū patet quia inter formas natu
rales aīa tenet ſupremū gradū actualitatis Sed
vnū quodq̧ eſt cognoſibile ſecundū ꝙ ē in actu igr̄
Minor patet quia intellectus reducitur ad actum
ꝑ obiectum Secūda pars pz quia nichil cognoſci

mus niſi per miniſteriũ ſenſus anima aũt nõ ſẽtit
Unde notãdum ꝙ ad coguitionem duo cõcurrunt
ſcꝫ obiectum et diſpoſitio potẽtie. Et ideo licet ob
iectum ſit maxime cognoſcibile tñ ſi potẽtia ſit de=
bilis tũc eſt ſibi difficile cognoſcere tale obiectum
ſicut oculo egro difficile eſt cognoſcere lucem.

¶ Notanduꝫ preterea ꝙ nobilitas obiecti huius
ſcientie habetur ex ariſtote. libro 16°. de aĩalibus
vbi dicit ꝙ intellectus rationis .i. aĩa rationalis ĩ
trat corpus embrionis extrinſecus. Et ipſe ſolus
eſt diuinus quia eius operatio nõ habet cõmunica
tionem aliquomodo cum operatiõe corporali. Et
apuleius libro de deo ſocratis dicit ꝙ hoĩes ſunt ĩ
mortalibus animis ſed moribundis membris Et
ſeneca dicit ꝙ per animam homo antecellit cete=
ra animalia et deos ſeq̃tur vnde ſaluſti⁹ dicit ꝙ om
nis nr̃a vita in anima et corpore ſita eſt anime im=
perio corporis ſeruicio magis vtimur. Alterũ cum
beluis cõe eſt et cicero in paradoxis. tu cũ tibi ſiue
deus ſiue mater vt ita dicã rerũ omniũ natura de=
derit animũ quo nichil eſt pſtãtius nichil diuinius
ſic teipſũ abijcies atq; proſternes per voluptatẽ vt
nichil inter te atq; quadrupedeꝫ aliquid putes in=
tereſſe. Propter hec igiẗ ſciẽtia de anima ꝑ quam
homo ſeipſũ cognoſcit magno amore ꝓſequẽda eſt
a iuuenibus Recitat apulei⁹ platonic⁹ libro. 1. floꝝ
ꝙ in ſcithia verſus oriẽtem eſt vna ſecta hominum
qui vocãtur gynoſophiſte qui neſciũt aurum cole=
re nec equũ domare ſed ſolũ honorãt ſapiẽtiam et
eam colũt vnde poſita mẽſa ãteq̃ cibaria ponãtur
omnes diſcipuli ex diuerſis locis et officijs ꝯueni=
unt quos ſigillatim magiſtri interrogãt quid boni a
lucis ortu quiſq; fecerit vn⁹ dicit ſe in ſpeculatione
nouã ꝯcluſionẽ inueniſſe. Ali⁹ neſciuꝫ docuiſſe. et
ſic ad menſam mittiẗ iners autẽ impraſus ad opus
foras excluditur Socrates noluit ꝙ ſcia ſcribereẗ
quia eſt res mũda et pura. Et ideo ſolis animis pu
ris cõdenda eſt et nõ chartis apuleius libro de ma
gia putat animũ hominis tãte dignitatis eſſe ꝙ ſi
capiatur puer ꝓuidus corpore decorus atq; iteger
animo ſolers ore facũdus ⁊ cũ odore herbaꝝ ſopi=
tur iam efficitur terrenorũ obliu⁹ et redigitur ad na
turam ſuam que eſt diuina ⁊ immortalis vnde poſt
ea excitatus futura et occulta dicere poteſt ſed
hoc reprobat ſan. th. 1ª. parte q. 87. ar. 4. 2ᵐ. Patꝫ
etiam dignitas huius ſcie ex hoc ꝙ ſpeculatiua eſt
Scie enim ſpeculatiue ſũt nobiliores practicis

¶ Cõtra hec arꝫ et primo oſtẽdendo ꝙ hec ſcia nõ
eſt vtilis ad alias q2 hec ſcientia eſt de numero ho=
norabiliũ ergo nõ eſt ꝓpter aliud tenet ꝯña ex diffi
nitione honorabiliũ. Item ſcia ſpeculatiua quæriẗ
propter ſe vt ptꝫ in ꝓhemio de anima ergo non eſt
vtilis ad alia.

¶ Secũdo vtile et honeſtuꝫ diſtingũtur ſꝫ hec ſcia
eſt de numero honorabiliuꝫ ergo non eſt de nume
ro vtilium maior ptꝫ q2 delectabile vtile ⁊ honeſtũ
diuidunt bonum Item alie ſcientie ſunt perfecte
ergo non indigent iſta ſcientia alias eſſent inſuf=
ficientes.

¶ Tertio principia aliarum ſcientiarum nõ poſ=
ſunt oſtendi niſi forte per metha. vel logicam ergo
iſta ſcientia non valet ad alias ſcientias et hoc eſt
cõtra algazelẽ dicẽtẽ oẽs ſcias valẽ ad methaphi.
Item multi videntur eſſe boni morales vel mathe
matici neſcientes librũ de anima vnde in li. de a=
nima videntur eſſe potius opiniones q̃ ſcie vnde
quidã dicunt potentias non diſtingui ab anima Et
q̃dã dicunt in eodẽ eſſe plures animas. Alij autẽ
tenent oppoſitum Et ex hoc dicit Ockam in prin
cipio dyalogi in anglia ortũ fuiſſe magnum ſcãda=
lum quia quidam dicebant ꝙ corpora ſanctorum
non eſſent eadem numero ante mortẽ et poſt mor=
tem ergo oĩno eſt inutile ſtudere in hoc libro.

¶ Quarto arguitur ꝙ hec ſcientia non eſt de aĩa
tanq̃ de ſubiecto quia ens mobile eſt ſubiectum to
tius philoſophie ergo aliquid contentũ ſub eo erit
ſubiectũ iſtius libri ſcilicet corpus animatum ⁊ nõ
anima quia aĩa de quibus in hoc libro cõſideratur
ordinãtur ad corpus aĩatum vltimate immo etiam
eſt propter totum cõpoſitũ. Item cõſideratur hic
de opationibus ſicut ſunt intelligere et cognoſce=
re Sed opationes proprie ſunt ſuppoſitoruꝫ ergo
proprie paſſiones que cõſiderantur in hac ſciẽtia
potius cõueniunt aĩato q̃ anime. Item non conſi
deratur hic de qualibet anima vt patet de ſepara=
ta Item anima intellectiua vt ſic nullius corporis
eſt actus Item phiſicus nõ per ſe cõſiderat deum
q2 eſt de ordine immaterialium ergo nec de anima
Item anima vt ſic abſtrahit a materia alias nõ poſ
ſet ſeparari ergo non eſt phiſice conſiderationis
abſolute

¶ Sexto arguitur ꝙ non ſit honorabilior q2 ſecũ
dum ſimplicium logica eſt organũ totius philoſo=
phie vnde Albertus ſuper porphirium ĩquirit an
logica contineatur ſub ſcientia practica vel ſpecu
latiua Et reſpondet ꝙ non ſed ſub organica. Et
etiam dicitur eſſe ſcientia ſcientiarum ergo eſt ho
norabilior iſta. Item nobilitas ſcientie eſt ex obie
cto ſed alie partes philoſophie naturalis habẽt
nobilius obiectum ſcilꝫ totũ compoſitũ vt liber de
animalibus Et liber de celo et mundo qui conſide
rat corpus ingenerabile et incorruptibile. Item
theologia eſt honorabilior et melior vnde propter
hoc vinum optimuꝫ quidam dixerũt theologale vn
de theologia alijs imperat ideo quidã egre ferũt
cũ logici dicunt propões biblie de rigore falſas vt
ceci vident quia ꝓpter regulas ad placitũ poſitas
reprehendũt dominã. S. T. 1. pte. q. 1. ar. 5.

¶ Septimo primo eth. dicit phi. ꝙ ſcia moralis .ſ.
ciuilis eſt principaliſſima et maxie architectonica
qð ꝓbat q2 ipa eſt ordinatrix oĩm aliaꝝ vñ pricepꝰ
inſtituit ꝙ pariſius nõ legãtur leges ergo ſcia mo
ralis eſt maxie honorabilis Itẽ honor eſt premiuꝫ
virtutis ſꝫ finis ethice eſt facere hoĩes virtuoſos
ergo eſt magis honorabilis ſꝫ cõtra nulli ĩaĩato de
beẗ honor cũ exhibeaẗ ĩ ſignũ ꝟtutis ꝫ nulla ẽ hoª
biẗ diſtigue vẗ tãq; cui ẗ tãq; rõe cui⁹ q̃s hoªẗ 1ᵒᵒ cõ
cedo Itẽ ſubiectũ ethice ẽ nobili⁹ .ſ. hõ vt ẽ felicita
bilis hoc enim eſt quid nobilius q̃ anima vel ſaltẽ
eque nobile Forte dicis ꝙ ſubiectuꝫ eius eſt opera
tio humana ordinata in finem Cõtra Artes etiaꝫ
mechanice ſunt de operatiõe humana Iteꝫ ridere

eſt operatio hominis inq̃tum eſt homo et tamē de hoc non eſt ethica.

¶ Octauo arguitur ꝙ ſcīe practice ſunt honorabiles quia ſcđm phm̄ honor eſt premiuʒ virtutis ſed omnis ſcia eſt virtus ſcʒ intellectualis igitur Iteʒ medicina eſt practica et tamen ſibi debetur honor Probat̃ quia ſcriptura dicit honora medicū vnde in omni facultate poſſunt fieri doctores quibꝰ debetur honor igitur Item deus ē ſcia practica eorū que facit ergo aliqua practica eſt nobiliſſima. Iteʒ ſcia practica diſponit de ſpeculatiua ergo eſt honorabilior añs ptʒ primo ethicorum per prudētiā legiſlatoris ordinatur qualiter quis diſcere dʒ diſciplinas ſpeculatiuas ſ.t.in 4°.diſ.49.q.i.ar.1. q.3.4^m.

¶ Nono arguitur ꝙ de anima non eſt ſcia quia illud de quo eſt ſcia: eſt per ſe intelligibile Aīa autē non eſt per ſe intelligibilis cū nō ſit quidditas rei materialis Item anima non poteſt ſcire ſe ipſā qꝛ oportet ꝙ intellectus ſit denudatꝰ ab eo quod intelligit vt dicetur 3°.huius modo anima nō poteſt eſſe denudata a ſe ipſa. Item tunc predicamenta eſſent pmixta quia ſcia eſt qualitas anima autem eſt ſubſtantia ſi ergo ſcientia ſit in anima ſequitur ꝙ ſubſtantia et qualitas ſunt permixta Itē nichil ſcimus niſi per ſenſū vt patet primo poſteri. Sed aīa non eſt ſenſibilis igitur.

¶ Decimo arguitur ꝙ ſciētia de anima non ſit naturalis quia non eſt de ente reali. Probatur quia omne ens reale eſt extra animam ſed anima non ē extra aīam igitur Item anima rationalis poteſt ſeparari a materia et motu ergo pertinet ad metha. qui conſiderat ſeparata a materia Et per hoc differt a phiſico.

¶ Undecimo arguitur ꝙ hec ſcia non ſit difficillima quia materia eſt minus cognoſcibilis ꝙ̃ anima ergo ſcientia eius eſt magis difficilis. Añs patet q̄ eſt minus ens et in moralibus indigemꝰ conſilio propter difficultatem. ſ t.12°.q.14.ar.3. Item metha. eſt difficillima vt dicitur 1. et 2. metha. Itē que ſunt prope nos facile eſt cognoſcere ſed anima noſtra eſt prope nos. Item dictum eſt in textu ꝙ iſta ſciētia eſt nobilior aliis quoad maiorē certitudinē et obiectū ergo non eſt difficilior quia facile eſt cognoſcere formam bouis ſicut naturam ex ſecundo phiſicorum.

¶ Duodecimo ar̃ ꝙ ſit practica quia eſt de operabilibus a nobis ſcilicet de paſſionibꝰ in 3° de anima et de actibus intellectus et voluntatis. Item poteſt quis eam ordinare ad opus et lucrum. Forte dicis ꝙ ex parte ſui obiecti non eſt ordinabilis ad opus et hoc requiritur ad hoc ꝙ ſit practica Cōtra vel paſſio ex ſua natura eſt ordinabilis ad opꝰ vel nō Si primū habetur intētū Si ſecundū ergo ſcia ethicoꝝ nō eſt practica et ita arguitur de medicina et ſcia naturali quarū vtraqꝫ cōſiderat de morte et vita ſōpno et vigilia Si ergo ꝑci ſe ex obiecto ſcia dr̃ practica vel ſpeculatiua ſeq̃t ꝙ vtraqꝫ ſit practica vel vtraqꝫ ſit ſpeculatiua. Iteʒ ſi hec ſcia eēt ſpeculatiua hoc maxie eēt ꝑpter finē Sʒ pʒ ꝙ ab eo ſcia nō dr̃ ſpeculatiua qꝛ ī mathematicis ſcđm phm̄ nō eſt finis neqꝫ efficiens et tñ geometria eſt ſpeculatiua. Itē prudētia eſt habitꝰ practicꝰ et tñ finis eiꝰ nō eſt opꝰ qꝛ aliquis dictat ꝙ eſt bñ agendū non propter opꝰ ſed propter deū tantū.

¶ Tertiodecimo ar̃ ꝙ ſciētie ſpeculatiue non ſūt aliis digniores quia logica eſt ſpeculatiua et tñ nō eſt dignior ſcia morali qꝛ melius eſt ſcire moralia ꝙ̃ logicam vel probatur aliter qꝛ dignitas ſcīe eſt ex obiecto. ſʒ logica eſt circa ens rationis quod nulliꝰ dignitatis eſt ſecus autē eſt de ethicis ergo ethica melior eſt Item ſcđm ſ.t.1.parte q.82.ar.3. meliꝰ eſt amare deum ꝙ̃ cognoſcere eū Et idem q.108.ar.6 ad 3. ſʒ ſcia moralis inclinat nos ad amorē ſpeculatiua autē inclinat nos ad cognitionē ergo ſcia moralis practica nobilior eſt ſpeculatiua qꝛ bonitas rei ſumitur ex fine vnde ſi ſpeculatio eſſet melior praxi tunc non reprehenderētur a phi.2 ethi.illi q̄ ponūt ſtatū ſciētie ethicoꝝ ī ſcire quod tñ eſt falſū vnde dicit ꝙ tales non philoſoꝑhātur ſʒ ſunt ſicut infirmi audiētes medicum et non obſeruātes eius ꝑcepta Similiter niſi actus volūtatis eſſet melior tūc habitus practicus intellectꝰ non poſſet ordinari ad opus quod eſt in voluntate quia hoc eſſet inordinatum.

¶ Ad primū dicēdum ꝙ idē eſt vtile ꝛ honorabile quia iſta ſolum diſtigūtur ſecundum rationē honeſtum eni nō eſt inutile ſʒ vt dicit cicero libro de amicicia plurimas habet adiūctas vtilitates. Et ſi dicatur hec ſcia non eſt ſeruilis ergo non eſt propter alia negatur cōſequētia. Quidā dicunt poſt auicēnā ꝙ duplex eſt vtilitas ſcʒ ſeruilis et proficua.

¶ Ad ſecūdum ptʒ per idem. Nec valet vltima cōſequētia videtur tamē ꝙ hec ſciētia non ſit multū vtilis ad aſtrologiam grammaticam vel medicinaʒ ſed quicq̄d ſit.

¶ Ad 3. negatur cōſequēa. nō eſt eni vtilis ad alia ſic ꝙ licet deſcendere de genere in genꝰ id eſt probare pricipia omniū ſciētiarū ꝑ iſtā. Et licet ex aliquibus aliqñ videatur ꝑ accidēs ſequi ſcādaluʒ nō tamen per ſe quia in hac ſciētia laboratur ſcire verum et reprobare falſum.

¶ Ad 4. videtur quibuſdā ſcđm albertum ꝙ corpus animatum ſit hic ſubiectū Sed cōmuniter hoc non tenetur. Dicendum ergo ꝙ anima cōtinet̃ ſub ente mobili non ſicut pars eſſentialis. Secūdo dr̃ ꝙ in hac ſcia nō cōſiderantur partes et paſſiones corporis animati inq̃tum hmōi ſed inq̃tū fluunt ad ipſa anima et non a ſuppoſito

¶ Ad quintū dr̃ ꝙ anima eſt vniuerſale id eſt quid cōmune et anima eſt q̄d primū notum eo modo quo finis eſt primum in itētione ſed de hoc in principio primi phiſicorum.

¶ Ad 6^m. dicitur ꝙ illa q̄ ſūt inſtrumenta alioruʒ ſunt minꝰ honorabilia licet forte ſint magis vtilia Secus autē ē loqui de vtilitate ꝛ de nobilitate ſcientie. Ad aliud dr̃ ꝙ celum abſolute eſt minus nobile ꝙ̃ anima et cetera aīalia Sʒ dubitāt quidā an totum ꝯpoſitum ſit nobilius anima. et dato ꝙ ſit nobilius tamē in iſto libro cōſideraẗ nobiliſſima ope

ratio ſcʒ intelligere vel non ē nobilioꝛ libro de animalibus.

¶ Ad 7m. dicitur ꝙ ibi eſt ꝓparatio ad ſciētias morales. Si queratur an hec ſciētia ſit dignioꝛ metaphiſica dicēdum ꝙ non. Contra anima eſt q̄d nobilius ente in cōmuni q̄d eſt ſubiectuʒ methaphiſice. Item octauus phi. videt̄ nobilioꝛ iſto libro q2 oſtēdit deum eſſe ex pꝛimo argueretur ꝙ alie ſcientie ſunt nobiliores methaphiſica ſʒ vide in ꝓlogo phiſices. Ad aliud dr̄ negando ꝯſequētiam nec eſt idē dicere hec ſcia eſt honoꝛabilis et pro iſta ſciētia datur honoꝛ q2 videtur ꝙ pro qualibet ſciētia homines honoꝛentur vnde athenienſes demetriū phalereūq3 leontinū goꝛgiam ſuperbis ſtatuis decorauerunt vnde doctos viuētes et defūctos ſummis honoꝛibus ꝓſequebatur pꝛiſca illa etas. Deīde dicitur ꝙ anima abſolute eſt ens nobili9 q̄ȝ homo felicitabilis. Contra actus ſecundus eſt ꝑfectioꝛ pꝛimo ergo homo vel anima nō ē perfectioꝛ felicitate

¶ Ad 8m. ptʒ per idem.

¶ Ad nonuʒ dr̄ ꝙ anima eſt intelligibilis ſʒ mod9 declarabitur in 3o nec predicamēta propter hoc ſūt ꝓmixta q2 vnum non fit aliud ſʒ in alio.

¶ Ad 10m. negatur illa maioꝛ. Si dicatur oē ēs vł eſt ens in anima. vel ens extra animā. Dicendum ꝙ dupliciter aliquid eſt extra animam vnomodo ſecundū realē diſtinctionē Et ſic eſt falſū Aliomodo ꝙ in' ſuo eſſe nō dependet ab operatione intellectus et ſic aīa eſt extra animam Ad aliud diciturꝙ anima ſeparata non eſt phiſice conſideratiōis ſed cōiūcta Et illomō hʒ aliq̄s opatiōes ī coꝛpe Si dicat̄ intellect9 ſaltē eſt a coꝛpoꝛe ſeparatus quia ſua operatio nō fit per oꝛganū coꝛpoꝛeum ergo intelligere non pertinet ad conſiderationem phiſici dicitur ꝙ immo ratione ſubiecti infoꝛmantis materiā. Si dicatur tunc intelligentie mouētes celum per ſe conſiderarentur a phiſico quia excercent aliq̄s operationes per coꝛpus vt puta motū localē Dicēdū ꝙ illa operatio eſt ſecundaria anima autem q̄ȝtū ad pꝛimum intelligere indiget miniſterio ſenſ9 Et ideo per ſe conſideratur a phiſico Sed contra Paſſio ſubiecti naturalis non conuenit anime. ſ. coꝛruptibilitas ergo anima nō per ſe conſideratur a phiſico. Item anima rationalis vnita coꝛpoꝛi eſt per ſe ſubſiſtens ergo pertinet ad methaphiſicam Dicēdū ꝙ anima rationalis q̄ȝtum ad aliquas operationes. ſ. vegetatiuas et ſēſitiuas coꝛruptibilis eſt nec coꝛruptibile eſt paſſio mobilis alias celum eſſet coꝛruptibile Ad aliud quidam dicunt ꝙ anima rationalis ſemper eſt ſubſiſtens. ſed non eſt per ſe ſubſiſtens. Pꝛimum eſt abſolute verū alterū autē quidā diſtinguit vel loquēdo de per ſe exiſtere in ſpecie completa Et ſic ē verū vel exiſtētia incōpleta et ſic eſt falſū.

¶ Ad vndecimum dicitur ꝙ materia eſt magis in potentia Et ideo difficillimum eſt eam cognoſcere niſi per tranſmutationem que cadit ſub ſen ſu. Et ideo ratione iſtius operationis aliquomodo facilius eſt eam cognoſcere De methaphiſica autem videtur ꝙ iſta ſcientia eſt difficilioꝛ quia obiectū ei9 eſt minus in actu. Et ſic in hac ſcientia eſt duplex difficultas ſcilicʒ ex parte noſtri et ex p̄te obiecti. Sʒ dicēdū ꝙ difficultas q̄ ē ex p̄te nr̄i ē mł̄tū maioꝛ reſpectu ſubſtantiarum ſeparatarū q̄ȝ reſpectu aīe Et licʒ anima ſit pꝛope nos ꝓpinquitate loci nō t̄n̄ ꝑ modū obiecti Et ad aliud dicitur ꝙ anima ſēſitiua eſt nobis certiſſima Secus autem de alia ſʒ melius diſtingue quo ad q2 eſt ꝯcedo ſecus autem quo ad quid eſt. ſ. t. de veri. q. 10. ar. 8. ad 8m. ſʒ nonne mathematica eſt certioꝛ. Item libri phiſicoꝛum ſunt eque certi ſicut ſcientia de anima ſimiliter methaphiſica Sed queratur an logica ſit aliis certioꝛ videtur ꝙ ſic quia ad hoc ꝙ aliquis ſit cert9 de aliqua ꝯcluſione opoꝛtet ꝙ ſciat ꝓ̄nam eſſe bonā ꝑ quam ꝯcluditur ſed nullus meli9 ſcit ꝓ̄nam eſſe bonam q̄ȝ logicus ergo logica eſt certiſſima. Item mathematica eſt certioꝛ ſcia de anima ergo hec ſcia non eſt ceteris honoꝛabilioꝛ ex obiecto et ex modo vt ſupradictum eſt. Dicendum ꝙ mathematicus eſt aliis certioꝛ quia ad ſenſum quilibet poteſt videre ita eſſe vnde ponūtur ſcie mathe. ī pꝛimo gradus certitudinis ſcia autē de anima non ē honoꝛabilioꝛ preciſe quia ſit certioꝛ ſed quomodo dicitur eſſe pꝛioꝛ dicit S. T. hic ꝙ ſi accipiatur q̄ȝtū ad totam ſciam naturalem tunc eſt pꝛioꝛ ſecūduʒ dignitatem Si vero ad ſciam de rebus animatis tantū ſic eſt pꝛima ſcd̄m oꝛdinem nec eſt abſolute certioꝛ metaphiſica quia meta. pꝛobat pꝛincipia aliarum ſcientiarum etiam foꝛte mathematice.

¶ Ad 12. dicitur ꝙ eſt de operabilibus non t̄n̄ per moduʒ operabiliū Nec poteſt ad opus oꝛdinari ſecūdum rationē foꝛalē ſub qua cōſideratur a phiſico Cetera aūt patent ī pꝛincipio pꝛimi phiſico. Et lʒ mathematica vł ſic non habeant finē Tamen ſcia mathematice oꝛdinatur ad aliquā finē. Quidā dicunt ꝙ actus cuiuſlibet habit9 ē finis eius vt act9 foꝛtitudinis eſt finis foꝛtitudinis Sed cōtra tunc finis ſcie moralis eēt ſcire quod eſt falſuʒ vnde ab aliis dr̄ ꝙ finis eius ē obiectū eius ſcʒ opus vt q̄n iudicatur ꝙ eſt ſobꝛie cōmedendum iſtud iudiciuʒ oꝛdinatur ad opus q̄d eſt obiectum eius.

¶ Ad decimumtertium patuit in logica. Et vtrūq3 eſt pꝛobabile ſcʒ ꝙ logica eſt dignioꝛ et ſuum oppoſitum. Foꝛte ſicut de quolibet ſancto dr̄ ꝙ non ē inuētus ſimilis illi ſi quilibet ſcientiam quam diligit pre ceteris extollit et ſic medici dicunt medicinam nobiliſſimam. Moꝛales Ethicā Rethoꝛes rethoꝛicam Quidam dicunt ꝙ ſemper actus intellectus eſt nobilioꝛ entitatiue actu voluntatis. Non autem in eſſe moris Sed deh9 erit queſtio ſꝑalis Nec inconuenit magis nobile oꝛdinari ad min9 nō vltimate.

¶ Ad capitale dicitur ꝙ pꝛimus motoꝛ non pꝛincipaliter conſideratur in octauo phiſicoꝛum.

Ad ſecundum ſic proceditur videt̄ ꝙ ſcientie non diſtinguntur per diuerſos modos diffiniēdi q2 ſcie diſtingunt̄ per obiecta ergo nō diſtinguūtur ꝑ diuerſos modos diffiniēdi Sʒ cōtra ē ph̄s hic T. C. 16.

¶ Reſpondeo dicendum ſecundum S. T. lect. 2. Ad ſciendum quomodo anima debet diffiniri ꝙ in

aliquibus diffinitionibus paſſionum anime ponit materia et corpus in aliquibus vero forma tantum Sicut ira diffinitur ſine corpore per appetitū vindicte aliquando vero diffinitur ex parte corporis et materie dicendo ꝙ ira eſt aſcenſus ſāguinis circa cor. Prima eſt dyaletica ſecunda vero phiſica cum ponatur ibi aliquid ex parte materie. Et ideo pertinet ad nuturalem qui diffinit per materiam Dyalecticus vero per ſpeciem et rationem. appetitus enim vindicte eſt ratio ire. Et eſt prima diffinitio inſufficiens. Nam omnis forma que eſt i materia determinata inſufficienter diffinitur niſi in ſua diffinitione ponatur materia. Et ideo in diffinitione ſufficiente debet poni materia. Et ſic habemus tres diffinitiones quia vna aſſignat ſpeciem et rōem ſpeciei et eſt formalis tantum ſicut ſi diffiniatur domus per operimentum prohibens a ventis et ymbribus: alia autē autē aſſignat materiam tātum vt domus eſt operimentum quoddam ex lapidibus lateribus et lignis Alia vero ponit vtrūq; in diffinitione vt domus eſt operimentū conſtans ex talibus ꝓpter talia ſcʒ vt prohibeat ventos Si queratur que iſtarū diffinitionū eſt naturalis dicit. s. t. poſt phm̄. ꝙ illa que conſiderat formā nō eſt nālis ſʒ logica que aūt cōſiderat materiā tantū non eſt niſi naturalis nullus enim habet conſiderare materiā niſi nālis. nichilominus tn̄ illa que eſt ex vtriſq; eſt magis nālis et perfecta.

¶ Et notādum ꝙ phiſicus mathematicus et metaphiſicus in hoc differūt quia phiſicus cōſiderat ea que diffiniuntur ꝑ materiā ſēſibilē mathematicus autē cōſiderat ea q̄ ſcd̄m rem habent eſſe in materia ſēſibili tamen nō diffinit ꝑ illā materiā ſēſibilē quia mathematica verſatur circa q̄titatē que poteſt attrahi a qualitatibus ſēſibilibus ſcd̄m intellectū quia q̄titas eſt prior qualitate metaphi. autē cōſiderat illa quorum eſſe vel non eſt i materia vel quorum eſſe pōt eē ſine materia vnde anima ſeparata ꝑtinet ad metaphi. et non ad phiſicum.

¶ Et notandum ꝙ tota ratio diuiſionis philoſo. ſumitur ſcd̄m diffinitionē et modum diffiniēdi quia diffinitio eſt pricipiū demōſtrationis rerū. Res autem diffiniūtur ꝑ eſſētialia vnde diuerſe diffinitiones rerū diuerſa pricipia eſſētialia demōſtrāt ex q̄bus vna ſcia differt ab alia. Et per hoc patʒ cōcluſio reſpōſiua ad queſitū.

¶ Sed notādum ꝙ diſtictio numeralis ſcīeciarum ſumitur ex parte ſubiecti vnde alia eſt ſcia in ſorte et alia in platone hic autē loquimur de diſtinction e ſciarum ſpecifica. Sed queritur an tota philoſophia naturalis ſit vnus ſimplex habitus de hoc dictum eſt alias ꝙ i vno ſuppoſito eſt vnus habitus circa omnes cōcluſiones Si dicatur tunc ſcia iſtius libri nō eſſet prior nec dignior ſcia libri de genera. et cor. nec certior cuius oppoſitum dictū eſt et patet ꝯña quia ē eadem ſcia numero dicendum ꝙ eſt alia ſcd̄m extēſionē et obiectum iadequatum ſʒ cōtra tūc ens mobile eſſet ſubiectū in iſta ſciētia et non ipſa anima ꝓbatur quia anima nō eſt ſubiectū attributionis totius phi. naturalis nec ſibi cōueniunt ꝯditiones ſubiecti attributionis ergo nō eſt eadē ſcia. Item eſt aliud obiectum formale quia anima eſt obiectum formale iſtius ſcie. Forte dicis ꝙ nō eſt obiectum formale primarium Contra ex hoc ſequitur ꝙ nō eſt ſubiectum attributionis. Dicēdum ꝙ vnus et idē habitus numero ſecūdum rem ſecūdum diuerſas rationes habet diuerſa obiecta Sed de hac queſtione dictū eſt ſecundo phiſi.

¶ Contra hec arguitur dato ꝙ nullū ſubiectū ſciētie eſſet neq; aliqua diffinitio exiſteret Adhuc grāmatica et logica eēnt diuerſi habitus ergo diuiſio ſciarum nō ſumitur ſecundū diffinitiones. Item opinio et ſcia ſunt diſtincti habitus. Et tn̄ aliqñ acq̄rūtur per eaſdē diffinitiōes quia ꝑ hoc ꝯplexum aīal rōale poſſū vnā cōcluſionē ſcire. ſ. ꝙ hō eſt riſibilis. Et aliā opinari ſ. hō eſt beatificabilis ſic arguendo oē animal rationale eſt beatificabile.

¶ Secundo de eodem ſubiecto per eandē diffinitionē poſſunt demōſtrari diuerſe paſſiones pertinentes ad diuerſas ſcientias ergo diſtinctio ſcientiarū nō eſt per diffinitiones Añs patʒ quia per diffōem hoīs oñditur ꝙ eſt riſibilis et ꝙ ē diſciplinabilis. Cʒ aūt iſte due ſcie nō ſūt eiuſdē ſpēi patʒ quia ſūt ſimul in eodē ſubiecto vn̄ per diffinitionem hominis pōt concludi ꝯcluſio phiſica ſcʒ ꝙ eſt corruptibilis Et concluſio theologa ſcʒ ꝙ eſt beatificabilis Item ſcie diſtingūtur per ſubiecta. ergo non per diffinitiones Forte dicis ꝙ idē ſcd̄m rem eſt ſciētias diſtingui ſpecie ex obieto formali et per diffinitionem quia formalis ratio ſubiecti eſt diffinitio eius. Contra viſus et auditus diſtingūtur ex obiecto formali et tn̄ non diſtingūtur per diffinitiones. Notū eſt etiā ꝙ obiectū formale ſcie de anima non eſt diffinitio anime igitur.

¶ Tertio. Alia diffinitio eſt in libris de anima et in octo libris phiſicorum cū ſint alia diffinita et tn̄ eſt eadem ſcia. Forte dicis ꝙ diffinitiones ille conueniunt in ratione obiecti vt obiectū eſt quia diffinitiones ille ſēper ſunt per materiā ſenſibilem Cōtra ſequeretur ꝙ geometria et arithmetica eſſent eadē ſcia quia cōueniunt in vno modo diffiniendi ſcʒ ſine materia ſēſibili ergo cōueniunt in vna ratione obiecti vt obiectum eſt.

¶ Quarto arguitur ꝙ logicus nō diffinit ꝑ formā tantū quia diffinit ſillogiſmū per ſuā materiam ſcʒ per propoſitiones et pricipia vnde ſillogiſmus dyalecticus eſt qui procedit ex probabilibus. Item logicus diffinit per genus et dr̄am ſed genus habet modum materie ſicut differētia modū forme ergo ita bene diffinit per materiā ſicut ꝑ formā vnde in diffinitione hominis ponitur aīal. Animal vero ita bn̄ importat materiā ſicut formam

¶ Quinto queritur quare logicus dr̄ diffinire per formā potius q̄ alie ſcientie multa enī diffinit logicus que non habent formam albedo enim non hʒ formam quia forme nō ē forma vt patʒ 7°. methap. Item logicus cōſiderat locū a cauſa efficiēte et finali vt patet in thopicis ergo non conſiderat ſolā formā Item vt dicitur in ſecūdo phiſi. partes diffinitionis ſe habent vt materia Forte dicis ꝙ ideo lo=

gicus diffinit per formam quia diffinit per genus. Contra ſic etiam metaphiſice et geometra. dicendo linea eſt longitudo ⁊ ce. vel triangulus eſt figura plana

¶ Sexto arguit ꝙ diffinitio logica ſit ſufficiēs qꝛ omnis diffinitio debet explicare totā naturā diffiniti ſed diffinitio logica eſt huiuſmōi alias nō eēt diffinitio Itē per omnē cauſā poteſt fieri demonſtratio ſed logicus diffinit ꝑ formā vel ſcꝫ alios ꝑ genus et differentiam ergo diffinitio logica valet ad demōſtrationē ergo non eſt inſufficiens vnde ſi queratur a logico quomodo diffinitur homo non dicet ꝙ diffiniatur tm̄ per formā quia ſcit ꝙ illa diffinitio nō valeret Cū ergo logica ſit vera ſcīa ſequitur ꝙ diffinitiones quas ipſa docet nō ſunt vane vt vult phūs hic ſꝫ ſufficiētes alias ī logica phūs non doceret diffinire ſufficienter quod tamē ē falſum quia nulla ſcīa docet diffinire ꝓter logicā.

¶ Septimo arḡ ꝙ mathematicꝰ nō abſtrahit a materia ſenſibili qꝛ ſequeretur ꝙ mathematicus eēt mēdax quia a parte rei nulla ē figura niſi in rebus materialibꝰ Si ergo mathematicꝰ velit eā abſtrahere ſequitur ꝙ eſt mēdax Item aſtrologia cōtinetur ſub mathematica ⁊ nō abſtrahit a motu quia cōſiderat motū planetarū et earuꝫ diſtantiaꝫ et propiquitatem.

¶ Octauo mathematica ē ſcīa realis ergo nō cōſiderat res ſcd̄m ꝙ habēt eē in aīa Sed ꝗtitas abſtracta a ſenſibilibus nō habet eſſe niſi in aīa quia a parte rei nō datur ꝗtitas ſine qualitate Itē Si quātitas poſſit abſtrahi a qualitate hoc eſſet qꝛ eſt prior Sed cōtra materia eſt aliquomodo prior forma ſcꝫ ī genere cauſe materials et tamē nō poteſt cognoſci ante formā non eſt ēt īconueniens ꝙ poſterius cognoſcatur ſine priori qꝛ ſuperficies ē poſterior linea et tm̄ poteſt ſine ea cognoſci et motus alterationis eſt poſterior motu locali ⁊ oē corpus eſt poſterius deo et tamē ſine eo cognoſcitur Itē inter abſtractū et nō abſtractū nō eſt dare mediuꝫ. Si ergo mathe. ſit de abſtractis ⁊ cū phiſica ſit nō de abſtractis a materia ſēſibili ſequit̄ ꝙ preter mathematicā et phiſicā nulla erit alia ſcīa.

¶ Nono vnūqḋꝗ ſicut ſe hꝫ ad eē ſic ſe hꝫ ad cognoſci ſi ergo ꝗtitas nō poſſit eſſe ſine materiali ſeqꝛ ꝙ nō poteſt cognoſci ſine materia ſēſibili

¶ Decimo arguitur ꝙ naturalis non diffinit per materiam ſenſibilem quia tūc illa que non habent materiam ſenſibilem non poſſent diffiniri a naturali conſequentia eſt euidens ſed conſequens eſt falſum qꝛ corpora celeſtia poſſunt diffiniri a naturali quis enim alius diffiniret ea cuꝫ ſint entia mobilia et ſenſibilia Et tm̄ nō habent materiā ſecundum Cōmentatorē 2° ⁊ 8°. methaphiſice et 8. phiſicorum et primo celi et mundi et in de ſubſtantia orbis. Item ſi naturalis diffiniret per materiam ſenſibilem aut hoc eſſet tanꝗ per principium extrinſecum aut intrinſecum quidditatis naturalis Hec enim diuiſio ſufficiens eſt vt voluit Cōmen. 5°. methaphi. ſed non tamꝗ per principium extrinſecuꝫ qꝛ materia nec eſt efficiens nec finis rei naturalis vt manifeſtū eſt cuilibet Efficiens quidem non eſt qꝛ eſt pure potentie receptiue vt pꝫ 1. phiſi. Omne autem efficiens et agens eſt actu ens ſemper eīm eſtimabitur ſpecies aliqua mouens 3°. phiſic. Omne mouens eſt agens. 1. de generatione Et ideo oē agens eſt ens actu vnde et in ſecundo de genera. dicit ariſto. ꝙ forme eſt agere ergo materia non eſt principium agens reſpectu rei naturalis nec etiā ipſa eſt finis rei naturalis quia finis ē nobilior eis que ſunt ad finem vt notum eſt vniuerſaliter enim finis eſt bonum aliorum vt habetur in 2°. phiſi. Materia autem nō eſt quid nobilius et perfectius ipſa re naturali vt manifeſtum eſt. ergo nullomodo eſt principium extrinſecum. Item nec intrinſecum qꝛ nullum principium quidditatis debet eſſe pars ipſius quidditatis vt voluit Cōmē. 7. methaphi. vbi dicit ꝙ quidditas hominis eſt homo vno modo et non eſt alio modo eſt enim homo ſecundum formā et nō eſt homo ſecundum aggregatum ex materia et forma Item qḋ ponitur in diffinitione rei naturalis debet eſſe notius ipſa re aliter diffinitio nō notificaret diffinitum. Sed materia non eſt notior ꝗ res cuius eſt materia quia aut eſt notior ſimpliciter et ſecundū naturam vel quo ad nos per ſufficientem diuiſionē que habetur primo phiſico. non quo ad nos quia eſt maxime occulta ſaltē materia prima nec poteſt cognoſci niſi per aliud vt habetur pri. phiſi. nec eſt notior ſimpliciter ⁊ ſecūdum naturam quia notiora ſimpliciter et ſecundum naturaꝫ ſunt verioris entitatis ſed notiora quo ad nos ſūt imperfectioris entitatis et ignotioris ſecundum naturam vt patet in primo phiſi. et tangitur 2°. huius materia autē non eſt maioris aut perfectioris entitatis ꝗ res naturalis vt manifeſtum eſt igitur

¶ Undecimo naturalis diffinit materiam ſenſibilem ſed non diffinit eam per materiam ſenſibilem quia ſic idem diffiniretur per ſeipſum quod eſt incōueniens quia idem eſſet notius ⁊ minus notū ſeipſo ergo naturalis non vniuerſaliter diffinit per materiam ſenſibilem. Item naturalis diffinit naturam vt patet in 2°. phi. ſed non videtur eam diffinire per materiam ſenſibilem igitur. Confirmatur quia ſingulare non ponitur in diffinitione rei naturalis quia diffinitio nō eſt de ſingularibus ſicut nec ſcīetia 1. poſteri. et 7° methaphiſi. nec ꝑ conſequens ꝑ ſingularia ſed materia ſenſibilis eſt ſingularis quia dicit boetius Singulare eſt dum ſentitur vniuerſale autem dum intelligitur et idem voluit ariſtoteles in primo poſteriorum igr̄.

¶ Duodecimo naturalis diffinit motū 3°. phiſico. et nō per materiam ſenſibilem vt patet ex eius diffinitiond ipitur. Item naturalis diffinit tempus quarto phiſicorum et non per materiam ſenſibileꝫ Tempus enim eſt numerus motus ⁊c.

¶ Item naturalis diffinit locum et non ponitur ī diffinitione eius materia ſenſibilis nec in diffinitione anime que diffinitur in ſecundo huius ergo.

¶ Ad primum dicendum ꝙ habitus diſtinguntur per ſubiecta et obiecta arguitiue ita ꝙ bene ſequitur iſti habent diuerſa ſubiecta ergo diſtinguūtur Uel aliter dicitur ꝙ diuerſe ſcientie dicuntur diſti

gui per diuerſa ſubiecta ideſt ex hoc ꝙ proportio-
nantur diuerſis ſubiectis vel obiectis ſed de hoc
in 2°. de anima. Ad aliud dicitur ꝙ aliqñ ſillogiſmꝰ
thopicus ⁊ demõſtratiuus habent idem mediuʒ di-
uerſimode tñ apprehẽſum qꝛ in demõſtratione me-
dium apprehẽditur tanꝗ̃ neceſſaria et euidẽs cau
ſa paſſionis nõ autẽ ſic eſt in argumẽto thopico ſ. t.
1. 2°. q. 67. ar. 3. dicit ꝙ opinio ⁊ ſciẽtia non poſſunt
cõuenire in vno medio ſʒ nichil prohibet qui cõue
niant in vno obiecto ⁊ in vno ſubiecto. Poteſt enĩ
eadem ꝯcluſio ab eodem cognoſci per mediũ ꝓba-
bile et demõſtratiuũ. Et ſi dicatur tunc opinio ⁊ ſci
entia poſſent eſſe ſimul qꝛ idẽ eſt aſcẽſus premiſſa
rum ⁊ ꝯcluſionis. Forte quidã hoc ꝯcederet quia co
gnitio ꝑfecta et impfecta ex parte medij ſcd̃m ſ. t.
ſunt in eodẽ ſubiecto ſʒ cognitio ꝑfecta ⁊ impfecta
ex parte obiecti non poſſũt eſſe ĩ eodẽ reſpectu ob
iecti. Cõtra opinio nõ habet firmã intenſionem ſi
cut ſciẽtia ergo opinio repugnat ſciẽtie. Item ſ. t.
ibidem dicit ꝙ angeli habent cognitionẽ matuti-
nam ⁊ veſpertinã iſte autẽ due cognitiones ſũt im
perfecte ex parte obiecti. Item ſcd̃m predicta vi-
detur ꝙ habitus nõ diſtiguntur ꝑ obiecta quod vi-
detur ꝯtra philo. in 2°. de anima. Dicẽdum ergo ꝙ
opinio et ſciẽtia non ſũt actu ĩ eodem ſubiecto reſ
pectu eiuſdem obiecti ſʒ bene vna ſcientia cauſata
ex duobꝰ medijs ꝑfecto ſcʒ et imperfecto eſt ĩ vno
ſubiecto reſpectu eiuſdem obiecti.

❡ Ad ſecũdũ dicitur ꝙ vnicꝰ eſt habitus ſcientie
numero circa diuerſas concluſiones Scd̃o dicitur
ꝙ ratio formalis obiecti ⁊ diffinitio idem ſũt Et ob
iecta ſenſuũ differũt per diuerſas rões formales.

❡ Ad tertiũ dicitur ꝙ ratio obiecti vt obiectũ eſt
diuerſificat ſcientias ſecundũ genꝰ vnde eſſe ab-
ſtractũ a materia ſenſibili pertinet ad vnũ genus
ſcientie ſcilicet ad mathematicã Sʒ cõtra tũc ma-
the. deberet cõſiderare de hoĩe quia homo põt ab
ſtrahi a materia ſenſibili cũ ſit prius ea Item tunc
ſubiectũ phiſice ꝑtineret ad mathematicũ qꝛ ſubie
ctũ phiſice eſt prius ſua paſſione que eſt motus er
go põt intelligi ſine motu et ꝑ ꝯñs pñt abſtrahi qꝛ
abſtrahere eſt intelligere prius ſine poſteriori. Et
per idẽ ꝓbatur ꝙ animal pertinet ad mathemati-
cũ qꝛ conceptus animalis eſt abſtractus a ſuis ſpe
ciebus Item aliqua ſũt entia naturalia ideſt cõpo
ſita ex materia et forma que tamen abſtrahũt a mo
tu vt dicũt theologi de celo empireo Item cogitãs
de cõcluſione mathematica põt ſimꝉ cogitare con-
cluſionẽ phiſicã ergo mathematicus non abſtrahit
a materia ſenſibili quia abſtrahere eſt intelligere
vnũ ſine alio modo iſte intelligit vtrumq̧ dicenduʒ
ꝙ nõ omnis abſtractio pertinet ad mathematicuʒ
ſed illa ſola abſtractio qua intelligitur ꝗ̃titas in-
tellectione nullum habente reſpectum ad qualita
tes ſenſibiles vt ſenſibiles ſunt et ideo argumen-
ta procedunt ex malo intellectu.[1]

❡ Ad quartum difficultas eſt quomodo intelligiꝉ
ꝙ logicus diffinit per formam. Quidam dicunt ꝙ
non diffinit per formam quaſi conſideret omnium
rerum formas. Non enim conſiderat colorem per
quem diffinitur albedo ſed in partibus diffinitio-
nis fundat quaſdam intentiones ſcilicet generis
et differentie que poſſunt dici forme. Sed contra
tunc diffinitiones methaphiſicales dicerentur da
ri per formam Dicendum ꝙ non quia licet dentur
per genus tamen ſola logica docet inuenire genꝰ
Alij dicunt ꝙ logica eſt ſcientia communis Et ſi-
militer diffinire rem ꝑer genus et differentiam et
ideo talis diffinitio dicitur logica. Tunc dico ꝙ
licet in diffinitione logica aliquando ponatur ma-
teria ad circũloquendum genus vel differentiam
Concedo tamen ꝙ alique diffinitiones in logica
dantur per materiam et alique per finem quoniã
prima diffinitio demonſtrationis eſt mediũ ad oſtẽ
dendum ſecundam ex hoc ꝙ datur per finem ĩ phi
ſica etiam ſecunda diffinitio anime demonſtrat pri
maʒ quia formalis eſt ergo phiſicus diffinit per for
mam lec. 3. ſan. tho.

❡ Ad 5m. patet ex dictis.

❡ Ad ſextum dicitur ꝙ bone diffinitiones logice
ſunt conuenientes ad demonſtrandum Sed ali-
quando fiunt quedam diffinitiones logice ex com-
munibus accidentibus ſicut logica communis eſt.
Tales autem diffinitiones non valent ad demõ-
ſtrationem nec alie ſaltem in phiſica.

ſubālis eſt pꝛima materia q̄ de ſe non eſt ꝗ̃ta aut
diuiſibilis ergo foꝛma ſubālis nullomō eſt ꝗ̃ta Itē
illa foꝛma que nō reſpicit equaliter totum et partē
nec equaliter denominat totum ⁊ partē nō eſt ꝗ̃ta
per ſe nec per accidēs quia foꝛma ꝗ̃ta per accidēs
equaliter denominat totum et partem vt patet de
albedine. Sed anima non equaliter denominat to
tum et partem Non eni quelibet pars aīalis eſt a-
nimal ſicut quelibet pars ignis eſt ignis igitur.

❡ Secundo ſic foꝛma que eſt quanta per accidēs
non requirit diuerſitatem in partibus quia condi-
tio quanti eſt habere partes vnius rationis ſed a-
nima requirit in ſuo perfectibili diuerſitatem par-
tium igitur. Item foꝛma que non habet eaſdem o-
perationes in toto et in omnibus partibus. nō eſt
quanta per accidens ſed talis eſt omnis anima qꝛ
habet diuerſas operationes in diuerſis partibus
ſui perfectibilis ergo nulla anima eſt quanta per
accidens.

❡ Deinde nono arͬ ꝙ oēs foꝛme aīalium extendū-
tur et ſunt ꝗ̃te per accidēs Et iſtius aſſignatur du
plex cauſa Pꝛima qꝛ foꝛma que educiť de potentia
materie ſic educitur ꝙ pars educiť de pte et totum
de toto. et ideo tota foꝛma recipitur ī tota materia
et pars in parte vnde eſſe aſini videtur extēdi et ꝑ
hoc differt ab eſſe aīe rationalis. Itē alias īdiuiſi-
bile reciperetur in diuiſibili. ſ. aīa ī materia. Et nō
tota in parte Et hoc eſt extendi et eſſe quantū per
accidens Secūda cauſa talis eſt Vbicunqꝫ foꝛma
ſic dependet a materia ꝙ ipſa ſcd̄m naturam nullo
modo eſſet niſi eſſet in materia Talis foꝛma ſequi
tur conditiones materie in oībus ſcꝫ in extendi et
operandi quia eſſe eſt fundamentū ꝓ̄ſuppoſitum a
poſterioꝛibꝰ ꝑfectionibus ꝓpter quod illud qd̄ de-
pendet a materia quo ad eſſe dependet quo ad per
fectiones exterioꝛes Sꝫ oēs foꝛme que educūtur
de potentia materie ſic dependent a materia ꝙ na
turaliter nullo modo ſūt niſi in materia ergo cōdi-
tiones materie in oībus alijs ſequuntur tales foꝛ
mas ſcꝫ in extendi et operari ⁊ tales foꝛme ſūt nō
ſolum inaīatoꝛum ſed etiā aīalium ꝗ̃tuncūqꝫ ꝑfe-
ctoꝛum p̄ter hoīem igitur oēs extenduntur p̄ter aīaꝫ
humanā. Verūtamen aliq̄ eaꝝ manent diu poſt di
uiſionem ſicut in plantis et aīalibus ānuloſis licet
minus ꝗ̃ in plantis. Alique aūt vel cū ſua diuiſio-
ne coꝛrumpūtur vel ſi maneant hoc eſt per mīmam
moꝛulā tēpoꝛis ſicut in aīalibus ꝑfectis. Et huius
cauſa eſt perfectio foꝛme maioꝛ vel minoꝛ qꝛ foꝛma
magis perfecta req̄rit in ſuo ꝑfectibili maioꝛem di
uerſitatem in oꝛganis qꝛ eſt pꝛīcipium pluriū opa-
tionū Inſtrumenta eni non habēt quibꝰ ſaluēt na
turā vī ꝑfectioni foꝛme educte de potenᵃ materie
non repugnat extēdi ſicut q̄dam putāt. Itē oīs res
q̄ eſt pure ⁊ ſimpl'r coꝛpoꝛalis eſt capax ꝓpꝛietatis
que eſt ꝑ ſe et inſeparabiliter cōditioni coꝛpoꝛeita
tis ſed materia et omnis foꝛma generabiliū et coꝛ

ruptibiliuʒ ſub anima rationali eſt ſimpliciť corpo lis qꝛ non poſſunt eē per naturam niſi in corpore cuius ſūt per ſe partes igitur omnes tales ſūt quā te. Item ponamus ꝙ aliquis natus fuerit ſine ma nu poſtea ꝑ miraculum addatur eius manus talis manus nō viuificaretur per animā de nouo creatā qꝛ tunc due anime eſſent in eodem ſuppoſito quod eſt incōueniens ergo per animam prius exiſtēteʒ ſʒ hoc non poteſt niſi ꝑ motum localē vel extēſionē non ꝑ monuʒ localem qꝛ talis motꝰ non ꝯpetit ani me in corpore ſuo quod etiam mouetur localiter ac cedendo ad vnū locū et dimittit alium et ſic opor tet ꝙ anima tēdēs ad viuificādum vnam partē di mitteret alias partes quas viuificabat quod eſt in cōueniens ergo relinquitur ꝙ per extenſionē vide ſ.t. de ſpiritualibus cre. ar. 4. ad 12m.

¶ Ad 1m. dicitur negando ꝯñam quia ad eſſe ho minem requiritur anima cum corpore quod eſt pri mum ⁊ ꝓportionatū eiꝰ ꝑfectibile vt dicit ſ.t. 1. pte q. 76. ar. 3. ad 3m. Notādum tamen ꝙ plato poſuit diuerſas eſſe in corpore vno etiam ſecūdū organa diſtictas vnde vim nutritiuam dicebat eſſe in epa te cōcupiſcibilem in corde cognoſcitiuum in cere bro. Sʒ hoc reprobat phi. quia in animalibꝰ que de ciſa viuunt in qualibet pte inueniunť diuerſe ope rationes anime ſicut ſēſus et appetitꝰ ergo ibi nō ſunt diuerſe anime ſecūdum diuerſas ptes diſtri bute ſed de anima intellectiua philo. relinquit ſub dubio vtrū ſcʒ ſit ſeparata ab alijs ptibꝰ anime ſo lum ratione an etiam loco nichilominꝰ tñ dicendū eſt ꝙ anima rationalis etiam eſt in qualibet parte ſi enim in aliqua parte eſſet alia anima tunc homo non eſſet ſipliciter vnum ens vt dicit ſ.t. ibidē ar. 3o. Pithagoras vt dicit alber. i. 1. de anima dixit ꝙ in vno animali ſunt multa animalia vt epar eſt ani mal diſtictum a corde. c. 90. et ita multi nūc dicunt ꝙ quelibet pars itegralis hominis eſt homo et ſic in vno equo militis eſſent infiniti equi qꝛ ſunt infi nite partes integrales quod videtur abſurdū. Sʒ contra aīa eſt totū homogeneū et ſimiliter materia ergo equus eſt totū homogeneuʒ ergo q̄libet pars equi eſt equus ſicut ps aque eſt aqua. Itē nulla re latio eſt de rōne ſubē. ſʒ totū dicit relaºnē ergo non eſt de rōne aīalis ꝙ cōponatur ex aīa et corpore to to. Itē iſta eſt neceſſaria hoc eſt aīal demonſtrato ſorte ergo dato ꝙ addatur ſibi aliqua ps adhuc il lud qnod prefuit eſt aīal. Totuʒ em̄ reſiduū preter auriculam aſini eſt aſinus. Dicendū negādo primū añs ſaltem in aīalibus ꝑfectis qꝛ forma requirit di uerſas diſpoſitiones ſʒ in alijs videtur ꝙ quelibet pars aīe ſit aīa ergo in eis anima eſt homogenea li cet poſſet negari iſta conſequentia de ſubā incom pleta. Ad alia dictū eſt in logica Deinde dr̄ ꝙ ſubā ſpiritualis q̄ vniť tm̄ vt motor eſt in loco ꝑ operaºnem tm̄ ſi queratur ex quo aīa intellectiua eſt in di gito an digitꝰ intelligat et diſcurrat dicitur ꝙ non qꝛ nō primo ꝑficitur ab aīa ſʒ contra vbicūqʒ eſt ſub iectum ibi eſt accidēs eius ſʒ aīa eſt in digito ergo ⁊ intellectio ergo intelligit ibi licet nō habeat ibi fā taſmata que neceſſe eſt ſpeculari propter hoc qui dā cōcedūt ꝙ in digito ſunt quattuor virtutes car dinales qꝛ ibi eſt aīa in qua ſūt aliqñ ille virtutes.

¶ Ad 2m dicitur ꝙ diffinibile poteſt diuidi in ptes rōnis et eſſentie ſcðm partes diffinitiōis Et ideo habet totalitatē eſſentie. Ad aliud aūt pʒ ꝙ nō eſt ad propoſitum quia eſſentia albedinis dicitur eſſe in qualibet parte quia in qualibet parte eſt albedo cui conuenit tota diffinitio albedinis.

¶ Ad 3m negať añs. qꝛ non hʒ vbiqʒ eandē poten tiā Sʒ vtrū in aīalibꝰ iperfectis aīa ſit ſcðm totam virtutē in q̄libet pte videť ꝙ ſic ſʒ de hoc poſtea in arboribus eni non tota virtꝰ aīe videť eſſe in quali bet pte. ſunt ei diuerſa organa q̄ſi mēbra officialia vñ foliū ꝓtegit fructū ne ledať a calore vel frigore Fructꝰ aūt hʒ corticē in quo operatur ſemē vt matu reſcat Medullā aūt habet quaſi loco cordis Radi ces aūt trahūt nutrimentum. Sed tñ videť ꝙ plan te vbiqʒ habent oēm facultatem aīe vegetatiue vn de etiā ramꝰ trahit cibū vt patet ſi infigatur terre. Et iō maxie in aīalibꝰ ꝑfectis diuerſe ptes habēt diſtictas virtutes. Per ſtomachū eni fit cibi coctio per epar autem digeſtio ſicut in domo artificialiter facta ſūt diuerſe ptes ⁊ artifex hʒ diuerſa īſtrumēta Ad aliud dicitur ꝙ non eſt inconueniens idem cō trarijs motibus moueri per accidens vt dicit. ſā. t. q. de aīa. ar. 10. ad 12m. Tamē i. 1. d. 37. q. 4. ar. 1. ad 4m dicit ꝙ aīa mouetur per accidēs moto corpore non autē ſi tantū manus moueatur. Et idem habe tur in 2o. d. 8. ar. 4. ad 4m Sed cōtra moueri per ac cidens nichil aliud eſt q̄ʒ eſſe in aliquo quod moue tur. Dicendū ꝙ oportet ꝙ ſit in eo diffinitiue. Nec eſt ſimile de caliditate et motu quia motus non eſt in anima ſubiectiue Sed cōtra. nichil dat quod nō habet. ſi ergo anima non habet motum ſequitur ꝙ non dat motum corpori Dicendum ꝙ aīa habet mo tum in virtute. Sed queritur ſi eſſet tantum vnus homo An aīa eius eſſet vbiqʒ. Dicendū ꝙ ſic ꝑ acci dens quia eſſet in qualibet parte.

¶ Ad quartum hoc non inconuenit per accidens Nec valet vltima conſequentia.

¶ Ad 5m dicitur ꝙ diuerſe potentie requirunt di uerſas diſpoſitiōes nec anima eſt preciſe ſubiectū earum ſed totum ꝯpoſitum. Sed contra in. 1. de aīa dictum eſt ꝙ anima eſt ſubiectū quia ſentire et alia ſimilia. ſunt paſſiones aīe et non totius compoſiti Dicēdum ꝙ hoc dictū eſt qꝛ aīa eſt prima radix oīm potentiarum. Ad aliud negatur ꝯña Sed ꝯtra aīe indiuiduantur per materiaʒ. ergo in diuerſis ptibꝰ materie non poteſt eſſe eadem aīa negatur conſe quentia. quādo ſe habent vt vnū proportionabile ſ.t. de ſpiri. ar. 4. ad 14m. et 15m.

¶ Ad ſextum patet ex primo vide. ſ.t. in. q. de aīa. Et ad aliud dico ꝙ ꝓcedit de virtute ipſiꝰ aīe. Alij dicunt ꝙ aīa intelligit in qualibet parte et ꝙ intel lectio eius per cōcomitantiaʒ eſt in qualibet parte ibidem ad octauum.

¶ Ad ſeptimū dr̄ ꝙ forma domus eſt accidētalis vnde non dat ſpēm cuilibet parti Secus auteʒ eſt de aīa. Sed ꝯtra pars aīalis non eſt aīal ergo non eſt eiuſdē ſpēi cū aīali ǧ caput ſortis differt ſpē a ſor te nec ſufficit ꝙ ps illa ꝯtineať ſub aīali reductiue qꝛ tūc aīa eſſet eiuſdē ſpeciei cū ſorte. Itē ex eodē

infertur ꝙ tota natura humana non eſt ī digito ſoꝛ
tis alias eſſet homo quia haberet humanitatē er=
go tota anima ſecūdum eſſentiā non eſt ī qualibet
parte. Ad hec dicitur negādo ꝯñam Ad alia patet
ex ſupꝛa dictis nec anima eſt in diuerſis locis quia
omnes partes ſe habent vt vnus locus. Si dicat
anima que ē in oſſibus nō eſt ſēſibilis ergo differt
ab anima tocius negat ſ.t. cōſequētiā 4. de anima
ar. 11. ad 20m.

¶ Ad 8m. dicitur ꝙ hoc eſt ratione ꝗtitatis recep
te in ſubiecto cuius ipſa eſt pars. Sed contra tunc
anima rationalis eſſet ꝗta ꝑ accidēs. Dicēduʒ ꝙ
non qꝛ indiuiſibilis eſt ꝙ autē anima planctarū ha
beat partes ptʒ ex diuiſione nullū enī apparet ibi
generans quod generet nouam animā. Sed que=
ritur an poma arboꝛis viuant ꝑ animas ſuas Dicē
dum ꝙ ſic qꝛ creſcunt. Ad aliud negat maioꝛ

¶ Ad 9m. dicitur ꝙ foꝛma educitur ex tota mate=
ria cathegoꝛeumatice ſicut foꝛma dicitur educi ab
agente non quia vna pars fiat ab vna parte agētis
Secūdo dicitur ꝙ foꝛma ſubſtātialis pꝛecedit ꝗti
tatem nichil autē habet partes niſi ꝑ ꝗtitatem et
ideo falſum eſt ꝙ vna pars foꝛme educatur ex vna
parte materie nec opoꝛtet ꝙ omnis foꝛma ſequat
ꝯditionē ſubiecti licet enī ſubiectū ſapoꝛis ſit co=
loꝛatum tamē ſapoꝛ non eſt coloꝛatus. Si dicatur
foꝛma equi eſt coꝛpoꝛalis ergo eſt extēſa per acci=
dens añs ptʒ quia ſi eſſet pure ſpiritualis tūc eēt
foꝛma intellectiua qꝛ eſſet ſpiritualis Dicēdum ꝙ
nullomodo ſequitur vt patebit in 3o. de anima. Si
queratur vnde conſtat ꝙ anima rationalis nullas
habet partes quidā pꝛobant qꝛ tunc ꝑ diuiſionem
poſſet coꝛrūpi ſʒ arguitur qꝛ 3. phi. dicit ꝙ in addi=
tione eſt ire ad foꝛmam ⁊ ad eſſe ergo qñ animatuʒ
augetur ſemꝑ ibi eſt additio foꝛme ſaltem partia=
lis antecedēs ptʒ qꝛ ꝑ hoc differt a diuiſione q̄ pꝛo
cedit in īfinitū qꝛ eſt ratione materie. Foꝛte negas
qꝛ ꝗtitas ſeparata poſſet in īfinitum diuidi ſimili
ter foꝛa aque cum habet infinitas partes vide in
tertio phiſicoꝛum.

¶ Ad argumētuʒ capitale dicitur ꝙ nichil anime
eſt extra aīam que eſt in hac parte coꝛpoꝛis Nec ip
ſa eſt extra materiam quam pꝛimo ꝑficit. Qualiter
aūt capiat totum. Dicunt ſophiſtici ꝙ pꝛimo tm̄ va
let ſicut ꝑfectum Alio modo ſicut quelibet pars in
tegralis. Alioo tantū valet ſicut nichil ipſius qui.
Et ſecundum hoc multipliciter pōt diſtingui Titu
lus queſtionis vt patet ex ſūmulis.

Ad quartū ſic pꝛoceditur. videtur ꝙ po
tentie ipſius aīe non diſtinguantur ab
aīa quia aīalis rōnalis eſt per ſe intel
lectiua ⁊ non per accidens ergo anima
ſecluſa omni potentia diſticta ab ea po
teſt intelligere. Et hoc etiam pꝛobatur quia omnis
foꝛma per ſe ſubſiſtens eſt intellectiua ergo ſi ani=
ma rationalis eſſet ſeparata a materia et omni ac=
cidente adhuc poſſet intelligere. Item appetitus
materie non differt a materia vt dicitur pꝛimo phi.
quedam hoc negat quia appetitus ad hanc foꝛmaʒ
poteſt ſatiari non autem materia et ex hoc arguit
ꝙ non eſt vnus appetitus reſpectu omniuʒ foꝛma
rum. Sed contra nichil idem alteri eſſentialiter ꝑ
dicatur de ipſo denominatiue Nō enim albedo eſt
alba. Sed hec eſt vera anima eſt potens ergo ani=
ma non eſt potentia. licet accidens ſit ſua potētia.
San. Tho. q. de anima. ar. 12. ad 9m et de ſpiritua=
libus creaturis ar. 11. 10m.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ potētia hic accipitur
pꝛo īmediato pꝛincipio operationis Tūc dicendū
cum S. T. 1. parte. q. 77. ꝙ īpoſſibile eſt dicere ꝙ
eſſentia aīe ſit eius potētia et. q. de anima ī hoc re
pꝛobat opinionē modernoꝛū que tamē fuit ante eū
ar. 12. quia potentia aīe eſt de pꝛedicamēto qualita
tis Non aūt aīa Pꝛimū patet quia actus ⁊ potētia
ſūt eiuſdē gñis Potentia enī et act9 diuidunt ens
et quodlibet genus entis. Sʒ actus potentiarum
aīe non ſūt aīa quia ſolus deus eſt ſua operatio er
go potentia aīe non eſt aīa. Itē 2o tūc aīatū ſemꝑ
actu haberet opera vite quia haberet oꝑa vite per
aīam q̄ ſemꝑ eſt actus. Si ergo ſecundū ꝙ eſt act9
et non per potentiā eliceret oꝑationes tunc ſemꝑ
operaretur quia quod operatur ſecundū ꝙ eſt act9
pꝛeciſe. ſemꝑ operatur ſi ſemper ſit actus. ſed ani=
ma ſemper eſt actus. Si ergo non operatur per po
tentiam ſed per ſeipſam tunc ſemꝑ operaret. Iteʒ
tunc contrarie inclinationes eſſent in eodē. qꝛ mo
tus ſenſualitatis aliqñ contrariatur voluntati Si
ergo ſenſualitas et voluntas ſūt ipſa aīa ſequitur
ꝙ contraria ſunt ſimul. Et eodē modo arguitur qñ
voluntas vult ꝯtra rationē ꝙ tunc in aīa eſſent cō
trarie inclinationes quia quilibet actus anime eſt
ſua inclinatio. Item tunc oīs noticia ſēſitiua eſſet
intellectiua quia eſt in aīa que eſt intellectus ſcdʒ
illos qui ponunt tantū vnam aīam et ꝙ potētia vi
ſiua ⁊ ipſamet aīa. Sed hic reſpondetur ꝙ noticia
non dicitur intellectiua quia eſt in intellectu vel ī
aīa ſed quia depēdet ab oꝛgano coꝛpoꝛis. Et ideo
noticia ſenſitiua interioꝛ ſiue exterioꝛ nō eſt intel
lectiua licet ſit in aīa. Contra Pꝛima ītellectio vi=
detur dependere ab oꝛgano coꝛpoꝛis quia ſecundū
phm̄ Neceſſe eſt intelligentē fantaſmata ſpecula
ri. Item ſi ſenſatio ſit in aīa poſtq̄ eſt pꝛoducta nō
videt ampli9 depēdere ab oꝛgano coꝛpoꝛis pluſq̄
intellectio que eſt circa idē obiectum et cum qua vi
detur eſſe eiuſdem ſpeciei. Item qñ appetit9 obe=
dit rationi tunc videtur moueri a noticia ſenſitiua
cauſata a ratione ergo noticia non dicitur ſentiua
quia cauſatur ab oꝛgano coꝛpoꝛis Itē tertio anima
eſt vna et potentie plures vt patet per actus ⁊ ob=
iecta. Itē tūc ſenſus eſſet eque nobilis ſicut intel
lettus et idē ipſi. Quidā dicit ꝙ ſenſ9 dicit aīaʒ cū
oꝛgano ſʒ ex hoc ſeqtur ꝙ eſt nobilioꝛ intellectu qꝛ
ꝯpoſitū eſt nobilis altera ꝑte tm̄.

¶ Contra hec ar̄ pꝛimo Ponēda eſt paucitas. vbi
non occurrit plura ponēdi neceſſitas. Ponendum
eſt etiā quod nobilitat naturā aīe vbi non occurrit
impoſſibilitas. Sʒ non eſt neceſſitas ponēdi aīam
per aliqua accidētia ſupaddita eſſe pꝛīcipium ſuo
rum actuum vt patet ſoluēdo argunemta ī ꝯtrariū
ergo ponendū eſt ꝙ per eſſentiam ſuam ſit pꝛīcipi
um ſuoꝛū actuū ꝙ autē hec ſit nobilitas in anima

ptꝫ qꝛ ſi eſſet īperfectionis immediate operari ad
actum tūc hoc non eſſet cōcedendū de deo ergo eſt
impfectionis. ſi ergo ſit poſſibile anime hoc debet
cōcedi eſſentie anime qꝛ ipſam nobilitat Item no
bilitatis eſt ꝙ ordinatū ad finem īmediatius atti
gat finem ſꝫ ſi anima operatur per eſſentiam ime-
diatius attingit finem ſuū ꝗ̄ ſi operetur per aliud
accidens ſuperadditum ergo animam per eſſenti
am operari nobilitat illam.

¶ Secundo non eſt propria perfectio alicuius ꝙ
non recipitur in eo ſꝫ in alio in quo poteſt recipi ſi
non eſſet eius ſed ſi intellectus eſſet accidēs addi
tum eſſentie anime in eo reciperetur vnio dei licet
ſeparetur ab eſſentia anime et ſic illud accidēs eſ-
ſet beatum per ſe et anima non niſi per accidens
ſicut lignum dicitur album p accidens qꝛ ſupficies
eſt in quo primo recipitur albedo ergo ſi intellectꝰ
eſſet accidens nō magis beatitudo eſſet perfectio
anime ꝗ̄ albedo ſit perfectio ligni Item aliqͣs actꝰ
primus inferior anima poteſt eſſe īmediatū princi
pium operationis igitur et anima que eſt pfectior
aīs ptꝫ in accidentibus Primo qꝛ ſi nulluꝫ accidēs
eſſet principium imediatum operādi erit ꝓceſſus ī
infinitum. Secundo hoc patet in ſubſtantijs infe-
rioribus neceſſe eſt enim ſubſtātiam īmediate ge-
nerari a ſubſtātia ſiue in generatione vniuoca ſiue
equiuoca quod ptꝫ qꝛ neceſſario forā generātis eſt
eque perfecta vel perfectior ꝗ̄ forma geniti ſed ī
poſſibile eſt formam accidētalem ꝗ̄cunq̄ eſſe per
fectiorem forma ſubſtātiali ergo forma ſubſtātia-
lis erit īmediate pꝛīcipiū generandi.

Si dicas ꝙ forma accidentalis non eſt principale
agens ergo aliqua efficientia datur ſuperiori agē-
ti ſcꝫ ſubſtantie. Itē vbi principale agēs nō poteſt
habere inſtrumentū per quod attingat paſſū ibi im
mediate attingit terminū productū ſꝫ in gn̄atione
ſubſtantiali inſtrumentū non pōt attingere paſſū
quia quicquid ſupponitur ab actu primo inq̄ꝫtum a
ctus primus ſupponitur ab actu ſecundo ſꝫ forma
accidentalis neceſſario preſupponit ī materia for
mam ſubālem Igitur tunc non vtitur eo vt inſtru-
mento ſed imediate agit.

¶ Tertio ex ſan. tho. in. q. de ſpiritualibus creatu
ris. ar. 11. ad 13m. Omne quod ſcdm ſui mutationeꝫ
eſt ſuſceptibile contrariorū eſt ſubā ſed intellectꝰ
poſſibilis et voluntas ſunt huiuſmodi ergo quodli
bet eorum eſt ſubā Maior patet ex predicamentis
Minor patet Nam intellectus eſt ſuſceptiuꝰ cōtra
riarum opinionū ſucceſſiue ſcdm ſui mutationem.
Et voluntas ſcdm ſui mutationem ſimiliter eſt ſu-
ſceptiua vicij et virtutis igitur. Itē Omni alio cir-
cunſcripto a natura ītellectuali ſcꝫ anima ipſa na
ta eſt intelligere igitur eſt intellectus.

Ex hoc eni ꝙ talis īmaterialis natura nata eſt in-
telligere dicitur intellectus Similiter hec natura
omni alio circūſcripto nata eſt velle. igitur talis eſt
voluntas qꝛ dr̄ ex hoc ſolo ꝙ talis natura nata eſt
velle Ex hoc ſequitur ꝙ nec voluntas nec intelle-
ctus ſunt aliud ab eſſentia anime Nec ab inuicem
ex ſan. tho. de ſpiritua. ar. 11. ad 17.

¶ Quarto. Eadem ſunt principia eſſendi et ope-
randi etiam īmediata loquendo. de eſſe ſuper quo
immediate fundatur operari ſicut ignis p illud qd
eſt calidus īmediate calefacit ſcꝫ calore Nam cale
facere non eſt opus ignis vt ignis eſt ſed vt cali-
dus eſt vnde calidum calefacit non ignis ergo eo
dēmodo quod eſt animatum habet opera vite ſed
eſt animatum immediate per animā ergo et opera
tur per animā imediate opera vite. Item formalis
terminus productionis non pot eſt eſſe perfectior
principio productiuo īmediate ſed formalis termi
nus actuū partis vegetatiue eſt dignior oī acciden
te igitur principiū īmediatū talium actuum nō eſt
accidens ſed dignius accidente. Cōfirmatur qꝛ ſi
potentie anime ſint accidentia. Ipſa fluēt ab aīa
ſcdm aduerſarium Aut igr̄ aīa eſt īmediatū princi
pium talium potentiarū aut non Sed mediāte ali
quo accidente. Si ſcdm eſt ꝓceſſus in infinitū. Si
primū tunc pari ratione poteſt poni ꝙ aīa ſit imme
diatum principium ſuorum actuū et nō mediante
aliquo accidente. vnde dr̄ 2° phiſi. ꝙ natura eſt pri
cipium ꝛc. et non per accidens Sꝫ natura principa
liter dicitur forma igitur.

¶ Quinto contra rationē cōcluſionis arguitur
ſic Nam maior eſt diſtinguenda. Potentia enim et
actus multipliciter accipiuntur. Nam accipiendo
potentiā pro potentia actiua vel paſſiua prout di-
citur principium tranſmutandi aliud vel tranſmu
tandi ab alio nō oportet ꝙ talis potentia et ſuus
actus reducantur ad idem genus nec ſic accipien-
do potentiam. potentia et actus diuidūt omne ge-
nus entis Alio modo accipitur potentia pro obie-
cto vt illud dicatur eſſe in potentia quod eſt obie-
ctum potentie productiue. Et illud dicatur eſſe in
actu. quod in eſſe eſt poſitum Actus autem et potē
tia iſto modo accepta diuidunt omne genus entis
immo talis potentia eſt idem numero cum ſuo actu
Et ideo ſi argumentum valeat probabit tot eſſe a-
ctus intelligendi ant volendi quod ſunt in ea potē
tie realiter diſtincte.

¶ Sexto inſtatur cōtra eandem rationeꝫ quia ſub
ſtantia eſt in potentia ad q̄ꝫtitatem et ſe habet ad
eam vt potentia ad actum. Nec tamen ſunt eiuſdē
generis Item ſuperficies eſt potentia reſpectu co
lorum. que tamen non eſt eiuſdem generis cum co-
lore cū vnuꝫ ſit q̄ꝫtitas et aliud qualitas igitur Cō
firmatur Nam poſito ꝙ potentie anime ſunt acci-
dētia oportet ꝙ aīa ſe habeat reſpectu illarū vt po
tentia ad actum ſicut oē ſubiectū reſpectu ſui acci-
dentis. Queritur ergo de illa potentia an ſit ipſa
eſſentia aīe et ſi nō ſequitur ꝙ nō oportet ſemper
actum et potentiā reduci ad idem genus cū anima
ſit ſubſtantia et illa potentia accidens. Si illa po-
entia ſit accidens proceditur in infinitum qꝛ iterū
anima erit in potentia ad illam et tunc queritur vt
prius.

¶ Septimo arguitur cōtra ſecundam ratio
neꝫ quia eodēmodo arguetur de potentia quam tu
ponis ponis eſſe qualitatem ſicut tu arguis de ani
ma ſicut eni arguis qꝛ aīa ſcdm eſſētiam ſuā ē for-
ma ꝛ actꝰ ideo ſi ipſa ſit immediatuꝫ opationis pri-
apud ſēper eſſet in actu operum vite ita arguaꝫ de



illa qualitate. ex quo eni illa eſt quedā forma, ꝛ actus ſi ipſa ſit imediatum pͥcipium operationis ſẽper habẽs illam erit in actu operū vite puta intelligendi ꝛ volēdi ꝛc. Item iſtantia eſt quia ſimilitudo poſita inter animā prout eſt pͥcipiuꝫ viuēdi et eam prout eſt pͥcipiū operum vite non valet quia anima eſt pͥcipiuꝫ viuendi in genere cauſe formalis ſꝫ eſt pͥcipiū operum vite in genere cauſe efficiētis et ideo non ſequitur anima eſt immediatum pͥcipiū operum vite igitur habens animaꝫ ſẽper talia operatur ſicut ex alia parte ſequitur anima ē immediatum pͥcipium viuēdi igitur habens animam ſemp viuit in actu qꝛ cauſa formalis ſemp eſt ſimul cū ſuo effectu formali non autem cauſa efficiens preſertim partialis quo modo ſe habet anima reſpectu operum vite nam pꝛeter animaꝫ requirit ad intelligēdum obiectum et ſpecies viſibilis ꝛ organa et huiuſmodi.

¶ Octauo arᷣ ad idem nā falſum videtur qm̄ per vnū et idem ſcꝫ per eſſentiā ſuā que eſt forma anima eſt actus corporis et in potētia ad actum vlteriorem nā ponitur animam ſecūdum eſſentiam ſuam eſſe ſubiectū dictarū qualitatū ꝛ per ꝯñs in potentia ad illas Item eſſentia anime ſe habet ad ſuum eſſe ſicut potētia ad actum patet ergo ꝙ non eſt incōueniens animam p idem ex parte rei eſſe actuꝫ vnius et in potētia reſpectu alterius.

¶ Nono arguitur ꝯtra tertiam rationem qꝛ primo motiuum ibi tactum non ē bonum qꝛ eadem potentia eſt cōtrariorum tam paſſiua vt ſuperficies albi et nigri et actiua que poteſt in oppoſita ſiue naturalis vniuerſalis ſiue particularis ſecūdum diuerſitatem recipiētium vt calor aliqua indurat et alia liquefacit et eadē eſt potentia ſenſitiua contrariorum nec differūt re opinatiuum et itellectiuuꝫ nec poſſe ſanari et īfirmari cum cōtrarietas nata ſit fieri circa idem diſtinctio autē potentiarū de qua loquitur phi. debet intelligi ſecūdum rationem ꝛ nō ſecūdum rem vel dicetur etiam ꝙ actus ꝗuis differant genere. poſſunt eſſe ab vno principio ordine quodam ſiue actiuū ſiue paſſiuū. Et ſicut dicis eſſētiam aīe vnam eſſe principium productiuū et receptiuū multarum potentiarum licet quodam ordine ſic dicam a ſimili ꝙ eſt principium multaꝝ operationum eodem ordine. Itē inſtantia eſt quia ad ſcḋm motiuū diceretur ꝙ ideo dicuntur alique potentie ſeparate a corpore et alie nō quia aīa aliquas operationes poteſt non coexigendo organū corporeum ꝛ aliquas non niſi per organū corporeuꝫ Nec ex hoc habetur ꝙ illud quo anima poteſt hanc vel illaꝫ ſit accidens diſtinctum ab aīa.

¶ Decimo arguitur quia diceretur ad 3m motiuum ibi tactū ꝙ cum actio ſit a potentia actiua et paſſio a potentia paſſiua. Non eſt maius incōueniēs idē eſſe principium actionis et paſſionis vel idem moueri ſeipſum ꝗ̄ idem eſſe principium potētie actiue ꝛ potentie paſſiue imo minus quia ſi idem nō poteſt eſſe in actu et potentia inſtrumētaliter multo minus prin cipaliter. Subiectum autem eſt principium agens et patiens vnde ſi anima poteſt eſſe ſubiectum potentie actiue ꝛ paſſiue pari ratione poteſt per ſe agere et pati imediate ſicut mediate licet agat per potentiam inſtrumentaliter et patiatur per aliam immediate. Tamen agit principaliter et patitur per ſuam eſſentiam.

¶ Ad 1m dicitur ꝙ hic eſt neceſſitas niſi enim viſ9 eſſet aliud ab aīa tunc nullus perderet viſum niſi perderet aīam. Item ſi viſus eſſet aīa ſequeretur ꝙ viſus eſſet ī qualibet parte corporis ſicut anima que equaliter perficit omnes partes corporis. Itē phūs ponit quaſdam potentias anime organicas et quaſdam non organicas. Organice aūt ſūt que vtuntur corpore vt ſubiecto vt viſus oculo Sed nō organice ſunt intellectus et voluntas ergo viſus eſt in compoſito. Et per conſequens non eſt anima Forte dicis ꝙ per cecitatem homo nichil perdit. ſꝫ tm̄ priuatur actu videndi cōtra tunc dormiēs eſſet cecus Forte dicis ꝙ cecitas eſt priuatio alteri9 qualitatis. nō ſoluꝫ caliditatis vel frigiditatis Et hoc verum eſt ſed hanc qualitatem dicim9 potentiam. Item tunc viſus eſſet auditus qꝛ quodlibet iſtoꝝ ē eadē nūero Et ſimilr ſenſ9 eſſet intellect9 qḋ phūs in. 1. de aīa habet pro incōuenienti. Contra democritū qui laudabat homerum dicentem. Hector ſapiēs iacet qꝛ aliqn̄ per amentiam caruit ſēſu ꝛ tūc etiā carebat intellectu. ergo ſenſ9 ꝛ intellectus ſūt idem ſcḋm homerū. T. C. 23. vnde dicebat ꝙ ſicut ſenſus tranſmutatur ita et intellectus vnde aliud ſapiebat hector victus et aliud inuict9 vide Albertum Tractatu 2o. ca. 1. deinde dicitur ꝙ illa nobilitas debetur ſoli deo.

¶ Ad 2m dicitur ꝙ viſio beatifica recipitur in anima. per potentiā tamē vnde accidens nō eſt ꝑprie ſubiectū ſed ratio ſubijciendi et dr̄ ſubiectū quo vt ſuperficies coloris Eſt eni ordo inter accidentia. ideo ſuſcipit vnuꝫ mediante alio. Et ideo dicimus virtutem eſſe in potentia volūtatis Nec potentia intellectiua ſi eſſet ſeparata reciperet viſionem. Dico etiā ꝙ eſt inſeparabilis Alias de9 poſſet ponere bonā volūtatē in aīa vni9 dāpnati et nūerum 12 hoīm in vno homine quod eſt abſurdum. Nec eſt ſimile de albedine. quia ſupficies ſeparata eſt receptiua albedinis et poſſet dici albavt patet in ſacramento. Ad aliud dicitur ꝙ accidens non eſt actus primus ſimpliciter. Et ideo non eſt ſimile ſicut de aīa. Nec ſequitur ꝙ accidens ſit perfectius qꝛ accidens non eſt niſi pͥcipiū quo. Sed queritur an forma aque frigefaciat per potentiam que ſit ipſa frigiditas Uidetur ꝙ non quia potentia frigefactiua eſt in ſecunda ſpē qualitatis Non auteꝫ frigiditas Item aqua calida frigefacit ſe. per potentiam illā et non per frigiditatem quia non habet. Item tūc frigiditas ſeparata. per ſuam eſſentiā ageret Forte dicitur ꝙ inaīata non mouent ſe. Sed quicquid ſit. dico ꝙ accidens eſt ſua potētia. 1. pte. q. 77. ar. 1. ad 3m. Nec accidens proprie agit ſicut nec ꝑprie exiſtit. Ad aliud dicitur negādo ꝯñam factā contra ſolutionem. Si intelligatur ꝙ ſuperius agens habeat aliquam efficientiam ſine potenᵃ. Quidam dicit ꝙ accidens non proprie dicitur agens inſtrumētale ſed potius inſtrumentum agentis Et vt ſic attingit formā ſubālem Nec vt ſic in ſua actiōe pſup

ponit formam ſubſtātialem paſſi.

¶ Ad tertiū patet ꝑ diſtictionem de ſubiecto nec volūtas proprie mutatur ſʒ homo ſecūdum voluntatem nec eſt poſſibile intellectuʒ ſeparari ab anima et ideo argumētum alterū procedit ex impoſſibili vel ſi hoc fieret tunc anima non eſſet potens itelligere potentia proxima ⁊ reali ſʒ forte potētia remota et logica hoc eſt non repugnaret ex terminis nec tamē propter hoc ipſa anima debet dici intellectus quia intellectus eſt principiū proximum licet ſpecies dicatur ꝯcurrere ad intellectionē ſed an lapis ſecluſa potētia grauitatis deſcēderet vel maneret ſurſū do. 2m. ſicut ſecluſa q̄titate corpus poſitū in igne nō cōburereť quia omne accidēs corporale ineſt mediante q̄titate.

¶ Ad 4. dicitur ꝙ agere non fundatur ſuꝑ eſſe ſimpliciter ſʒ ſuper eſſe virtuale quod eſt potētia conſequens animā et ideo argumētū preſupponit falſum vide ſ. t. in q. de anima ar. 12. ad. 10m. Ad aliud dicitur ꝙ licet ťminus generationis ſit ſubſtantia tamen actus potentie generatiue eſt accidēs eiuſdem generis cum potētia et ſufficit ꝙ primū generans quod ſit eque perfectum ſicut terminus productionis. Sed queritur in quo predicamēto ponitur potentia generatiua et actus eius non in aliq̄ ſpecie qualitatis quia non videtur ꝙ generare vł generatio ſit in aliqua ſpecie qualitatis et ſ. t. dicit in 1. ꝙ non ſemper potentia et actus ſūt eiuſdem generis d. 7. q. pri. ar. 2 ad 2. qꝛ generare ē ad aliq̄d non autē potētia generādi. Itē potētia qua ignis generat ignem nō diſtiguitur a forma ſua ſubſtantiali quia ignis per ſuam naturā generat ignem dicit enim ſ. t. pri. ꝑte q. 41. ar. 5. ꝙ potētia generatiua eſt illud in quo genituʒ ſimilatur generāti ſicut homo genitus eſt ſimilis generāti in natura humana. Forte cōcedis cōtra relatio non fūdatur imediate in ſubſtātia ſʒ in potētia generatiua fundatur relatio paternitatis ſecūdū aliquos. Itē tunc omnes homines haberent potētiā generādi qꝛ habēt animaʒ. Ideo dicitꝛ ꝙ proximū pricipiū generationis eſt accidēs Ad ꝯfirmationē dř ꝙ potene aīe ſūt ab aīa. ꝑ ſimplicē emanationē et non ꝑ tranſmutationē. Et ideo nō oportet ꝙ inſint per aliam potentiam. Sed ꝯtra cattulus acq̄rit viſū nō ꝑ ſimplicē emanationē quia tūc in principio videret ꝗ in acq̄rendo viſum proceditur de potentia ad actū. Si ei viſus imediate cōſequeretur aīam. tunc in qualibʒ parte cauſaretur viſus. Et quilibet homo haberet viſum qꝛ viſus eſſet propria paſſio ideo videtur dicendum ꝙ viſus non fluit a principijs ſpeciei ſed indiuidui. Secus videtur de intellectu et voluntate. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ natura eſt principium primum accidens vero proximū. Nec ſequitur ꝙ natura agat per accidens. quia illud accidēs nō dat nature virtutem agendi. Et per hoc ſoluitur aliud argumentum. Dictū eñ eſt ꝙ aīa eſt principium quo viuimus et ſentimus Hoc aūt videtur cōuenire potentie. ergo potentia eſt aīa. Item materia eſt ſua potentia vt dictum eſt. 1. phi. ergo et anima Negatur conſequētia quia potentia materie non eſt ad operari. ſan. tho. q. de aīa. ar. 12. dicit ꝙ potētia ad accidens eſt in genere reductiue ſed de intellectu videtur ꝙ eſt per ſe. Sed nōne potētia ſubiectiua qua aīa ſubijcitur ſuis potentijs eſt ipſa aīa. Quidā non hñt ꝓ incōuenienti ꝙ talis potētia neceſſario ꝯiuncta actui ſit ipa aīa quia eſt potentia paſſiua Sed hic eſt aliud dubiū ſcʒ an potētie aīe ſint ab aīa effectiue et imediate per naturalē ꝯſequentiā tñ quibuſdā videť ꝙ ſint cōcreate. Nec ꝓprie efficiuntur ab aīa. quia tunc anima per eſſentiā ſuam aliquid ageret Tum quia ab vno ſimplici naturaľr agente nō ꝓcedit niſi vnū Tū quia tūc idem ſcđm idē ſimul eſſet principiū actiuū per ſe et principiuʒ ſubiectiuū ſeu receptiuū eiuſdē ſcʒ aīa reſpectu intellectus. Et ideo S. T. Notāter. 1. ꝑte. vbi ſupra ar. 6. ad 2m dicit ꝙ anima eſt quodāmō actiua Sed Cōmentator dicit ꝙ dans formā dat ꝯſequētia ad formā. mediante forma. ergo intellectus ineſt nobis mediāte anima ſicut leuitas ineſt igni per ſuaʒ formam vnde ꝓpriū in triplici genere cauſe dicitur fluere a principijs. Eſt eñ aīa finis ipſius potētie Sed contra actus eſt finis potentie. Dicenduʒ qđ eſt finis quo.

¶ Ad 5m negatur potentia obiectiua de qua Ari. nullam fecit mentionē Loquimur ergo hic de potentia proportionata actui ſiue ſit actiua ſiue paſſiua. Et non capiť determiate pro potentia actiua. ſicut nec actus preciſe ꝓ operatione qꝛ iſta non ſunt in predicamēto ad aliquid Subā etiā eſt principiū actiuū ſuaꝝ potētiarū Et q̇dā dicūt ꝙ ſēſꝰ ē potena paſſiua Sʒ i potea actiua ſit ſēꝑ eiuſđ gñis, cū actu Quibuſdā videť ꝙ nō. loquēdo de gñe proximo qꝛ color eſt principiū actiuū viſionis ⁊ ſenſationis Et ſol eſt principiū actiuū lucis. Sʒ ꝯtra Potentia debet eſſe ꝓportionata actui ergo dʒ eſſe eiuſđ gñis cū actu. Itē potētia ⁊ actus diuidūt quodlibet genus entis ergo potētia et actꝰ ſūt in eodē gñe ꝓximo Dicendū. ꝙ potentia actiua equiuoca nō debet eſſe eiuſdeʒ gñis cum effectu niſi forte eminenter. Secūdo dř ꝙ loquendo de potentia ꝓxima ad operationem illa non diuidit ens et quodlibet genꝰ entis quia in ꝑ̄dicamento ſubē non reperitur potena proxima ad operationem Sed de hijs magis patebit ad ſextum.

¶ Ad 6m dicitur ꝙ materia prima eſt in potentia reſpectu forme ſubālis de ꝑ ſe. Subā vero cōpoſita ex materia et forā eſt ſubiectū q̄titatis. ⁊ in potentia ad q̄titatē non de ꝑ ſe ſic ꝙ ſit ſcđm ſe totuʒ vel ſcđm ꝑtem ſcʒ materiā ordinata ad actū qui eſt accidēs. Et ideo nō opʒ ꝙ talis potentia ſit eiuſdē gñis cū tali actu Modo illa ꝓpō actus et potentia ad idem genus reducunť intelligitur de potentia que proprie et de per ſe ordinatur ad illum actum ſicut potentia calefactiua ad calefaciendu. Si dicatur potentia calefactiua eſt in predicamento q̄litatis non autem calefacere ſʒ in predicamento actionis. Item potentia eſt propria paſſio rei ſed propria paſſio non diſtinguitur a re cuius eſt Probatur ſic quia alias procederetur in infinitum quia ſemper ex genere et differentia fluit propria paſſio Cum ergo propria paſſio habet genus et differentiam. Sequitur ꝙ propria paſſio habebit

aliam paſſionem de hiſs dictū eſt in noſtris predicabilibꝰ Poteſt etiā dici ꝙ ſubā eſt in potentia ad qualitatem et illa potētia eſt de genere qualitatis Et alia de genere quantitatis Sed vtrum ſit q̄titas videtur ꝙ ſic ſaltē reductiue Nec ſuperficies ē potentia propria per ſe reſpectu coloris ſꝫ dyaphanum. Ad alia patet ex dictis.

¶ Ad 7m dicitur ꝙ alius actus eſt eſſentia aīe et huiuſmodi potētia q̄ aīa dat eſſe ſimpliciter et eſt vltimus terminus generationis hominis et ideo talis actus nō poteſt ſecundū ſe eſſe ratio ꝙ homo ſit in potentia expectante vlteriorē actū Secꝰ aūt eſt de ipſa potentia. Ad aliud dico ꝙ hoc eſt generale vtroqꝫ principio ꝙ nullū eorum eſt in potētia ad actum ſuū preſertim imanentē ſi det per idē eſſe actu ſimplr et actū ſcd̄m vel ſecundariū. Deinde dicitur ꝙ obiectū et ſpēs requiruntur ꝓpter potētiam aīe. Sed nonne potentia anime poteſt dici actus. Videtur ꝙ ſic. reſpectu aīe cui inherent Non autem ſimpliciter.

¶ Ad 8m ſatis patet ex dictis. Sed arguitur quantitas eſt actus et tamen eſt in potentia reſpectu caloris vel albedinis ergo licet aīa ſecundum ſe ſit actus. Tamen cū hoc ſtat ꝙ ſecundum ſeipſā ſit potentia reſpectu aliquorū accidentiū. Dicendum ꝙ ipſa anima non poteſt eſſe principiū proximū trāſmutabilium accidentium.

¶ Ad 9m dicitur ꝙ eadē potentia non producit diuerſos actus in paſſa eodēmodo diſpoſita. Et loq̄r de diuerſitate formali quia vt poſtea dicetur. potētie diſtinguntur per actus ⁊ actus per obiecta quia ſe habent vt cauſa finalis et vt differentia actuum Et per hoc patet ad decimū ſed queritur Si deꝰ poneret in aīa intellectionē deſtruendo oē accidens. An anima ſeparata. per illam intellectionē intelligeret. Dicendū ꝙ non. Quidam ponūt inter animam et potentias eius diſtinctionē formalem. Et ideo licet voluntas ſit ceca tamē eſt eadem res cuꝫ intellectu vidente. Et de aīa non eſt ita ſimplex ſicut deus. Et ideo poteſt eſſe ſubiectū accidentis q̄ Boetius dicit ꝙ forma ſimplex ſubiectuꝫ eſſe non poteſt. Aliȷs autē non placet iſta diſtinctio forālis

AD 5m ſic proceditur videtur ꝙ potentie non diſtinguantur per actus et obiecta q̄ nichil diſtinguitur per illud quod eſt poſterius ſꝫ actus eſt poſterior potētia cū ſit effectꝰ eiꝰ. igitur Sꝫ ꝯtra eſt phūs

¶ Reſpōdeo dicendū ſcd̄m. ſ. t. 1. pte. q. 77. ar. 3. ꝙ opꝫ rōnē potētie accipi ex actu ad quē ordinaꝛ Et ideo rō potentie diuerſificatur ſicut et ratio actꝰ q̄ potētia dicitur per reſpectum ad actum Ratio autem actus diuerſificatur ſecunduꝫ diuerſā rationē obiecti quod probatur quia omnis actio vel eſt potentie actiue vel paſſiue Si primum tunc obiectuꝫ comparatur ad potentiam vt terminus eſt finis Sꝫ Sed ex fine actio ſpēm recipit ſicut motus ex terio differt enim calefacio ab infrigidatione per terminum. Si ſecundum tunc obiectum comparatur ad potentiam ſicut principium et cauſa mouens vt color ad viſum. Actio autem habet ſpēm a principio vt calefactio eſt a calore et frigefactio a frigore. Senſus ergo differunt per diuerſuꝫ modum in mutandi ſecundum ſan. tho. quia ſic differunt obiecta que diuerſificant. potētias. ſan. tho q. de aīe. ar. 13

¶ Et notādū ꝙ ea que ſunt ꝑ accidens non diuerſificant ſpeciem vt homo albus et homo niger ſunt eiuſdem ſpeciei. Sed differentia per ſe variat ſpeciem Sic igitur. non quecūqꝫ diuerſitas obiectorū diuerſificat potentias aīe. Sed differētia eius ad quod per ſe potentia reſpicit ſicut ſenſus ꝑ ſe paſſibilē qualitatem que per ſe diuiditur in colorem et ſonum. Et ideo iſtis reſpondent diuerſe potentie

¶ Preterea Sciendum ꝙ non inconuenit aliq̄s actus eſſe diuerſarum ſpecierum in eſſe nature et non in eſſe moris et econuerſo. Exemplum primi vt liberare innocentem et punire nocentem Exemplum ſecundi vt ire ad eccleſiaꝫ propter deum. Et ire propter vanam gloriam Nec etiam inconuenit ꝙ vna potentia vel vnus habitus habeat actus ſpecie differentes dummodo illi actus conueniant in aliqua vna ratione vt dicit ſā. tho. q. de virtutibꝰ cardinalibꝰ ar. 4. Dubitant quidam de modo quo potētie diſtingūtur per actus ⁊ obiecta. Quidā dicunt ꝙ extrinſece et arguitiue q̄ nos arguimus ſic iſte potētie habent diuerſa obiecta formalia ergo diſtiguntur ſpecie. Aliȷ dicūt ꝙ potētia habet quādam differentiam intrīſecā ꝑ habitudinē ad actuꝫ vel obiectū et ideo poteſt dici ꝙ potētie quaſi intrīſece diſtigūtur per actus 1. 2e. q. 18. ar. 4 ad ſecūdū vnde ſ. t. de veri. q 15. ar. 2. reprobat illos q̄ dicunt obiectū tm̄ eſſe ſignū diſtictionis et de po. q. 10. ar. 2. reprobat dicētes operationes ſeipſis diſtingui.

¶ Contra hec arguiꝛ ex ſ. t. de. veri. q. 22. ar. 10. ad 1m. alique potētie diſtiguntur realiter et tamē obiecta eaꝝ non diſtinguntur realiꝛ ergo potētie nō diſtingūtur obiecta minor ptꝫ de itellectu ⁊ volūtateque diſtiguntur realiter et tamē ens ⁊ bonū diſtiguntur tātuꝫ ratione quia ꝯuertūtur cū ſint trāſcēdentia. Item viſus hominis eſt tātum vna potētia et tamē habet diuerſa obiecta ⁊ cōtraria q̄ maxime diſtant ſ. t. in q. de anima ar. 13. 2m. videmꝰ enim albuꝫ ⁊ nigrum Forte dicis ꝙ albedo non eſt obiectū formale viſus ſꝫ color. Contra ſi nullus eſſet intellectus abſtrahēs hoc vniuerſale quod eſt color tūc oculus bouis videret albū quia color vt quid cōmune abſtractū nō videꝛ ſꝫ hoc albū ⁊ ho nigrū Itē viſꝰ percepit albedinē ſub ratione albedinis alias nō diſcerneret inter albū et nigrum.

¶ Secundo potētia nutritiua in homine ⁊ in aliȷs animalibus habet idē obiectum ſcꝫ nutrimentū et tamen non ſunt eiuſdē ſpeciei hoc ꝓbo q̄ ſicut ſe habet tota anima eſt totū corpus ita ptes anime ſꝫ alia eſt anima in nobis ⁊ in aliȷs rebus ergo eſt alia potētia. Itē potētie fluunt a pīcipiȷs ſpeciei ſpecialiſſime ſicut proprie paſſiones ergo nō eſt eadē potentia in rebus differētibus ſpecie. Item alias auriculas habent homo et aſinus ergo et alium auditum ſpecie et tamen habent idem obiectum primum patet quia alias incideremus in errorem pithagoricorum dicentium omnes animas poſſe ingredi ī quodlibet corpus ſicut ſi tectonica inſtru

menta aptarent ſibi tibicines ad feſtū laudum.
¶ Tertio intellectus agens et poſſibilis habent idem obiectum vt videtur Et tamen ſecundū. ſā.t. diſtinguntur realiter. Item intellectus et ſenſus poteſt enim intellectus cognoſcere colorem ſub ratione coloris vt patet formando hanc propoſitionem color non eſt ſonus vide. ſ.t.q. de anima art. 13.ad.19m et 20m.
¶ Quarto eadē potentia habet diuerſos actus quia ſol indurat lutum et mollificat ceram. Et in radijs ſolis athomi aſcendunt et deſcendunt per eandem potentiam vt videtur Et intellectus hominis habet actus ſpecie diſtinctos quia aſſenſus et diſſenſus contrariantur in eſſe nature Scire etiam et opinari diſtinguntur Si ergo potentie diſtigāt p act⁹ ſeqt̄ q̄z nō erit vn⁹ intellect⁹ nec erit vn⁹ viſus quo videmus albū et nigrum quia ibi ſunt diuerſa obiecta. Alias non eſſent diuerſi actus.
Forte dicis ꝙ ibi eſt idē obiectū formale et ideo eſt vna potentia Contra ex hoc ſequitur ꝙ etiam eſt vnus actus quia actus diſtinguūtur per obiectum formale. Item differentia per ſe eius ad quod per ſe reſpicit potentia diuerſificat potentiam Sꝫ color per ſe diuiditur in albedinem et nigredinem ergo erit alia potentia viſiua reſpectu iſtorū Forte dicis q̄z ſi aliqua potentia ſecundū propriam ratiōeꝫ ordinetur ad aliquod obiectū ſecūdū cōmunem rationem obiecti tunc non diuerſificabitur illa potētia ſecundum diuerſitatem particularium differentiarum Contra tunc nullus ſciret probare ꝙ ſenſus exteriores diſtinguuntur per obiecta quia ordinantur ſecundum communem rationem ad qualitatem ſenſibilem.
¶ Quinto non ſequitur iſta ſunt eiuſdem ſpeciei ergo habet eundē actum probatur qꝛ pes hominis et homo ſunt eiuſdem ſpeciei eſſētialis vt patet p materiam et formam eius Et tñ hō pōt ridere ⁊ nō pes ei⁹. Itē potētie diſtinguuntur ſeipſis et ſuis differentijs eēntialibus Potentia enim eſt quoddā ꝙ p differētias eēntiales diuiditur ī diuerſas ſpēs ſicut alia gn̄a Et ita aꝛ de actione.
¶ Sexto. p eandem viſionē videtur color et magnitudo quia nō ſunt due viſiones. Item. tenēdo ꝙ plures actus nō poſſunt eē ſimul ī eadem potētia tunc videndo in libro p eamdē viſionem video nigredinem atramenti ⁊ albedinem papiri iſta autē ſunt diuerſa obiecta.
¶ Septimo dato ꝙ nullus eſſet actus in potētijs adhuc potentie diſtinguerentur ergo per accidēs eſt potentias diſtinqui per actus. Forte dicis ꝙ ſēper in potentijs eſt aliqua opatio vitalis qꝛ ſēp nutrimur Sꝫ iſtud eſt falſū qꝛ in inſtanti nō augemur nec diminuimur Itē materia per eadē potentiā ē in potentia ad diuerſas formas Et dictum eſt ī primo phi. Et tamen diuerſe forme ſunt diuerſi act⁹ Forte dicis ꝙ potentia materie fertur in omēs formas ſecundum communem rationem forme Sed hoc nichil eſt quia materia non cognoſcit ergo nō fertur in formam ſub cōmuni ratione igitur ⁊c.
¶ Octauo Si potentie diſtinguntur per diuerſos actus vel ergo diſtinguntur per actus diuerſos genere vel ſpecie. Si primum tunc viſus et auditus non diſtinguntur quia obiecta ſunt in eodem genere. Nec ſecundum quia eadem eſt potentia contrariorum Similiter arguitur ꝙ habitus nō diſtinguntur per actus quia ideꝫ habitus elicit actus ſpecie diſtincto quia circa omnes phiſicales eſt vnus habitus et tamen ſunt diuerſi actus quia vnus poteſt eſſe ſine alio. Et eadem cōcluſio conſideratur ī diuerſis ſciētijs ergo diuerſi habitus habent idē obiectum. Forte dicis ꝙ phiſica non ē vn⁹ habit⁹ Cōtra oppoſitoꝝ eſt eadem diſciplina ergo diuerſarū ꝯcluſionum eſt idē habitus.
¶ Nono intellect⁹ et viſus poſſunt circa idē obiectum formale et tamē diſtinguntur. Primū ptꝫ qꝛ poſſum intelligere colorem ſub ratione coloris aliās nullus formaret ꝯceptum coloris Forte dicis ꝙ intelligo ſēper colorem ſub ratione entis video autem ipm ſub rōe coloris. Cōtra ſequeretur ꝙ ens eſſet ſubiectū in qualibet ſciētia quia nichil intelligitur neqꝫ ſcitur niſi ſub ratione entis et viſus ſēper eſt ſingulariū ergo non videm⁹ albedinem ſub rōe cōmuni coloris qꝛ iſta cōmunitas ſiue vniuerſalitas ſolum fit per intellecum modo preueniendo intellectum videmus albedinem.
¶ Decimo aꝛ ꝙ actus non ſunt principia cognoſcēdi potentias quia eadē ſunt pⁱcipia eſſendi et cognoſcendi ſꝫ actus nō eſt principiuꝫ eſſendi ipſius potentie alias dormiens non haberet potentias quia remota cauſa remouetur effectus. Sed dices ꝙ a poſteriori cognoſcimus potētiam p actum qui eſt effect⁹ eius ⁊ pfectio eius q̄ preſupponit ſuum pfectibile vn̄ hic proceditur a notiorib⁹ nobis. Contra act⁹ diffinit potētiaꝫ ergo eſt prior ea vt dicit ſ.t.1a.parte q.85.ar.3.ad 1m. ſaltē via pfectionis et non generationis falſū eſt etiam diſtinctionem iſtam non eſſe a priori ſecundum. ſ. t.1a.parte q. 77.ar.3o.
¶ Ad primū dicitur ꝙ obiecta ſecūdum rationem diſtincta ſuut cauſa finalis potentiarum et ideo diſtingunt potentias. Sed ꝯtra tunc in deo intellectus et voluntas diſtinguerētur realiter quia obiecta ſcꝫ ens et bonum diſtinguntur ratione ſed hoc non eſt ſimile quia non eſt ibi differentia intrinſeca ſumpta per reſpectū ad diuerſa obiecta. Ad aliud dicitur ꝙ ſēper remanet proportio potentie ad actum et hoc ſufficit obiectum etiam manet in ītētione de viſu autē dicitur ꝙ prima ratio ē color primitate adequationis vnde quando videm⁹ aliqd a longe videm⁹ colorē neſciētes ſpeciem eius.
¶ Ad ſecundum dubium eſt an viſus qui eſt in homine et in alijs animalibus ſit eiuſdem ſpeciei Quidam tenent ꝙ non quia oculus hominis ⁊ eq̄ ſpecie differunt proter aliam formam eſſentialem illa etiam eſt radix potentiarum Sed cauſe ſpecie diſtinctincte producunt potētias ſpecie diſtīctas alij diſtinguunt dicētes ꝙ diſtinguūtur ſpecie nō ſecundum proprium modum diſtinctionis ſenſuū ſcꝫ ratione obiecti alias eſſent plus q̄z 5. ſēſus exteriores Sed alio modo ſcꝫ ī eſſe nature ſicut q̄titas celi et corruptibilium eſt eiuſdē generis in eē nature non autem phiſice quia corruptibile et in-

coꝛruptibile genere differunt Sed de hijs poſtea
nec incōuenit idem ſpecie eſſe in differētibus ſpe-
cie vt patet de albedine et lumine intellectuali in
diuerſis angelis p. S. T. de veri. q. 9. ar. 1. ad. 17. ⁊
de gratia. q. de malo ar. 7. ad. 12. ſāitas tamē hoīs
et equi differunt ſpecie 12. q. 63. ar. 4º.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ intellect⁹ agens et paſſi
bilis diſtinguitur ex hoc ꝙ diuerſimode ſe habent
ad ſuū obiectum ſcꝫ actiue et paſſiue Ad aliud dici
tur ꝙ intellectus intelligit res et pꝛima ratio ītel
ligendi et pꝛimus conceptus eſt conceptus entis
Poſtea autem pot eſt foꝛmare conceptus particu-
laris vel aliter ad 3m. obiectum intellectus agen-
tis ē intelligibile ī potentia ſed obiectum poſſibi-
lis eſt intelligibile in actu ſ. t. de veri. q. 15. ar. 2º..

¶ Ad quartum patuit articulo pꝛecedente Solū
enim ille rationes diuerſificant potētias ad quas
potentie pꝛimo et per ſe reſpiciunt ⁊ ideo eſt eadē
potentia paſſiua contrarioꝛum et poſſe ſanari et
infirmari Secundo dicitur ꝙ quando ignis calefa
cit et deſiccat hoc eſt per diuerſam potentiaꝫ ſicut
quando animal vult et intelligit ſed queritur ā ſu
perficies per duas potentias recipiat caloꝛem et
frigiditatem. Quidam dicit ꝙ potentia ad calidi-
tatem eſt ipſa caliditas ſed melius dicitur ꝙ ē ali-
quid diſtinctum ⁊ vnū ſicut eſt potētia eadē ad oēs
coloꝛes ſed cum potentia et actus reperiantur in
quolibet genere opoꝛtet ꝙ in p̄dicamēto q̄ntitatis
ſit potentia queritur ergo an illa diſtinguitur a ſuo
videtur quod ſic quia potentie diſtinguntur p ac-
tus. Ad aliud dicitur ꝙ non omnis p ſe differētia
obiecti diuerſificat potentiam niſi ſit p ſe differen
tia obiecti vt obiectum eſt vel dicitur ꝙ ſenſus ex-
terioꝛ eſt particularis Et ideo non pōt ferri in cō
munem rationē qualitatis ſenſibilis.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ pes hominis non habet
potentiam riſibilitatis vel oꝛganum licet ſit eſſen
tialiter eiuſdem ſpeciei. Sed tunc queritur vbi eſt
ſubiectiue riſibilitas Non in anima cum non ſit in
tellectus vel voluntas Ad aliud dicitur ꝙ differē
tie potentiarum ſunt diuerſe per diuerſos actus.
Si dicatur differentia potentie eſt in pꝛedicamen
to abſoluto ergo nullomodo dicit relationem Nō
valet conſequentia.

¶ Ad ſextum dicitur ꝙ vnum videtur per aliud.
Et aliquando eſt eadem viſio ſpecie et numero al
bi et nigri vt dicit S. T. in 3. ſed hoc expoſui in lo-
gica quando enim ſucceſſiue videntur tunc diffe-
runt ſpecie vt expꝛeſſe dicit. ſ. t. de malo. q. 2. ar. 4.
Unde Notandum ſecundum S. T. de ve. q. 15. ar.
2. aſt 12m. ꝙ 5e modis in actib⁹ anime diuerſitas iue
niri Primo Secundū foꝛtitudinē vt credere Se-
cundo ſecundū velocitatem Tertio ſecundū habi
tū et priuationem vt quieſcere ⁊ moueri 4º ſcd̄ꝫ cō
parationem ad contraria eiuſdem generis vt ſen
tire album et nigrum quinto quando actus ē diuer
ſoꝛum generum vt appꝛehendere et moueri diuer
ſitas igitur pꝛimi et ſecundi modi non iudicat di-
uerſitatem potētiarum nec diuerſitas tertij et q̄r-
ti ſed tantum quinti vt dicamus actus genere di-
uerſos qui in ratione obiecti non conueniunt. Et
ideo licet videre album et nigrum ſucceſſiue ſpe-
cie diſtinguerentur adhuc tamen eſt vnus viſus.
Sed vtrum omnes intellectus angeloꝛum habe-
ant idem obiectum et per conſequens intellectus
eiuſdem ſpeciei Dicendū ꝙ non Sed vtrum ſicut
dicimus potentias diſtingui per actum An debeāt
dici diſtingui per habitum vel per obiecta. Item
cūm potentie ſint foꝛme ſimplices an debeat dici
ꝙ ſeipſis diſtinguantur. Item quecūqꝫ conueniūt
in vno tertio conueniūt inter ſe ſed oēs conueniūt
in vno tertio ſcꝫ in anima ergo non diſtinguūtur i-
ter ſe Foꝛte dicis ꝙ non identificantur ipſi anime
Contra illa ſunt idē que ſimul gn̄antur ſꝫ ſic eſt de
anima et voluntate eius Dicendū ꝙ non qꝛ poten
tia non ipoꝛtat oꝛdinē ad habitū niſi foꝛte ex con-
ſequēti Et ita dicatur de obiecto de alio dicitur ꝙ
foꝛme que ſpeciem ſoꝛtiūtur ab aliquo extrinſeco
ad quod oꝛdinem habeat non debent dici diſtingui
ſeipſis ſe p extrinſeca Secus autē eſt de alijs. ſ. t.
q. de aīa. ar. 13 ad 5m.

¶ Ad ſeptimum ptꝫ ex dictis Ad aliud dicit ſ. t. o-
puſ. ꝙ omnes foꝛme ſunt eiuſdem generis et ideo
eſt eadem potentia. Sꝫ cōtra coꝛruptibile et icoꝛ-
ruptibile genere differunt ergo anima rationalis
non eſt eiuſdē generis cum alijs foꝛmis negatur
ꝯn̄a vt patet de luce que eſt in ſole et in aere que p
tinet ad vnam potētiam tm̄. Sed cōtra materia eſt
in potentia naturali ad alias foꝛmas non autē eſt
in potētia naturali ad animam rationalē alias per
agens naturale poſſet anima p̄duci quia potētie
actiue naturali reſpōdet potētia actiue foꝛte dicis
ꝙ ibi ſūt due potentie. Queritur tunc que res ſūt
ille potētie ſi ſint accidentia ſequitur ꝙ accidēs p̄-
cedit foꝛmam ſubſtantialem quia potētie pꝛecedit
actum in eodem. Dicendum ꝙ potētia eſt ipſa ma-
teria et anima fit ab agente naturali diſpoſitiue.

¶ Ad octauum patet ex dictis nec omne diuerſifi
cans actum ſufficit diuerſificare habitum vt dicit ſ.
t. in q. de virtutibus cardinalibus quia potētia eſt
magis vniuerſalis et altioꝛ et ideo non plura po-
teſt q̄ꝫ vnus act⁹ ⁊ ita dicat̄ de habitu qꝛ pꝛeſēte re
iclinat ad noticiā q̄ eſt ītuitiua et re abſēte ad no-
ticiam abſtractiuam.

¶ Ad nonū ptꝫ ex dictꝫ ⁊ ad decimū dr̄ ꝙ pꝛīcipia
cognoſcēdi a pꝛioꝛ ſūt etiā pꝛīcipia eſſendi in hijs
que non ſoꝛtiūtur ſpeciē ab extrinſeco. Dicit̄ etiā
ꝙ act⁹ ē cauſa finalis potētie licet potētia ſit cā ef
ficiēs ei⁹. Sꝫ ꝯtra tūc idem eſſet realiter cā ſuiipſi
us qꝛ q̄cq̄d eſt cā cauſe eſt cauſa cauſati ſi ergo act⁹
eſt cauſa potentie et potentia ē cauſa actus ſequi
tur ꝙ actus ſit cauſa ſuipſius quia ē cauſatū a ſuo
effectu dicendum ꝙ illa regula non eſt vera quan
do mutatur genus cauſe

Circa hec queruntur quīqꝫ Primo An ſint 5.
genera potētiaruꝫ ⁊c. Secundo ā ſint tres
partes vegetatiue. 3º. An viſus ſit potentia paſſi-
ua 4º. an ſint quinque ſenſibilia cōmunia. Quīto
an coloꝛ ſit obiectum viſus.

AD primum ſic proceditur videtur ꝙ nō ſint quinqꝫ genera potentiaruꝫ anime ſcꝫ vegetatiuū ſenſitiuuꝫ appetitiuuꝫ. ſecūdū locum motiuum ⁊ intellectiuū quia vegetatiuum eſt ipſa anima ergo non eſt potentia eius Sed cōtra eſt philoſophus

¶ Reſpondeo dicendum ſecūdū ſ.t.1.p.q.70. ar. ſ. ꝙ 5ᵉ ſūt genera potentiarum et tres ſunt anime ſcilicet vegetatiua ſenſitiua et intellectiua Et q̄tuor ſunt modi viuendi ſcilicet vegetatiuum ſenſitiuum ſecundum locum motiuum et intellectiuum Appetitiuum autem non conſtituit aliquem gradū viuētiū qꝛ ī q̇buſcūqꝫ eſt ſenſ⁹ ē etiā appetitus Primum probatur quia potentie diſtinguūtur per obiecta modo ſunt 5ᵉ genera obiectoruꝫ. Primum eſt corpus anime vnitum. Et circa hoc eſt potentia vegetatiua que agit in corpus Secundum eſt obiectū ſenſibile. Et circa hoc eſt ſenſus tertiū eſt ens vniuerſale Et circa hoc eſt intellectus quartum ē bonū. Et circa hoc eſt appetitiuū quintum eſt terminus operationis. Et circa hoc ponatur potētia motiua ſecundum locum. Et vocantur iſte potētie partes ꝑtātiue aīe ad ſimilitudinem politie ſecundum albertum Cum enim dico regnū dico quandā poteſtatem quam componūt multe poteſtates particulares que tamen omnes fluunt ex regno ī quo vnus eſt princeps ſub quo conſules duces exercitus et tribuni Decani et prefecti Et quicq̇d poteſt inferior iſtis poteſt ſuperior. et alias non dicerent omnia hec vnum regnum niſi ſicut aceruus lapidū Et idcirco q̄to poteſtas ſuperior ē ſimplicior erit et vniuerſalior vel ad aliquid eminētius q̄ſ ſit illō in quod poteſt poteſtas inferior Q̄ꝫ autem ſint tres anime probatur quia tribus modis anima ſupergreditur operationem nature corporalis

Primo anima rationalis ꝑ operationem que non exercetur per organū corporale deinde anima ſenſitiua habet operationem que non fit per aliquam qualitatem corporalē licet preſupponat. Tertio eſt anima vegetatiua que eſt cauſa motionis intrīſece Cetera autem inanimata mouentur ab extriſeco. Item in plātis eſt tantum vegetatiuū in quibuſdam vero animalibus eſt vegetatiuum et ſenſitiuum Alia vero ſunt animalia ꝑfecta in quibus cum hiis eſt motiuum ſecundum locum vt querant neceſſaria vite. Item in homine cum hiis eſt intellectiuum et ſic patent quatuor modi viuendi Si queratur an anima intellectiua ſit vegetatiua et an ibi ſit predicatio per ſe ſic ꝙ vegetatiuū actu ſit in ſenſitiuo aut intellectiuo ſicut corpus aīatuꝫ actu et ītellectu clauditur in homine videt ꝙ non capitulo tertio ſicut trigonū non eſt actu in tetragono ſed in potentia licꝫ ſit difficultas de illa potentia.

¶ Notandum preterea ſcd̄ꝫ albertū ꝙ circa aīaꝫ diuerſimode multi errauerunt. Quidam enim heretici negauerunt animam intellectiuam qꝛ nichil conceſſerunt niſi quod ſenſu percipitur. Alij autē dixernnt ꝙ in omnibus eſt tantum vna anima nūero ſꝫ in diuerſis hꝫ diuerſas oꝑatiōes ſicut ignis ī lignis ſiccis facit lumen in alijs flāmam rubeam in alijs tantum fumum in alijs tātū calorē. Et ſic videntur dixiſſe ſocratici.

¶ Notandum preterea ꝙ circa vegetatiuum antiqui errauerunt multi enim arbitrantur ꝙ in plātis preter vegetatiuum eſt ſēſitiuū vn̄ q̇dā yſaac vt dixerunt plātas habere guſtum qꝛ cum nutriantur oportet ꝙ poſſint diſcernere cibum ꝯuenientē et ſimiliter dicebant eas habere tactū vnde radices ſūt ori ſimiles. Itē vt habetur in libro de vegetabilibus quidā dixerunt plātaſ habere deſiderium qꝛ attractus alimēti eſt pars deſiderij et eius appetitus eſt fames vel ſitis. Itē dicebāt plantas triſtari vel delectari qꝛ aliqui flores propter nociua ſe reſtrigunt et augu. in libro cōfeſſionū dicit ſe putaſſe ficū plorare cū decerpitur ideꝫ yſaac: ſꝫ ſi hoc eſſet verū tunc plāte eſſent animalia vt anaxagoras ꝯceſſit quia in eis reperitur ſōpnus q̄m flores de nocte ſe claudunt et in eis reperitur vterqꝫ ſex⁹ ſcꝫ maſculinus ⁊ femininus vt cōmuniter dicit etiam in pomis quibuſdam ſed hec ſunt abſurda q̄m plante non habēt oculos nec aures ergo in eis nō eſt ſenſus. Alij dixerunt plātas nullā habere animam non enim ꝓprie dicimus poma mori nec adhibetur arborib⁹ medicina nec regimen vite ergo nō vere viuit ſꝫ ꝑ hoc nō remouet niſi vita ſēſitiua Albertus de vegetabilibus ca.9. dicit ꝙ democrit⁹ et anaxagoras dixerunt plātas intelligibilē animaꝫ habere ſed opprimi pondere materie ne ad actum procedat ſed tunc natura videret deficere ī neceſſarijs ſed de hijs vide albertum maxime quomodo in plantis reperit ſex⁹ vel ſōpnus in hyeme.

¶ Notandum preterea ad declarandum ꝙ omne habens ſenſum habet appetitum ꝙ cuicūqꝫ conuenit ſenſus conuenit delectatio et triſticia cum ſēſus delectetur in apprehenſione obiecti conuenientis Sed cui conuenit delectatio cōuenit etiam appetitus delectabilis Item omne habens ſenſū alimenti habet appetitum Sed omne animal habet ſenſum alimenti qui eſt tactus nutrimur enim calidis et humidis frigidis et ſiccis. Circa que eſt tactus Primū patet quia omne habens ſēſum alimēti habet eſuriē et ſitim ergo habet appetitum quia eſuries eſt appetit⁹ calidi et ſicci. Sitis vero eſt appetitus frigidi et humidi. Cuius ratio eſt qꝛ per eſuriem appetimus nutriri per alimentū et ex quo ipſum eſt calidum iuuatur digeſtio et alteratio cibi per ſiccum autem reſtauratur deperditum. Ut autem cibus fluat ad mēbra ſitis appetit humidū et ne calor illud corrumpat ideo ſitis appetit frigidum Fames ergo et ſitis inquit albertus ſūt due partes naturalis appetitus Et reperitur in omnibus animalibus Si dicatur guſtus ē ſenſus alimēti ergo non tactus et aliqui per odorem iudicant alimentum eſſe bonū dicendū ꝙ guſtus eſt quidam tactus Q̄ꝫ autē ſenſus alimenti ſit circa quattuor qualitates primas ratio ē quia ex eiſdem ſumus ⁊ nutrimur Sumus autem ex quattuor elementis ſi queratur an potentie anime ſint ſeparabiles loco et ſubiecto dicendū ꝙ non vt habetur hic lec.4. qꝛ reperiuntur ī eadem parte quia in parte animalis imperfecti deciſa remanet vita et ſenſus. Et per

ↄñs fantaſia quia fātaſia nō eſt niſi motus factus a ſenſu ꝛ vbi eſt fantaſia ibi eſt pricipium motiuum et deſiderium Cum ibi ſit delectatio et triſticia vnde in talibus animalibus licet ſit tātuꝫ vna anima in actu tamē ſunt plures in potētia. Ubi aduertēdum ꝙ anguille et lacerte ſunt animalia ānuloſa quorū corpus ↄponitur quaſi ex quibuſdā circulis ſiue annulis in quibus habēt ſuas virtutes motiuas. Et ideo diuiſa per tranſuerſum in groſſas ꝑtes in vtraqꝫ parte retinent ſenſum et motum per aliquod tempus Non autē diu quia nō poſſunt ſumere alimentum. Si autem per totam lōgitudinē corporuꝫ ſuorum in duo diuidantur tunc diuidūtur circuli qui ſunt membra officialia eorum et ſtatim moriuntur et iacent immobilia vt dicit albertus.

¶ Notandum preterea ꝙ predicte potentie ſunt ſeparabiles, id eſt diſtincte ratione id eſt ſpecie qꝛ habent diſtinctos actus Anima tamen intellectiua eſt vnita forme materie Non realiter diſtincta a vegetatiua ſed eminenter eam continens ſicut tetragonum continet triangulum et ternarius binarium Ex hiis infert phūs finaliter ꝙ anima ſe habet vt ratio et ſpecies et non vt materia Secundo ꝙ anima non eſt ſine corpore tertio ꝙ eſt in corpore organico.

¶ Contra hec arguitur. Primo probando partes animalis imperfecti deciſas non viuere quia tunc in qualibet earum eſſet anima et non de nouo genita ergo prius in ſerpente fuerunt plures. qḋ ſupra reprobatū eſt. Item forma ſubſtantialis conſiſtit in indiuiſibili ergo non poteſt diuidi

¶ Secundo tunc in anguilla eſſent infinita animalia quia in qualibet parte eſt ſenſus et anima. Forte dicis ꝙ non eſt ibi niſi in potentia que reducitur ad actum per diuiſionem Contra diuiſio nō eſt generatio ergo ꝑ diuiſionē nō fit forma ſubſtātialis in actu Qꝫ autē in qualibꝫ ꝑte ſit ſenſus patꝫ ſi tungatur. Itē fātaſia eſt potētia organica ergo in parte deciſa nō eſt fātaſia. Añs pꝫ qꝛ fātaſia hoīs eſt in determiata parte corporis.

¶ Tertio Non omne ſenſitiuum eſt motiuū ſecūdum locum vt ꝑꝫ ex modis viuendi viſus etiam et auditus non ſunt in eodem loco ergo partes anīe ſunt ſeparabiles loco et ſubiecto in oſſibus etiam eſt vegetatiuū ſine ſenſitiuo.

¶ Quarto Anima bti petri nō eſt nunc vegetatiua qꝛ nō pōt habere operationes aīe vegetatiue ergo in me nunc aīa intellectiua non ē aīa vegetatiua. Item tunc homo et aſinus genere differrent quia forma vnius generis differt a forma alterius cum ſit incorruptibilis.

¶ Item tetragonus differt realiter a triāgulo ergo anima intellectiua non eſt anima ſenſitiua in me ergo in me ſunt plures anime. Antecedens pꝫ quia ſpecies diuidentes aliquod genus non dicuntur de ſe inuicem. Sic eſt autem de triangulo et quadrangulo vegetatiuo et intellectiuo que diuidunt figuram et animam.

¶ Quinto ſi anima eſſet ī corpore tanꝗ forma ergo phūs non debebat diffinire animam per actum ſed per formam qꝛ hoc fuiſſet magis notū. Itē et9 eſt potētia cuius eſt actus ſi ergo anima eſt in corpore vitā habente ſeqꝛtur ꝙ corpus poteſt habē actum vite loquendo indifferēter de quolibet actu vel te qꝛ in diffinitione anime vita non ponitur pro determinata operatione et per ↄñs poterit habere īntellectionem.

¶ Sexto vel anima ad predictas tres animas eſt gen9 vel nō ſi primū Cōtra ſubſtātia dicitur analogice de materia et forma ergo et anima ſi ſecūdum ſeqꝛtur ꝙ anima nō debuit pri9 diffiniri. Itē ſcḋm phi. t. c. 9. ſi ponamus oculū ꝑ īpoſſibile eē ſeparatum ꝛ eſſe animal tūc abſqꝫ dubio viſus et potētia viſiua erit anima eius qꝛ hec potētia agit ī eo oēm vite actionē ergo tūc potētia anime eēt anima ergo aliqua anima eſt accidens. ¶ Septimo aīal diuidiť per rationale et irrationale ergo et anima Forte concedis quia hec eſt diuiſio iāblici cuiuſdā platonici Sed contra anima vegetatiua nec ē rationalis nec irrationalis.

¶ Octauo arguitur contra ordineꝫ procedēdi ipi9 philoſophi quia per accidentia cognoſcimus ſubſtantiam ſed potentie et actus anime ſunt accidētia eius ergo per iſta cognoſcitur ſed a notioribus eſt inchoandum ergo phūs pri9 debuit determinare de potentiis anime ꝗ de aīa. Forte dicis ꝙ act9 anime non eſt notior anima ſecundum naturā ſed quo ad nos tātum quia non ſunt eadem nobis nota et nature Sed contra actus diffiniunt potētiā et ſūt cauſa finalis earū vnde natura plus intēdit actum ꝗ potentiā qua finis eſt primuꝫ in ītētione ergo ſecundū naturā actus ꝑcedit potētiam

¶ Nono arǵ ꝙ ſint plus ꝗ quinqꝫ genera potētiarū qꝛ appetitus diuidiť ī appetitū ſēſualitatis ꝛ rōnalem Appetitus autem ſenſualitatis ē quoddā genus Forte dicis ꝙ appetitus rationalis ꝛ appetitus ſenſualitatis ſunt vnum genus potentie. Contra Senſitiuū et intellectiuū non ſunt vnum genus potentie ergo ſimiliter nec voluntas ꝛ ſenſualitas Item intellectiuum non videtur genus ſed ſpecies ſpecialiſſima quia omne intellectiuuꝫ vt hic loquimur eſt homo et ecōuerſo.

¶ Decimo ideo appetitiuū non eſt gradus vite diſtinctus quia omne ſenſitiuum eſt appetitiuum ergo per eandem rationem appetitiuū non erit potentia diſtincta a ſenſitiuo. Item quāto virtus eſt altior tanto eſt magis vnita ſed anima rationalis eſt altior ꝗ anima vegetatiua. Cum ǧ anima vegetatiua non habeat quinqꝫ genera potentiarū non ſunt 5. genera potentiarum ergo nec in alia.

¶ Undecimo S. T. Et multi alii ponunt potētiā obedientialem que nō poteſt impleri vt patet de ve. q. 29. ar. 3. ad. 3. De hac autem nulla fit hic mentio Item appetiuū non diſtinguitur ab aliis quia viſus appetit viſibile ſibi conueniēs igť.

¶ Duodecimo arǵ ꝙ appetituū conſtituit modum viuendi qꝛ prius poteſt eē ſine poſteriori Propter hoc enim vegetatiuū poteſt eſſe ſine ſenſitiuo ſed ſenſitiuū eſt prius appetitiuo ergo ſēſitiuū pōt eē ſine appetitiuo Et ꝑ cōſequēs cōſtituit gradū vite

Item appetitiuum ſpecie diſtinguitur ab aliis ergo eſt perfectius vel imperfectius eis. Sed inter perfectū et imperfectum ſunt gradus ergo appetitiuum facit gradum.

¶ Tertiodecimo in quibuſcunqꝫ eſt ſenſitiuum in illis eſt motiuum ſecundum locum ergo motiuum ſecundum locum non facit gradum diſtinctum. Antecedens patet qꝛ ex 6° phi. Omne animatuꝫ mouet ſe. Item videmus ꝙ pars animalis imperfecti ſi tāgatur ſaltat et retrahit ſe quia dolet ꝛ triſtatur. Plante etiam mouentur localiter quādoaugentur ſurſum ꝛ deorſum quia per hoc cognoſcimꝰ ꝙ viuunt ergo in eis eſt motiuum ſecundum locum

¶ Quartodecimo nulla potētia ꝯſtituit gradū vite ergo motiuum ſecundum locum nō cōſtituit gradum vite añs patet quia potētia nō eſt vita nec habens vitam cum ſit accidēs ſꝫ nichil cōſtituit aliud in eſſe vite niſi ſit vita vel habens vitaꝫ igitur. Itē nullum appetitiuum ꝯſtituit gradū vite ſꝫ omē motiuum ſecūdum locum eſt appetitiuum ſecūdū ph. hic ergo motiuū ſcðm locum nō cōſtituit gradū vite Item phiſ. in fine 1. de anima ponit tm̄ 4. genera potētiarū ergo hic male ponūtur 5e.

¶ Ad 1m. dicitur ꝙ prius erant plures anime ī potētia et per diuiſionem reducūtur ad actum et hoc etiam ꝯtigit in diuiſione aque. Nec iconuenit formam ſubſtātialem eſſe diuiſibilem ſecūdum extenſionem. Si queratur an iſte due anime que nūc ſūt fuerint prius vna anima numero vel non. videtur ꝙ prius cōponebāt vnam animā numero ſicut pꝫ in arboribus quaꝝ partes ſūt quaſi homogenee ſꝫ queritur qñ ramus vnius ſpeciei iſeritur alteri arbori alterius ſpeciei an ibi ſit vna anima numero. videtur ꝙ non ſicut nō eſt eadē anima numero ī matre et filio licet ſibi ꝯiungatur ꝑ vmbilicum qñ eſt in vtero. Si dicatur an anima rationalis poſſit manere poſt diuiſionē ſicut manet in anguilla videt̄ ꝙ ſic qꝛ homines decapitati aliqñ mouētur et albertꝰ dicit libro ſuo de homine ꝙ lingua pauli poſt abciſionē capitis nominauit chriſtum et beatus dyoniſius portauit caput ſuum. Dicēdum ꝙ anima rationalis ꝓpter ſuam ꝑfectioneꝫ requirit corpꝰ magis ꝑfectum ſecus eſt de ānuloſis que habent caloreꝫ ſufficiētem in quibus tamē ſi abſindatur caput tm̄ etiam in eſtate redditur immotum quia non habet calorem vitalem. Alia autem fuerunt miraculoſa. Et ſi in aliis videatur poſt abciſionem capitis moueri lingua. Dicit albertus ꝙ hoc eſt a virtute que remāſit in neruis.

¶ Ad ſecundum patet ex dictis Prius enim anima non eſt ibi multiplex niſi in potentia Ad aliud dicitur ꝙ fantaſia in animalibus perfectis habet determinatum organum non auteꝫ in aliis vt dicit S. T. lec. 4. Si queratur An appetitus animaliū imperfectorum requirat iudicium et ſenſum communem. Et an in animalibus imperfectis ſit vis imaginatiua de qua dicitur eodem modo ſicut de fātaſia vt patet lec. 6. Sed de hoc in tertio de anima ſ. t. dicit lec. 5. ꝙ delectatio ꝛ dolor ī eis cōſequūt̄ ſēſum tactus.

¶ Ad 3m. dicitur ꝙ in eodem vegetatiuū ſēſitiuꝫ appetitiuū et motiuū non diſtinguntur loco qꝛ ī ipſe deciſa reperiuntur iſta 4. Secus autem eſt de quibuſdam potentiis particularibus vt dicit ſanctus thomas lect. quarta.

¶ Ad 4m. dicitur ꝙ anima ſeparata eſt vegetatia in potentia remota Ad aliud non oportet ſi forme differant genere ꝙ cōpoſita differāt genere de altero dubium eſt qualis ſit iſta diuiſio anime in tres animas cuꝫ vnum mēbꝛuꝫ dicatur de alio Et ſic nō videntur eſſe ſpecies anime niſi forte ſumātur cū preciſione. De triangulo autem dicitur ꝙ in hoc eſt ſimilitudo quia ſicut in quadrāgulo continetur triangulus. Ita anima rationalis excercet operationes anime vegetatiue.

¶ Ad quintū Refert albertꝰ ꝙ propter hoc gregorius in multis voluit repꝛhendere diffinitioneꝫ ariſtotelis libro ſuo de homine Primo qꝛ aīa equiuoce dicitur de vegetabili ſenſibili et rationali et ideo non debet diffiniri Iteꝫ philoſophus dicit ꝙ anima eſt endeletia vel ſpēs hoc autem eſt falſuꝫ quia forma ſimplex ſubiectum eſſe non poteſt ſed ad iſta ſupra reſponſum eſt Quare autem aīa non diffinitur per formam dicitur ꝙ forma dicit cōparationem ad id quod remotiſſimum eſt a completo hoc eſt ad poteſtatem materie. Anima autem dat cōplemētum illi cuius eſt Ad aliud dicitur ꝙ anīa eſt actus materie organizante que dicitur habere vitam in potentia non ꝙ ſit ſubiectū potentie ſed eſt ſubiectum vite et anime potētis excercere operationes vitales

¶ Ad 6m. poteſt dici ꝙ anima habet modum generis ſicut ſubſtātia diceretur habere modum generis ad materiam vel formā vnde forma vocatur ſpecies vt pꝫ T. C. 2. Ad aliud de oculo dicitur ꝙ ſi oculus inꝗtum huiuſmodi eēt ens per ſe ſubſiſtēs tunc viſus eſſet ſua anima quia inquātū huiꝰmodi eſſet ſubſtantia et ideo ſua forma ſcilꝫ viſus eēt ſubſtantia vt habetur hic T. C. 9. Sed hoc eſt impoſſibile.

¶ Ad 7m. negatur cōſequentia licet anima vegetabilis poſſet dici irrationalis negatiue.

¶ Ad octauū dicitur ꝙ anima quo ad queſtioneꝫ an eſt: eſt certiſſima vt pꝫ in 1°. de anima. Secūdo dicitur ꝙ non inconuenit ꝙ aliquando eadem ſint nobis prius nota et nature licet frequenter in naturalibus cauſa eſt notior effectu. Et bene dicitur frequenter vt pꝫ ex alberto in. 1. de aīa cō. 11°.

¶ Ad 9. dicitur ꝙ volūtas et ſenſualitas ſūt vnū genus potentie non autem ſenſus et intellectus quia ſenſitiuū et intellectiuū habent diuerſa obiecta genere Vel forte non inconuenit ꝙ ſint plura genera patentiarum. Si quis aliquod iſtorum generum voluerit ſubdiuidere intellectiuū eſt quaſi genus ad nos et angelos vel eo modo quo dicimꝰ humanum genus.

¶ Ad decimum Negatur ꝯña Potētie enim diſtiguuntur per obiecta. Gradus aūt vite 2m ſeparabilitatē Si dicat̄ Accña diſtinguunt̄ ꝑ ſubiecta ergo potentie non diſtinguuntur per obiecta. Eadē eñ potentia eſt contrariorum que maxime diſtant vt pꝫ 5° metha. Dicendū ꝙ diſtinctio nūeralis et non

ſpecifica eſt a ſubiecto.
¶ Ad vndecimum dicitur ꝙ potentia obedientia
lis coincidit cum aliis vnde intellectus ſecūdum
ꝙ ſuſcipit cognitionem ſupernaturalium dicitur
obedientialis potētia ī ordine autem ad alia natu
ralis Ad aliud dicitur ꝙ appetitus naturalis coin
cidit cum aliis non autem appetitus animalis.
Utrum autem quelibet potentia habeat in ſe de-
lectationem poſtea dicetur Si dicatur lapis appe
tit deſcendere ergo appetitiuum eſt in lapide ergo
potentia appetitiua non ſequitur animam hic eſt
dubiū an lapides creſcant. Et per ꝯñs an habeāt
animam vegetatiuam. Dicendū ꝙ nō S. T. in 2.
Sed reſpōdetur per diſtinctionem poſitam de ap
petitu. Utrum autem appetitus naturalis ſit ali-
quid diſtinctum a re ipſa S. T. dicit 1. pte. q. 81. ar.
2. ꝙ appetitus naturalis eſt inclinatio conſequēs
formam naturalem Et ſic videtur forte dicere quā
dam potentiam a re diſtinctam vñ inclinatio eſt: ꝑ
leuitatem vt habetur 1. pte. q. 59. ar. 2.
¶ Ad duodecimum negatur ꝙ prius ſemper ſepa
retur a poſteriori. Et licet in potentiis ſit gradus
eſſendi. Non tamen ſemper eſt diuerſꝰ gradꝰ vite
¶ Ad decimumtertium dicitur ꝙ hic loquimur de
motu animalis progreſſiuo dubitant autem quidā
an iſte conueniat ſerpentibus quia olim gradiebā
tur ſuper caudam. Quibuſdam enim animalibus
imperfectis conuenit motus progreſſiuꝰ qꝛ muſcā
et apis ſunt animalia imperfecta.
¶ Ad 14^{m}. dicitur ꝙ potētia habet vitā ideſt ope
rationem vitalem vel eſt vita quia eſt in anima Ad
aliud negatur ꝯña et ſatis dictū eſt in fine primi de
anima ſ. t. de. ve. q. 10. ar. 1. 2^{m}. dicit ꝙ ex parte ſub-
iecti ſūt tm̄ tria genera potētiarum vide ibi diſtincti
onem ſ. t. Et notandum ꝙ verum eſt ꝙ qñ potētie
ad equalia ſe extendunt tunc q̄to virtus eſt altior
tanto magis eſt vnita ſecus autem ſi ſe extendant
ad inequalia. Et notandū vt dicit albertꝰ c. 15. ꝙ ſe
cūdum peripatheticos in īmortalibus ſicut in cor
poribus celeſtibꝰ eſt vita ītellectiua ſeparata a ve
getatiua. Et platonici ponūt ꝙ dii ſunt animalia
rationalia ſꝫ mortale additū nobis ſeparat nos ab
illis ſed ſecundum veritatem omne intellectiuum
eſt vegetatiuum.

AD 2^{m}. ſic procedit vietur ꝙ nō ſint tres
partes vegetatiue ſciꝫ nutritiuum aug
mentatiuū et genratiuuꝫ qꝛ eadē eſt po
tentia generatiua ⁊ augmētatiua ignis
enim per eandē potentiā generat ignē
et debitam q̄titatem eiuſdem ergo animatum per
eandem potentiam generat et nutrit Sed contra
eſt phi. t. c. 42.
¶ Reſpondeo dicendum ꝙ potētie anime habēt
ordinem inter ſe quia in eis ſubſiſtendi conſequē-
tia non conuertitur vt declarat hic S. T. lecti. 6.
vnde vbi eſt intellectiuū ibi eſt ſenſitiuuꝫ ſed non
econuerſo. Et hoc etiam dicit S. T. 1. part. q. 77.
ar. 4. vbi ponit triplicem ordinē inter potētias ſcꝫ
ordinem nature ſcd̄m quē perfecta ſunt priora et
ſic intellectus precedit ſenſum Secundo. ſecūdū
ordinem generationis et temporis prout ex imꝑ-
fecto venitur ad perfectum Et ſic ſēſus precedit.
Tertio eſt ordo ſecūdum obiecta et ſic viſus prece
dit auditum, quia viſibile in pluribus reperitur q̄
ſonus.
¶ Notandum preterea vt dicit phūs hic et S. T.
ibidem art. 7. Anima hꝫ triplicem cauſam ad ſuas
potentias ſcꝫ actiuā. finalem. et materialē ordine
quodam vnde anima per intellectum ē finis et ac-
tiuū principium ſenſus. Et ex hoc ptꝫ ꝙ potentie
anime fluūt ab anima Secūdo patet ꝙ primo de-
terminandum eſt de vegetatiuo quia communius
eſt ceteris potentiis.
¶ Notandum preterea ꝙ phūs probat animā eſſe
cauſam formalem viuentis quia eſt ei cauſa eſſēdi
Uiuere enim viuentibus eſt eſſe ſed viuere eſt ab
anima. Secundo probatur ꝙ anima eſt finis cor-
poris viuentis ſicut in artificialibus forma artifi-
cialis eſt finis quem intendit artifex ergo in natu
ralibus anima eſt illud quod intendit agens natu
rale. Tertio dicicitur ꝙ anima eſt cauſa efficiens
viuentium Efficit enī motum et ſenſationem.
Quidam tamen dicunt ꝙ anima eſt cauſa efficiēs
viuentium licet dicatur eſſe pricipium productiuū
motus quia in omni ente naturali eſt principiū mo
tus vt hic dicit phūs Tamen inanimata non mo-
uent ſe vt dicitur 8. phi.
¶ Notandum preterea ꝙ ex hiis ſatis ptꝫ ꝙ opa
tiones que attribuūtur potentie vegetatiue ſunt
ab anima ſcꝫ generari et augmentari quorum pri-
mū ſcd̄m phi. eſt naturaliſſimuꝫ opus in viuentibꝰ
quia hoc conuenit omnibus animatis Et quia per
hoc res aſſimilantur deo ſecundū poſſe Sicut enī
deus eſt perpetuus ſic per generationeꝫ res ſunt
perpetue ſecundum ſpeciem Et ideo entia natu-
ralia agunt propter eſſe diuinum ſecundū quandā
participationem.
¶ Notandum tamen ꝙ ab hac operatione
ſecundū philoſophū et San. Tho. lec. 6. excipiū
tur tria ſcꝫ pueri Secūdo ſpadones ⁊ frigidi Ter
tio plāte et animalia que generāt ex putrefactiōe
ad quorū productionem ſecūduꝫ ſ. t. ſufficit agens
vniuerſale ſciꝫ virtus corporis celeſtis et materia
diſpoſita ſecus autem eſt in animalibus perfectis
Ex hiis ptꝫ ꝙ finis forma et efficiens coicidūt in
idem nnmero. Si dicas ex quo multi nō generant
an faciunt cōtra illud preceptū geneſis primo cre
ſcite et multiplicamini. Notandum ꝑterea ꝙ em-
pedocles dixit augmentationem et diminutioneꝫ
non eſſe ab anima ſꝫ ab elemētis vnde dicebat plā
tas augeri deorſum qꝛ partes terre deſcēdunt de
orſum augebantur autē ſurſum propter ignem qui
mouetur ſurſum. Difficile enim videbat quomodo
per nutrimentuꝫ auricule hominis augeātur quia
cum cibus deſcendat ad ſtomachum quid mouet
alimentum ſurſum ſcilicet ad caput hominis.
Sed empedocles male accipiebat ſurſum et deor
ſum ſcꝫ eodemmodo in nobis et in mūdo hoc auteꝫ
eſt falſum quia radix in plantis eſt ſurſuꝫ qꝛ ibi eſt
os earum in hominibns aūt os eſt ſurſum ꝑ reſpe-

ctuʒ ad vniuerſũ. vnde Ouidius 1°. met. Pronaqꝫ conſpectãt animalia cetera terram. Os hominis ſublime dedit celumqꝫ videre iuſſit et erectos ad ſydera tollere vultus Item ſi ĩ animali per elemẽtum vna pars moueretur deorſum et alia ſurſum tunc animal ſtatim diſſolueretur Et ideo dicendũ ꝙ motus nutrimenti naturaliter eſt ab anima vel potius animaliter Sed contra Groſſius et terreſtrius eſt nutrimentum inferiorum membrorum Dicendum ſecundum albertum ꝙ hoc non eſt ſemper verum niſi forte in ſenibus et mulieribus frigidis in quibus plus nutriũtur inferiora membra propter caloris defectum quia calor eſt inſtrumentum anime Et deficiente inſtrumento non ſũt bone operationes artis.

¶ Notandum preterea ꝙ philoſophi dicebãt motum augmentationis fieri ab igne quia videmus ꝙ ignis in lampade nutritur et augmentatur ſi habʒ combuſtibilia. Sed contra dicit philoſophus. Animal nõ poteſt ĩ ĩfinitum augeri ſicut ignis cui ſi appponantur infinita combuſtibilia in infinituʒ augetur Sed hic dicunt quidam ꝙ ſi augetur ĩ vna parte corrumpitur in alia Sed tunc ratio philoſophi parum valeret. ¶ Notandum preterea ꝙ alimentum debet eſſe contrarium ei quod alitur quia oportet ꝙ nutetur in alitum Motus autem fit de contrario in contrarinm.

¶ Tunc reſpondetur ꝙ ſunt tres partes potentie vegetatiue Nã alimẽtũ qđ eſt obiectũ potentie vegetatiue vel eſt ĩ potẽtia ad corpꝰ aĩatum Et ſic circa ipſuʒ eſt nutritiua ꝑ alimẽtum ꝯſeruãs aĩatũ Vel alimentũ eſt in potentia ſubſtantia generãs Et ſic circa ipſuʒ eſt potentia generatiua Vel per alimentum viuum acquirit debitam q̃titatẽ et ſic circa ipſum eſt potentia augmentatiua Et per hec patet ordo inter has potentias Nã primo eſt potentia nutritiua Secũdo augmentatiua. Tertio generatiua. Sicut inter eſſe et eſſe q̃tum ⁊ agere Et differunt nutritiua et augmẽtatiua quia q̃diu durat nutritiua tam diu ſaluatur indiuiduũ. Sed augmentatiua non agit per totam vitã Nutritiua etiam addit alimentum ſecundum longitudinem latitudinem et profunditatem Augmẽtatiua aũt agit ſecundum longitudinẽ Et ideo oportet ꝙ ſuꝰ calor ſit fortis Alias oſſa nõ poſſẽt augeri Nutritiua aũt magis agit ſecundum latitudineʒ et ideo poſt iuuentutem plus agit nutritiua q̃ augmentatiua Sed nonne ſemper eſt eque fortis calor in animali Dicenduʒ ꝙ in animali eſt duplex calor ſcʒ naturalis et nutrimentalis. Primus ẽ in humido Secundus in nutrimento et ideo ſemper habet aliquid de extraneo et ideo nõ eſt ita efficax ſicut in principio Et ideo poſt iuuentutẽ non ſufficit ãpliꝰ extendere et nutrire ſʒ nutrire tantũ. Et notãduʒ ꝙ tempus incrementi ſcđm Galienum et auicẽnã eſt tempus etatis puerilis qui ſunt calidi ⁊ humidi propter vicinitatem quam habet ab ſuam originẽ que eſt ex calido et humido que faciũt extenſiõeʒ Sed ſucceſſu temporis humidum exſiccatur Et indurantur membra Tamen non eſt calidum maius in iuuenibus q̃ pueris licet ſit acutius ſicut idem ignis acutiꝰ agit ĩ ligno q̃ in aqua vñ pueri pluſq̃ dimidium perficiunt ſue quãtitatis cõmuniter circa 7. ãnũ vide albertũ C.47.

¶ Notandum ꝙ predicte tres virtutes habẽt 4. alias ſubſeruientes ſcʒ appetitiuam/attractiuam digeſtiuam/et expulſiuam. Per primã animal appetit cibum per famen ex ſenſu euacuationis. Per attractiuam alimentuʒ vadit ad ſingula loca Digeſtio autem fit per calorem qui etiam attrahit cibum ſicut ĩ lãpade ſuggit oleum. Eſt etiã vis retentiua tenẽs alimẽtum vt decoquatur Digeſtiua aũt iuuatur calido et humido quia hec alterant et faciunt fluere vñ albertus ponit 4. digeſtiones. Prima fit in ore vñ triticum maſticatũ accipit virtutẽ maturationũ apoſtematum quã non habet cõtuſũ Secũda ẽ in ſtomacho vbi groſſũ a ſubtili ſeparatur vnde digeſtio oris hic perficitur Et ideo a quibuſdam dicitur prima et ſecunda in epathe vbi ſuccus de cibo elicatus trahitur per venas q̃ meſſarite dicũtur ad epar/et ibi rubeum ſanguinis accipit colorem et dirigitur ad venas in quarũ extremitatibus accipit tertiam digeſtionem et mutatur in albedinem et ſeparatur ab eo nimia aquoſitas q̃ ꝑ colatoria vrine emittit ĩ alijs ãt remãet cũ fece Quarta digeſtio fit in ſingulis mẽbris ad propriã ſimilitudinem mẽbrorum in plãtis autem quia terreſtres ſũt nõ eſt ſtomachus ſʒ eſt eis terra pro ſtomacho quia in terra ſub radicibus eliquatur humidum ꝑmixtum et ſubtile quidã ſuggunt radices et groſſum dimittũt et ideo ventre non indigent expulſiua autem expellit ſuperfluum ſiue ſit purum ſiue impurum et iuuatur per 4 ſclʒ per caliditateʒ que aperit et per humiditatem que reddit lubricitatem. Tercio ꝑ frigiditatem per accidens ꝓpter ventoſitatem que cũ impetu expellit ſupfluum et per ſiccitatem. Hec autem 4. vocãtur virtutes naturales eo ꝙ vt natura per iſtrumenta corporalia operantur et ſcias ꝙ ſẽper virtutis inſtrumentum et vehiculum eſt ſpiritus ſecundũ albertum ſi fiat ꝯparatio anime vegetabilis ad ſẽſibilem et rationalem tunc iſte vires vocãtur naturales et eſt nutritiua diffuſa per totũ corpus ſimiliter augmẽtatiua. Si queratur ex quo fit generatio Dicẽduʒ ꝙ ex ſuperfluo alimẽti vel ſi non ſit ſupfluuʒ fit ex eo ꝙ eſt neceſſarium et multum nocet Non fit autem ex eo ꝙ eſt actu animatum vt quidam dicunt quia tũc generare eſſet doloroſum qꝛ eſſet per diuiſionem Item actu pars non deciditur a toto corpore ſemẽ autẽ deciditur a toto corpore. Item videmus ꝙ ſemen arboris non eſt lignum et ſemen animaliũ nõ eſt caro nec os. ſʒ humor albus et ſalſus.

¶ Et notandũ ꝙ ſuperfluum alimenti organo virtutis generatiue imprimit alimento ſuperfluo virtutem formatiuam que cum deuenerit ad locuʒ debitum format ſemen in organicum corpus. in organo eſt virtꝰ attractiua ſeminis ad vaſa ſeminalia: Hec tamen omnia ſunt principaliter ab anima. Et per alias qualitates Calor enim ſpumoſũ facit ſemen Anima autem ſenſibilis licet preſupponat temperamentum qualitatum primarum in ſuis actionibbs Non tamen agit mediante calore.

De hijs ſan. tho. de po. q. 3. ar. 12. Et in fine prime partis.

¶ Contra hec arguitur inter ſpecies non eſt ordo ſed potentie ſunt ſpecies ergo nō habent ordinē. Item dictum eſt ꝙ intellectus eſt actiuū principium ſenſus hoc autem nō videtur quia ſenſus ſe habet vt diſpoſitio ad intellectum et vt ſubiectum et materiale quoddam prima pte q. 77. articulo 7. in beſtijs etiam eſt ſenſus et tamen ille non cauſatur effectiue ab intellectu.

¶ Secundo de prioribus prius eſt determinandum Sed phūs non prius determinat de potentia intellectiua ſed de vegetatiua ergo nullomodo intellectiua potentia eſt prior. Item itellectiua operatio dependet a ſenſu ſed illud a quo aliud dependet eſt pfectius.

¶ Tertio ar̄ ꝙ generare ſibi ſimile nō eſt naturaliſſimum operum in viuētibus quia hoc non conuenit animalibus imperfectis nec pueris quod autē eſt naturale cōuenit ſemper vnde ꝙtūcunq̄ lapis proijciatur ſurſum ſemper deſcēdit vt dr̄ 2°. ethicorum Item per frequentem generationē animalia efficiūtur breuioris vite ſcd̄m phūm ergo hoc non eſt naturaliſſimū opus Alias virtus virginitatis eſſet contra naturam.

¶ Quarto. Sequeretur ꝙ naturale deſiderium aīalium fruſtraretur quia p generationē appetūt eſſe quid perpetuum quod eſſe diuinū Et tū̄ poſt diem iudicij nulla animalia erunt preter hominē Item illud eſt naturalius quod ē magis proprium Sed nutriri ⁊ eē ē magis ppriū ꝙ̄ generare quia ē proprium quartomodo cōuenit enim omni ſoli et ſemper.

¶ Item dicit̄ ſēp tibi proximus eſto ſed per nutritionem homo conſeruat ſe et per generationē ſpeciē Item naturaliſſimū eſt appetere ſuū eē

¶ Quinto ar̄ ꝙ in animato non ſint predicte 3. potentie quia nutritiua ē in illo quod nutrit Sed alimentum ē illud quod nutrit quia ex eiſdē ſum⁹ et nutrimur Item potentia generatiua ē in ſemie Alias deciſo ſemine nō generaretur homo ſemē autem non eſt animatum ſed eſt ſuperfluum nutrimēti habens vim generatiuā ſibi impreſſam ergo potentia generatiua non eſt in animato Si enim ſemen eſſet animatum tunc eſſet vnum paruū animal deciſum ab oibus partibus.

¶ Sexto ar̄ ꝙ nutritio non ſit ab anima vegetatiua quia ē a calore et potētia nutritiua. Itē ignis nutritur per oleum et ignis generat ignē ergo nutriri et generare non ſūt ab aīa vegetatiua Et ex eodem argueretur ꝙ phūs male diffinit potētiam vegetatiuā ꝙ ē generatiua alteri⁹ ibi ſimilis ī ſpē quia hoc conuenit igni et deeſt mulo que tamē habet animam.

¶ Septimo ar̄ ꝙ nutritiua nō diſtinguat̄ a generatiua q̄r hȝ idē obiectum ſpecieq̄ eadē e forā ſpē que fit per nutritionem et que fit per generationē Forte dicis ꝙ potentia nutritiua agit in materia coniuncta generatiua autem in materia ſeparata Contra hoc non diuerſificat potentias quia idem viſus videt colorem ſeorſum exiſtentem et coniuncti alteri Item nutritio eſt quidam motus quia omnis potentia actiua tranſmutat alterum inq̄tum alterum. Sed non eſt motus localis nec preciſe alterationis ergo eſt generatio vnde nutritiua ex materia nutrimenti quam conuertit in ſubſtantiā aliti producit ſubſtantiam Forte concedis ꝙ realiter ſunt vna potentia. Contra tunc ſicut aliquid nutrit ſe ita etiā generet ſe.

¶ Octauo ar̄ ꝙ augmētatiua nō differūt ab alijs q̄r diminutio animalis nō ē a ſpeciali potētia ergo nec augmētatio Per hoc enim ꝙ nutritiua pl⁹ conuertit ꝙ̄ de pditū ſit ſeq̄tur augmētatio. Item hȝ idem obiectum cum alijs ſcȝ alimentū Forte dicis ꝙ ē aliud formaliter quia eſt obiectū augmētatiue vt ē potentia caro q̄ta. et nutritiue vt ē in potētia ſubſtantia mēbrorū Contra ſequeretur ꝙ genere differret a nutritiua q̄r obiectū ſuū ē alteri⁹ generis ſcilicet q̄titas Itē q̄titas eſt accidēs ergo obiecta iſta non differūt niſi ſcd̄m accidēs.

¶ Nono vel iſte potentie ſunt eiuſdem ſpeciei in omnibus vel non Si primum tunc quodlibet animal haberet potentiam generandi quodlibet aliud animal Si ſecundum. Contra potentia diſtinguuntur per obiecta ſed habent idem obiectum et eoſdem actus ſpecie. Item eſt idem radius ſolis qui indurat et liquefacit. Item tunc in homine oporteret ponere plures nutritiuas ⁊ generatiuas per quas nutriretur os et nerui quia iſti ſunt diuerſi termini Forte dicis ꝙ reducuntur ad vnum Contra omnes potentie reducuntur ad vnum ſ. ad cor et tamen non ſunt vna. Item per eandem potentiam nutritiuam fiunt 4. digeſtiones ſupra poſite licet ſint diuerſe Item p potentiam augmētatiuā fit motus localis q̄r auctum maiorē locū occupat ⁊ per nutritiuam cibus mouetur localiter ad ſua loca ergo ab eadē potētia ſūt diuerſi actus.

¶ Decimo vel nutritio ſemper eſt q̄diu animal viuit vel non. ſi primū. Contra ſicut dicit̄ in 1. de ſō. ⁊ vi. agētia indigēt requie viſ⁹ enim fatigat̄ ⁊ aīalia indigēt ſō. et dicit alber et auicēna ꝙ ſerpētes vel glires per quattuor menſes in hyeme nichil commedunt et vrſa abſcondit ſe per 40. dies et aliquā do per multos menſes Si ſecundum Contra in primo degente dicitur ꝙ animal nutritur donec augmentatur Et per hoc differt nutritiua ab augmentatiua.

¶ Undecimo Nullus eſt motus nutritionis ergo nec potentia nutritiua. Antecedens patet quia idem eſt motus et motus vnus. Sed in nutritione non eſt vna digeſtio ſed plures.

¶ Item q̄tum additum q̄to facit maius Si ergo per nutritionem aliquid adueniret ſequeretur ꝙ nutritio eſſet augmentatio. Item nullus mot⁹ naturalis eſt ad diuerſos terminos Sed nutritio fit ſurſum et deorſum Item econuerſio nutrimenti ī ſubſtantiam aliti eſt generatio. Forte dicis ꝙ non quia in generatione oportet ꝙ ſit nutritio toti⁹ ⁊ nō tamē partis. Contra idem eſt motus totius et partis ſcd̄m phi. Item queritur in quo eſt iſte mot⁹ nutritionis ſi in animali ergo animal quod nutrit̄ mutatur de cōtrario in cōtrarium q̄r omnis motus eſt de cōtrario in ɔtrarium. Item animal manet ſē per eiuſdē ergo in ipſo non eſt motus nutritionis

Item nutrimentum mouetur ⁊ eſt patiens ergo in eo ē mot⁹ nutritionis. Forte cōcedis. Cōtra tunc nutrimētum diceretur nutriri q꞉ habet motū nutritionis. Itē nichil mouetur motu iſto niſi animatū. Item totū nutrimētum in receſſū emittitur vt habetur in euangelio Omne quod in os itrat ⁊c. ergo in eo non eſt motus nutritionis. Itē agēs repatit i agēdo ergo i eo ꝗ nutrit ē mot⁹ ab alito ꝯtra phi.

❡ Duodecimo vr̄ augmentatiua eſt eiuſdē ſpeciei in omnibus hominibus vr̄ nō ſi primū ergo omnes ſūt eiuſdē ꝗtitatis q꞉ omniū natura ꝯſtantium eſt certus termin⁹ augmēti vt hic dicit phi. Item potentia augmētatiua eſt de genere ꝗtitatis q꞉ act⁹ et potentia ſunt in eodē predicamento ſ꞉ ꝗtitas nō eſt actiua ergo nulla eſt potētia augmentatiua Item ſi talis ponatur potētia naturalis augmētatiua tunc animal ſēper deberet augeri vr̄ oporteret ꝙ homo poſt iuuētutē perderet illam potentiā Forte cōcedis Cōtra ignis fortificatur per appoſitionē ꝯbuſtibilium ergo ꝗto homo plus creſcit tāto iſta potētia eſt fortior Forte dicis ꝙ manet ergo erit ocioſa. Sed dices ꝙ poſtea eſt cauſa diminutionis ſicut audit⁹ eſt de ſilentio ceſſante ſono. Cū enim motus diminutionis nō ſit volūtarius nec violentus oportet ꝙ ſit a pīcipio ītrinſeco. Contra idem inꝗtum idē ſēper natū eſt facere idem

❡ Tertiodecimo arguitur ꝙ ſūt plures potentie vegetatiue ꝗ tres. quia virtus attractiua nutrimenti eſt vera potentia. Et ſimiliter retentiua attracti. Digeſtiua retēti et expulſiua ſuperflui. Nō enim ſunt in alia ſpecie qualitatis ꝗ in ſecunda. ergo ſunt potentie Non enim ſunt actus. Item ꝓbatur ꝙ generatiua non eſt finis aliorum q꞉ vt dictū eſt non in oībus eſt generatiua. Forte dicis ꝙ attractiua continetur ſub nutrictiua cōtra. In generatiua etiam eſt attractiua. Et in plantis eſt nutritiua et non digeſtiua quia non faciunt digeſtione꞉ nec expulſionē ſuperflui. Niſi forte dicatur ꝙ cortex ſit illud ſuperfluu꞉. Sed contra nō habent organū digeſtiue vr̄ expulſiue ꝗ nō hn̄t pōa꞉ iſtam

❡ Quartodecimo ar̄ ꝙ generatio ſit per ſemē aīmatum in pīcipio quia ypocras dicit ꝙ per deciſionem vene que eſt iuxta aures gn̄atio ipeditur ergo ſemē eſt pars animalis Ite꞉ dicit ꝙ quidā e qu⁹ quia nimis vacabat generationi iuētus eſt ſīi cerebro. Item fili⁹ dr̄ eē de ſubſtantia patris et h꞉ ſīlia accn̄a cū patre ergo fuit pars patris vnde aliquādo eſt lepros⁹ ſicut pater. Ite꞉ in parte animalis ānuloſi deciſi eſt anima ergo multo magis in ſemine deciſo.

❡ Ad primū dicitur a S. T. ꝙ ſpecies cōſiderate ſcd̄m eē earū hn̄t ordinē Nō aūt ſi cōſiderētur ſcd̄ꝫ pfectionē gn̄is. Si queratur an ergo homo ⁊ aſin⁹ per reſpectum ad aīal ſint eiuſdem perfectionis. Si ſic videtur ꝙ illo modo ſint eiuſdē ſpei de hoc ī logica Ad aliud dicitur ꝙ primū eſt cauſa aliorum vt dicitur 8. phiſico. Et ideo anima intellectiua eſt quoddammodo principium actiuum ſenſus Sicut forma accidentiū cōpoſiti. Si queratur an omnes potentie anime ſint in anima ſubiectiue dicendu꞉ ꝙ omnes ſunt in anima tāꝗ in principio ſed ille ꝗ excercentur per organū corporeum ſunt in compoſito vt viſus et auditus.

❡ Ad 2m. patet per diſtinctionem de priori. Nec inconuenit ratione ſubiecti intellectiuam operationem depēdere a minus nobili.

❡ Ad tercium dicitur ꝙ ab illo philoſophus excepit imperfecta et orbata et non habentia ſpontaneam generationem vnde genita ex putrefactiōe dicuntur habere ſpontaneam generatione꞉ vt mures in domo quia non apparet determinatū agēs a quo fiant neceſſario Homo autem dicitur aliquid ſponte agere quando a nulla cauſa neceſſitatur. S꞉ nōne naturaliſſimū op⁹ muriū ē gn̄are. orbata Et animalia imperfecta vt ſerpentes generant Et plante Sed hec non ſunt imperfecta ſecundū ꝗtitatē Orbata autem ſūt eunuchi et caſtrati ꝗ carent principio. Ad aliud dr̄ ꝙ eſſe ſpei prolongat᷑. Et hoc eſt meli⁹ Si dicatur ſpes non eſt niſi ꝑ operationem intellect⁹ ſicut nec alia vniuerſalia ergo eſſe ſpeciei nō eſt melius ꝗ eſſe indiuidui dato ꝙ capiatur eſſe ſpecie ſecūdū ꝙ eſt perpetuū Dicendum ꝙ fundamentū ſpeciei eſt natura realis.

❡ Et notandū ꝙ generare nō dicitur naturale ſicut aer quaſi cōponatur ex materia et forma Sed quia res ad ipm̄ habet inclinatione꞉ nal̄e dubitāt ꝗdā an demones poſſint gn̄are ſaltē eo modo quo femina generat q꞉ multi dicūt ꝙ non habent potētiam generādi act iuā. licet ſit eiuſdem ſpeciei cū viro Sed de hiis alias. Cū determinabitur de nutrimēto An debet eſſe ſimile vbi dicetur ꝙ āte decoctionem eſt diſſimile et ſolū ſimile in potētia nō remota ſed propinqua.

❡ Ad quartū dr̄ ꝙ omnia ſūt propter hoīem et iō intētio nature nō ex toto fruſtratur Nec ꝑ hoc deſtruitur virginitas quia vacare contemplationi eſt nobilius opus ꝗ generare cum in iſto conſiſtat hominis beatitudo vnde decimo ethic. dr̄ ꝙ homo ſecūdum intellectū operās eſt deo amātiſſimus et ſimilimus et. S. T. I. parte. q. 92. ar. I. in animalib⁹ eſt aliquid nobilius generatione videtur ergo ꝙ ſit naturalius etiā vt naturale diſtinguitur contra violentum quia natura facit de ꝑoſſibilibus quod melius eſt. Negatur conſequentia Sed contra terminus generationis eſt ꝑfectior ꝗ terminus intellectionis q꞉ ſubſtātia eſt pfectior accidēte ⁊ per idem ar̄ ꝙ generare eſt nobilius ꝗ ſētire quid tamen eſt falſū. Item per intellectionē res non perpetuantur ſicut ꝑ generationē per quam tamē aliquo modo aſſimilātur deo in intelligēdo ide tamē nobiliſſima operatio eſt intelligere. Et ideo dicēdum ꝙ nobilitas motus nō ſemp eſt ex termino ſ꞉ aliquādo ex obiecto modo obiectū itellectionis nr̄e ē de⁹ ⁊ ſēſationis ſbā ſaltē ꝑ accidens.

❡ Ad quītū dr̄ ꝙ animatū nutrit ſe per alimentu꞉ Vnde duplex eſt alens. Primū eſt ipſa anima proximum autē eſt potētia vegetatiua illud autē quod alitur eſt corpus. Alimētum vero eſt illud quo alitur iſtrumentaliter. Nec in ſemine eſt principalis potentia ſed quedam virtus potentie generatiue vnde potentia generatiua nō immediate attingit

genitum ſed ſemen cui dat ꝟtutem quamdā forma tiuam vnde ſemen patris facit omnia membra et durat iuxta ſemen mulieris donec ītroducatur ani ma ſenſitiua ⁊ tunc euaneſcit licet anima nō intro ducatur in ſemine paterno quod non agit ī ſeipſū.

¶ Ad 6m. ptȝ per ideȝ nec ignis proprie nutritur nec generat qꝛ generare eſt ꝑ emiſſionem ſeminis vł alteri⁹ aliud ꝓducere. Nec ignis ī ſeipſo aliqd recipit ⁊ ideo nō nutritur ꝓprie Sȝ adhuc dubitaꝛ cōtra rationē phi. qꝛ Primo phi. dr̄ ꝙ ētia nālia ſūt detminata ad maximū ⁊ minimū ergo ignis ꝑ combuſtibilia nō poteſt in īfinitū augeri. Dicēduȝ ꝙ ſecūdum phi. omnia elemēta nō poſſūt mutari ī ignē et ideo dr̄ in īfinitū augeri ideſt multo plus poteſt augeri ꝙ̄ animalia vnde regnāte ex vna pte ꝯſtellatione generāte ignē tūc ex alia parte corrūpiꝛ ꝑ ꝯſtellationē frigefactiuā Sȝ ſecluſo agēte extriſeco dubiū videtur an ignis poſſit in īfinitū augeri ꝑ appoſitionē ꝯbuſtibiliū. Quibuſdā videtur ꝙ ſic qꝛ ignis ſucceſſiue poteſt habere īfinitas ptes ergo ⁊ ſimili tenet ꝯn̄a qꝛ ens ꝑmanēs eſt talis nāre ꝙ nō repugnat ei habere omnes ptes ſuas ſimul Itē ſecluſo extrīſeco cuilibȝ igni poteſt ali⁹ ignis ꝯtinuari et ꝑ talē addicionē ignis eſt maioris ꝟtutis ergo nichil ei⁹ corrūpiꝛ. Itē quilibȝ ignis adhuc poſſet rarefieri. Sȝ hoc ab aliis negatur qꝛ alias vna faba poſſet replere totū mūdum

¶ Ad 7m. dr̄ ꝙ nō eſt ſimile de colore qꝛ vis⁹ nō fertur in colorē vt eſt ſubſiſtēs. Nutritio autē nō eſt ꝓprie generatio ſȝ eſt ab alia potētia ſicut artifex ꝑ diuerſa īſtrumēta ꝓducit diuerſas res. Quidā tamen dicūt ꝙ eſt quedā partialis generatio.

¶ Ad 8m. dr̄ ꝙ diminutio eſt ab aīa a ꝟtute augmētatiua deficiēte De alio dubiū eſt ī quo p̄dicamēto ponatur potētia augmentatiua. Uidetur eni ꝙ ſit naturalis potētia Et ꝑ ꝯn̄s in p̄dicamēto qualitatis Sed ꝯtra vires aīe ſūt ſupra vires naturales ergo nō debēt dicit naturales dicit S. T. 1. parte. q. 78. ar. 2. ad. 1. ꝙ potē⁹ iſte dicūtur naturales qꝛ habēt effectū ſimilē naturale ſed altiori modo. Si queratur in quo predicamento eſt potētia nutritiua Dicēdū ꝙ nō eſt ī predicamēto ſubē cū nec ſit materia forma nec compoſitum Sed de hiis ſupra

¶ Ad nonū dicitur ꝙ ſpecie differūt Nec hn̄t idē obiectum ſpecie.

¶ Ad decimū dr̄ ꝙ aīa nō eſt ꝑ magnum tēp⁹ ſine nutritione occulta vł manifeſta vł diſpoſitione ad nutritionē ¶ Ad vndecimū dr̄ ꝙ mot⁹ alterationis ē in alimēto nutritio autē eſt in aīali ſcd̄m ꝙ aliud corpus ſibi iungitur ⁊ eſt motus animalis vel naturalis procedens de contrario ex parte nutrimenti quod eſt quodāmodo contrarium diſpoſitioni animalis Et concedo ꝙ animal quod augeꝛ mouetur in propoſitione autem euangelii eſt diſtributio pro generibus ſingulorum.

¶ Ad 12. patet ex dictis Et nota ꝙ calor hominis ſe habet ſicut vinū cui ſi mltū addatur de aqua tūc debilitatur. Sic etiam calor naturalis debilitatur agendo in hūidū radicale aliqualiter corrūpendo ipſū a quo repatitur. Et propter hoc colerici aliqn̄ diutius viuūt Sed de hoc alias.

¶ Ad 13. diciꝛ ꝙ iſte nō ſūt proprie potētie ſcȝ prīcipales ſed ſub ſeruiūt aliis vt dicit Albertus Et Notandū ꝙ tres potētie poſſūt dupliciter ordinari ſcȝ reſpectu indiuidui et tunc generatiua eſt prima deīde nutritiua ⁊ 3o augmētatiua Sed reſpectu ſpeciei generatiua eſt vltima cui ſubſeruit augmētatiua.

¶ Ad 14 dicit S. T. de po. q. 3. art. 12. ad 8. ꝙ cum ſperma ſit quedā ſuperfluitas ideo hȝ quaſdā proprias vias quibus interciſis generatio impeditur. Si dicatur ergo etiā carēs digito nō poſſet generare quia ſemē oportet eē deciſū ab oībus partib⁹ Negatur ꝯn̄a Ad aliud dr̄ ꝙ ꝑ nimiā frequentationem pars aīalis reſoluiꝛ in ſemē Ad aliud dr̄ ꝙ ſemē in potētia ē de ſubā pr̄is. Si q̄ratur in digeſtione accipiꝛ ſemē Dicitur ꝙ in 3a ex ſupfluo. Ad aliud dicitur ꝙ egritudines filiorū prouenīunt ex in diſpſitione ſeminis propter egritudinē parētuȝ Si dicatur ſicut ſemē eſt ex ſuperfluo ſic ēt capilli Sed in capillis hoīs ē aīa rationalis quia creſcūt ergo eſt in eis aīa Et nō niſi rationalis cū in hoīe ſit tm̄ vna aīa Et hoc dicit S. T. in 4. d. 44. q. 1. ar 2o q. 3. ad 3. Sed ex hoc ſatis ꝙ nō eſt ſile de ſemine quia ſemē nō creſcit concedo tn̄ ꝙ in embrione eſt anima vn̄ phūs dicit ꝙ embrio primo viuiꝛ vita plāte. Sed contra plāta habet ramos et radices. Nō aūt embrio. Dicēdū ꝙ hoc nō eſt ſēper verū vt patȝ de oſſibus in quibus eſt vita plante id eſt aīa vegetatiua. Si queratur an embrio ſit aīal videatur S. T. de potētia q. 3. ar. 9o. ad 9. et 10. Dicit tn̄ ibidem ad 16. ꝙ virtus formatiua que in prīcipio eſt in ſemine manet aduenīēte aīa rationali et que prius fuit formatiua corporis fit poſt modū corporis regitiua. Sed aliter videtur 1a. p. q. 116. ar. 1. ad. quartum.

AD 3m. ſic ꝓceditur videtur ꝙ ſenſ⁹ non ſit potentia paſſiua qꝛ qd̄ eſt principiū ſuarū operationū eſt potētia actiua Sȝ ſēſus eſt principiū operatiōis et agendi Et ſenſatiōis ergo ē po⁹ actiua. Sȝ contra eſt philoſophus.

¶ Reſpōdeo dicēdū ꝙ duplex eſt potētia ſcilicet eſſētialis que ē ad actū primuȝ ⁊ ſic ille qui nihil ſit eſt in potentia ad ſciendum. Alia eſt accidentalis et ſic ille qui habet habitū ſcientie dicitur habere actū in potētia. Prima vocatur remota. 2a propria Et cum prima ſtat habitus oppoſitus. Non autem cum ſecunda. ¶ Tunc dicitur ꝙ ſenſus eſt potentia paſſiua. Pȝ quia ſenſus recipit ſpēs ſēſibiles ab obiecto Sed recipere eſt quoddam pati. Pro quo notandum ꝙ duplex eſt paſſio ſcilicet corruptiua et perfectiua corruptiua eſt receptio forme in ſubiecto cū abiectione alicui⁹ perfectionis vt cū aqua caleſit Perfectiua vero oppoſito modo diffinitur vt cū quis ſit ſciens et talis paſſio nō eſt proprie alteratio ſȝ īproprie Vn̄ in tertio de anima dr̄ ꝙ intelligere eſt quoddā pati ſecundū ꝙ exire de

ocio in actũ eſt nouum genus alterationis vt dicit S.T. in 1.d.37.q.4.ar 1.ad 2m. Si dicatur intellectus mutatur de cõtrario in cõtrariũ ſcꝫ de errore in ſciẽtiã vel ecõuerſo ergo ibi eſt ꝓprie motus negatur cõſequẽtia qꝛ accidit ſciẽtie ꝙ error preceſſerit. Sꝫ contra accidit colori ꝙ frigiditas preceſſerit ergo motꝰ ad calorem non eſt proprie alteratio. Sꝫ de hoc 7.phi. Secũdo ꝓbatur qꝛ ſi ſenſus eſſet potẽtia actiua tũc poſſet ſentire ſine obiecto qꝛ qñ patiens eſt actiuum ꝟtus actiua ſufficiẽs eſt ſeipſa ad agenduꝫ ſicut ignis ad calefaciẽdum ita ꝙ ſi ignis eſſet patiens tũc etiam poſſet cõburere ſe ſi eſt actiuus. Et ſi queratur a quo reducitur ſenſus de po. ad actũ. Dicendum ꝙ a proprio obiecto quod non eſt mouens ⁊ agens reſpectu ſenſus. Si autem queratur. A quo producitur iſta potentia dicendum ꝙ a generante vł fluunt ab anima vt ſupra tactum eſt. Preterea ſciendũ ꝙ ſenſus in actu non eſt ipſa ſenſibilia ita ꝙ eis ꝯponatur ſicut putabant antiqui qꝛ alias ſenſus poſſet ſentire ſine obiecto per ſuas partes ex quibꝰ ꝯponitur.

¶ Circa hec S.T. mouet tres dubitationes Prima an ille qui accipit ſcientiam fiat ſemꝑ ſciens a magiſtro et ptꝫ ꝙ non de primo ſciente qꝛ alias ꝓcederetur in ĩfinitum. Dicenduꝫ ꝙ ibi ſemꝑ eſt doctor extrĩſecus vł ĩtrinſecus ſcꝫ ĩtellectꝰ agens vel lumen naturale vt cũ quis per ſeipſũ ĩuenit ſcientiam. Secũdo dubitatur an ſenſꝰ ſit ſingulariũ tm̃ ſci ẽtia vero vniuerſaliũ. Dicẽduꝫ ꝙ ſenſũ eſſe vniuerſalium poteſt dupliciter ĩtelligi vno modo quo ad ſuam operationem ſentiendi ⁊ ſic eſt ſingulariũ vnde nichil videt niſi ſingulare.

Alio modo quo ad potentiã: Et hoc dupliciter ſcꝫ ſubiectiue et tunc notũ eſt ꝙ potentia ſenſitiua eſt ſingularis alio modo obiectiue. Et hoc dupliciter ſcꝫ per ſe et ſic eſt ſingulariũ quia eſt virtus in organo corporali exñs et ideo materialiter recipit ſimilitudinem obiecti. Et per ꝯñs ſingulariter. Alij dicũt ꝙ ſi in ſẽſu cõſideretur ratio obiecti tunc ſenſus eſt vniuerſaliuꝫ: alias non eſſet vna potentia viſiua oĩm colorũ Tamen ſi conſideretur obiectuꝫ ipſum quod ſẽtitur ſic ſenſus eſt ſingulariũ.

¶ Contra hec arguitur. Primo ꝙ ſunt plures ſēſus q̄ʒ 5. quia ſupra dictum eſt ꝙ ſunt duo tactus. Item nō eſt notum ꝙ nos habeamus omnes ſēſ⁹ qꝛ animalia vt canes ſētiūt aliquos odores quos non ſentimus inſequēdo leporem ergo videtur ꝙ in eis ſit aliquis odoratus qui non eſt ī nobis ſicut in nobis eſt aliquis ſēſus qui nō eſt in alijs animalibus ſcʒ quodlibet animal habeat mediū itriſecū et extrinſecum. Itē in talpa eſt ali⁹ q̄ʒ ſit in nobis quia nos nō videmus opto oculo talpa auteʒ ſētit non obſtante ꝙ habeat oculum coopertum. Forte dicis ꝙ nō Contra tūc natura fruſtra ſibi dediſſet locum oculorum et cutem ſuper oculos Hoc enim factum eſt ne oculus eius a terra ledatur.

¶ Secundo viſio hominis et viſio equi ſp̄e differt ergo ſunt plures ſenſus ſpecie q̄ʒ. 5ᵉ. Añs pʒ quia viſus hominis eſt ī anima que indiuiſibilis eſt viſ⁹ autem ſerpentis eſt in aīa diuiſibili. Iteʒ virtutis organice ſunt diuerſe quaruʒ organa ſunt diuerſa ſed animalia reſpirātia ⁊ non reſpirantia habent diuerſa organa ergo habent diuerſum olfactum Item ea que ſunt eiuſdē rationis poſſūt equari ſʒ nūq̄ʒ homo et linx poſſunt equari qꝛ linx ſēper melius videt qꝛ nos aper auditu ⁊c. ſi dicas viſus lincis eſt ꝑfectior in eſſe qualitatis nō aūt in eē viſus hoc nil valet qꝛ quero in eē cui⁹ qualitatis eſt ꝑfectior Item poti⁹ dicendū eſt oppoſitum.

¶ Tertio arᷣ ꝙ ſunt duo viſus qꝛ viſus hʒ duo obiecta ꝑ ſe primo ſcʒ colorem et lucē ergo nō eſt vna perſona Forte dicis ꝙ viſus ꝑ ſe primo cognoſcit lumen Contra obiectum primū ipſius potētie extendit ſe ad omnia cognoſcibilia ab illa potētia ſʒ non omne viſibile eſt lumen ergo eſſe viſibile non per ſe primo cōuenit lumini quia qᵭ cōuenit alicui ꝑ ſe primo conuenit ſibi conuertibiliter Forte dicis ꝙ ſenſus viſus eſt vnus quia illud quod principaliter videtur eſt vnū ſcʒ lumē quod pōt dici videri ꝑ ſe primo qꝛ videtur ſine alio et non ecōuerſo. Sed contra Hoc modo poſſet dici ꝙ ſēſus tactus eſt tm̄ vnus quia principale tāgibile eſt vnū ſcʒ caliditas

¶ Quarto arᷣ ꝙ vnitas et multitudo ſenſuū non eſt ex obiecto. quia effectus non eſt perfectior ſua cā ſed potentia eſt magis vna q̄ʒ ſuū obiectum quia ſuū obiectum eſt vnū vnitate gn̄is vel ſpēi potētia autem habet vnitatem realem. Item potētie ſp̄e diſtincte pn̄t habē eūdē actū. quia lux ſolᷣ ⁊ calor producunt eundē calorē ſpecie et ſimiliter motus localis. Item ſol et homo generant eūdē homineʒ Et aliqn̄ eadē potētia pōt ī diuerſa obiecta vn̄ idē

calor indurat lutũ et facit ceram mollem.
¶ Quinto arguitur ꝙ ſenſus diſtinguũtur per organa et per media quia hoc modo phũs ꝓbat hic numerũ ſenſuũ. Primo ſcilicet ex parte mediorum ſecundo ex parte organorum vel inſtrumentorum. Tercio ex parte ſenſibilium. Item hoc modo diſtinguit albertus.
¶ Sexto quodlibet ſẽſibile per ſe habet propriũ ſenſũ ſed ſenſibilia cõmunia ſũt ſẽſibilia ꝑ ſe ergo habent proprium ſenſum vel detur ratio quare ſenſibilia per ſe cõmunia nõ ita bene diuerſificant potentias ſicut ſenſibilia per ſe propria Itẽ vnus eſt intellectu circa omnia intelligibilia ergo per vnũ ſenſum poſſumus cognoſcere oĩa ſẽſibilia.
¶ Septimo ſenſus interiores ſunt diſtincte potẽtie et tamen oẽs habent idem obiectũ quia nichil eſt obiectum ſenſus coĩs quin ſit obiectum ymaginatiue. Item aliquando vnus ſenſus eſt circa duo obiecta vt viſus circa lucem et tenebras. Itẽ oĩs ſenſus eſt intra carnem ergo oĩs ſenſus eſt interior ſenſus etiam tactus eſt in corde ſecũdũ auicẽnam.
¶ Octauo arguitur qꝛ ſẽſus exteriores diſtiguuntur ex parte organorum vel ex parte mediorꝫ. ſꝫ media non ſũt niſi tria ſcꝫ aqua caro ꝛ aer. Forte dicis ꝙ ſẽſus diſtinguntur ꝑ diuerſos modos inuitendi a ſuis obiectis vnde calor cauſat imutationem naturalem et ſpiritualem qñ tangitur. Cõtra duo ſũt ſenſus tactus vt ſupra dictum eſt et tamen non eſt niſi vnius modi imutandi. Forte dicis ꝙ ſenſus tactus ſũt duo qꝛ qualitates tangibiles nõ ſunt eiuſdem generis primi. Contra vnus viſus eſt circa colorem et lucem et tamen iſta non ſunt eiuſdem generis primi nec ſenſus diſtiguntur per organa qꝛ quilibet ſenſus eſt in eodem organo cũ tactu qꝛ tactus eſt fundamentum ad omnes ſenſus Itẽ idem tactus ſẽtit caliditatem et dolorem quando neruꝰ diuiditur ꝛ tamen iſta ſũt diuerſa obiecta viſus etiã per ſe cognoſcit colorẽ et magnitudinem que ſunt diuerſorum generum. Sẽſus etiam cõmunis ꝑ ſe cognoſcit magnitudinem et figuram que ſũt in diuerſis ꝑdicamentis et tamen eſt vnus ſenſus ergo potentie nõ diuerſificãtur ꝑ obiecta. Forte dicis ꝙ tactus nõ ꝑcipit dolorem primo ſꝫ qualitates primas que ſunt eius obiectum. Cõtra ita bene percipit dolorem ſicut viſus ꝑcipit colores medios.
¶ Nono arᷓ ꝙ medium imutatur realiter et naturaliter a calore qꝛ naturaliter imutatur a calore et frigiditate ſꝫ color ſequitᷣ ex cõmixtione iſtarũ qualitatũ ergo in aere poteſt eſſe color et hoc patet in nubibus quas nõ videremus niſi eſſẽt colorate itẽ
¶ Ad primũ dr̃ ſuperius. Ad aliud dicũt quidã ꝙ per olfactum ꝑcipimus omnem odorẽ ſꝫ non ſcimꝰ diſcernere ꝓpter propinquitatem noſtri oderatus ad cerebrum in omnibus tamen iſti ſẽſus ſunt eiuſdem ſpeciei licet ſubiecta differant ſicut caliditas eſt eiuſdem ſpeciei in igne et in lapide De talpa dicit albertus libro 22. de animalibus ꝙ habet loca oculorum ſꝫ non oculos. Alius dicit ꝙ ſub pellicula habet paruum lumen quo videt ſe eſſe extra terram fodendo natura ſolers et ſollicita ſecundum albertum hic c. 131. operuit oculos pelle qꝛ cibũ venatur ſub terra et ſepe eſt in ea ideo non poteſt ferre magnam lucem ſolis quando exit.
¶ Ad ſecundũ dicitur ꝙ viſio hominis non eſt anime ſed in potentia que eſt in compoſito ex anima ꝛ corpore. Et in eodem eſt ſpecies ſenſibilis. Sed contra ſupradictum eſt ꝙ ſpecies ſenſibilis eſt ſine materia ergo non eſt in compoſito ex materia ꝛ forma ſed eſt coniuncta materie dicendum ꝙ ſolus intellectus abſtrahit a materia ſenſus tamen dicitur eſſe ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia propter materiam ſupra poſitam. Ad aliud patet ex dictis et magis patebit inquirendo de ſenſibus interioribus hominis et aliorum animalium an ſint eiuſdẽ ſpeciei.
¶ Ad tertium dicitur ꝙ obiectum viſus eſt color vt eſt quoddam magis commune ad calorem ꝓprie dictum et ad lucem Sed vtrũ de iſtis dicatur color vniuoce videtur ꝙ non quia in primo de anima. t. c. 8. dicitur ꝙ ratio animalis ſecundum vnumquodqꝫ eſt altera ergo ratio coloris et iaꝫ eſt altera id eſt equiuoca Reſpondet albertus ibidem ꝙ illa greca tranſlatio eſt incorrecta vnde in arabico dicitur vtrũ vna ratio ipſius anime ſit ſicut animalis aut ſit ſecundum vnumquodqꝫ altera Vel dicitur ꝙ ratio coloris vt generis eſt vna ſed ſecundum eſſe qđ habet in diuerſis ſpeciebus eſt altera. Si dicatur nulla potentia vna extendit ſe ad corruptibile et incorruptibile ſed lux ſolis et incorruptibilis et non color negatur primum quia intellectus intelligit corruptibilia ꝛ incorruptibilia que genere phiſico differunt.
¶ Ad 4^{m}. ſupra dictũ eſt Nec incõuenit duas potentias habere eundeꝫ actum tranſeũtem nõ aũt imanentem Et eadem potentia propter diuerſam diſpoſitionem paſſi producit diuerſos actus tranſeuntes.
¶ Ad 5^{m}. dicitur ꝙ ille diſtinctiones non ſunt prime diſtinctiones potẽtiaꝝ ſed tm̃ a poſteriori Sed de hoc non curamus. vide albertum in. ſecundo de anima, tractactu. quarto capitulo. 2. et 3. et quarto.
¶ Ad 6^{m}. dicit S. T. 1. parte. q. 78. ar. 3. ad. 2. ꝙ ſẽſibilia communia per ſe. non per ſe primo immutãt ſẽſũ ſed rõne qualitatis vt ſupra dictũ eſt licet etiã figura ſit qualitas tñ non per ſe primo imutat ſenſum Ad aliud dicitur ꝙ intellectus eſt potẽtia magis vniuerſalis et magis abſtractus et ideo omnia intelligit.
¶ Ad 7^{m}. dr̃ ꝙ diuerſi ſenſus habent idẽ obiectũ materiale ſed non formale nec viſus eſt circa tenebras per ſe. Ad aliud dr̃ ꝙ ſenſus non dicitur exterior quia ſit extra animal ſed quia percipit ſua ſenſibilia nõ mediãte alio ſenſu et dr̃ ꝑticularis qꝛ ꝑcipit tantum vnũ genꝰ ꝓpriorũ ſẽſibiliũ Sed adhuc Dubitatur de tactu an ſit tm̃ in neruis quia auicẽna dicit ꝙ non debet putari ꝙ ſentiens eſt neruus ſed neruꝰ reddit ſẽſuꝫ tangibilem alteri mẽbro qđ eſt caro Alias oporteret neruum eſſe expanſũ per totum et ſic quelibet pars hominis eſſet neruoſa. Item paralitici nõ perdunt neruos nec habentes apopletiam et tamen in aliquibus partibus corporis nõ ſentiũt per tactum. Os etiam ſentit ſi ſcin-

ḋatur et tamen os hominis non eſt caro nec habet neruum vt patet in dentibus ergo tactus non ſolū fit per carnem nec ſolū eſt in neruo. Sʒ illud quod ſupra dictum eſt videtur eſſe magis cōſonum ari. Et tūc dicitur ꝙ ſi os tangatur hoc ſentimus ſicut ſi tangatur clipeus.

¶ Ad octauū ſatis patet ex dictis Sed ad .9m. dicitur ꝙ licet in aere poſſet generari color remiſſus tamen tunc nutriretur aer in corpus mixtuʒ.

AD ſecūdum ſic proceditur videtur ꝙ nō ſint plures ſenſus ĩteriores quia tunc ſuperfluerent ſenſus exteriores cum omnia poſſint cognoſci ꝑ vnum ſēſum interiorem cōmunem. ſʒ ꝯtra eſt philo.

¶ Reſpondeo dicēdum ſecūdū. S. T. 1. parte. q. 78. ar. 4. tot ponēdi ſūt ſenſus quot ſufficiūt ad vitam ꝑfecti animalis qꝛ natura non deficit ĩ neceſſariis. Ad vitam autem animalis requirūtur diuerſe operationes ⁊ ꝑ cōſequens diuerſe potentie q̄ſ ſcʒ non poſſūt reduci ad eandem. Nec ſufficit tantum apprehēdere rem preſētem quod fit per ſēſus exteriores ſʒ oportet apprehendere abſentia alias animal nō moueretur motu progreſſiuo ad querendum victum. Et ideo oportet ꝙ in animali remaneant ſpecies poſt actualem ſēſationem vt cognoſcat rem abſētem. Recipere autem et retinere pertinēt ad diuerſas potentias qꝛ que bene recipiunt male retinēt vt patet in humidis ⁊ ideo oportet ꝙ in nobis ſint duo ſēſus interiores quoꝝ vnꝰ recipit ſpem et alius retinet eam et cōſeruat.

¶ Notandum preterea ꝙ animalia duplices res cognoſcunt per ſenſus interiores ſcilicet res que ſentiuntur per ſenſus exteriores Secundo res nō ſenſatas Exemplum ſecundi vt quādo ouis videt lupum veniētē tunc ſtatim apprehendit ĩimicitiaʒ et fugit et auis colligit palleam qꝛ cognoſcit per ſēſum interiorem ꝙ vtilis eſt ad nidificādum iſta enĩ non cognoſcūtur per ſenſus exteriores. Tunc dico ꝙ propter res ſēſibiles a ſenſu exteriori ponendi ſunt duo ſēſus interiores ſcʒ ſenſus cōmunis et fantaſia quorū primꝰ ponitur ad recipiendū ſpes ſecundus autē ad cōſeruendum ſʒ ad cognoſcēduʒ res non ſēſatas ponūtur duo aliȷ ſēſus interiores ſcʒ cogitatiua que cognoſcit tales res non ſēſatas et memoria que bene ꝯſeruat ſpecies taliū rerum et illa potētia que in nobis dicitur cogitatiua vel ratio particularis quia aliquomodo diſcurrit in aliȷs animalibus vocatur eſtimatiua quia ex ſolo inſtinctu naturali cognoſcunt aliquas intentiones non ſenſatus Et propter eandem rationem potētia q̄ dr̄ memoria in nobis dicitur memoria et remiſcētia quia quaſi ſillogiſtice inquirit preteritorū memoriam ſecundum indiuiduales ĩtētiões

¶ Item ex hiȷs ſatis patet ꝙ fantaſia et memoria poſſunt dici theſauri ſpecieruʒ quia conſeruāt ſpecies. Item iſti .4. ſenſꝰ habent diſtinctum ſitū et cellulas in cerebro quia ſenſus cōis ponitur in principio capitis ad quē terminātur cognitiones ꝑticularium ſenſuum Et iſte ſenſus cōis cognoſcit operationes diuerſorum ſenſuum et ponit differētias inter obiecta eorum ſcʒ inter album et dulce. Hoc autem non poteſt facere aliquis ſenſus particularis quia nullus ponit differentiam inter aliqua niſi cognoſcat ea. Secūda autem ratio quare ponēdus eſt ſēſus communis eſt ad iudicādū de ſēſibus exterioribus neſciētibus iudicare de ſe ipſis vnde per viſū neſcimus nos videre ſed ꝑ ſēſum cōmunē vt dicit .ſ. t. ibidem ad 2. Contra ꝑuiſum ꝑcipimꝰ tenebras cecus enĩ nō poteſt ſcire ſe eſſe in tenebris ergo ꝑ viſū ſcimus nos nil videre ergo viſus ſupra ſe reſflectitur Negatur cōſequētia. Et ſi phūs dicat ꝙ viſus indicat ſe videre dicendū ꝙ ibi viſus capitur pro ſenſu cōi pro q̄to iudicat de obiecto viſus Secūdus ſēſus ĩterior dicitur fātaſia Tertius autem qui ſecūdū medicos eſt in media parte capitis dicitur eſtimatiua in brutis autem in poſteriori ꝑte medie partis cerebri ſecūduʒ .ſ. t. opuſculo 43. c. 4. ¶ Quartus autem memoria ⁊ ē ĩ vltia ꝑte cerebri Preterea notādū ē ꝙ aui. poſuit 5. ſenſus interiores quia inter fantaſiam et eſtimatiuē poſuit ymaginatiuam. Sed hoc reprobat Auerrois nec ē ponēda pluralitas ſine neceſſitate Et ideo dicitur ꝙ ymaginatiua eſt eadem potentia cum fantaſia. Et ſic non ſunt niſi quattuor ſenſus interiores Circa hec dubitatur primo quare ponendus eſt ſenſus communis Sed iam dictū eſt ꝙ ponitur ad cognoſcendum actus ſenſuū exteriorum ſecūdo ad ponendum differētiam ĩter obiecta eorū Ratio primi eſt quia nulla virtus materialis et organica reflectitur ſupra ſeipſam quia alias idem poneretur in ſeipſo ergo viſus non videt ſe videre Secus autem eſt de intellectu qui eſt immaterialis. Sēſus autem cōis cognoſcit actiones aliorum quia ſe habet ſicut centruʒ ad circulum ex hiȷs patet an viſus ſciret ponere differentiam inter album et nigrum et an ꝑcipit quando videt album et quando videt nigrum. Si queratur an ſenſus interior cognoſcens colorem ſit ſimilis coloris. Et ꝑ ꝯn̄s an ſit coloratus Dicendū eſt ſicut de ſenſu exteriori qui poteſt dici ſimilis colorato qꝛ habet ſimilitudinē et intentionem colori. Et ꝓpter hoc quidam dicunt viſionem eſſe aliquomodo coloratam Secundum pʒ quia licet viſus diſcernat inter albū et nigrum non tamen inter albū et dulce Et ſi queratur an ſit vnus ſenſꝰ nūero diſcernens oīa ſenſibilia Dicendū ꝙ ſic ſicut eſt vnū centrum a quo egrediuntur diuerſe linee licet ſit multiplex ſecundum rationem per comparationem ad diuerſos ſenſus particulares a quibus immutatur Qʒ autem ſenſꝰ interiores realiter differāt pʒ qꝛ aliquis non habʒ memoriam que tamen habet ſenſum communeʒ et diſtinguit fatuus inter album et nigrū et S. T. opuſc. 43. dicit ꝙ ſenſus communis tamen recipit quia eſt in prima parte cerebri que eſt humida non retinet tamē ſpecies niſi ĩ preſentia reȷ extra. Eſtimatiua etiam non retinet.

¶ Contra hec arguitur quia ſenſus ĩterior eſt nobilior ſenſu exteriore ergo non ĩmutatur ab eo qꝛ agens eſt nobilius paſſo. Item ad ponendum differentiam inter album et dulce ſufficiunt duo ſen

ſus ſcilicet viſus et guſtus.

¶ Secundo. arguitur ꝙ nõ ſunt quinqꝫ ſenſus exteriores q2 eadem potentia faciliter recipit et ꝯſeruat dictum eſt enim ꝙ fantaſia bene cõſeruat. ſꝫ ꝙ bene recipiat patet q2 eſt tãte humiditatis ſicut ſẽſus cõmunis Et aliquorũ fantaſia imediate apprehendit rem. Itẽ fantaſia non poſſet ꝯſeruare ſpecies niſi eas reciperet ergo ad eãdem potẽtiam ꝑtinet recipere ſpeciem ⁊ eam cõſeruare.

¶ Tertio imaginatiua ſiue fãtaſia recipit ſpecies rerũ non ſẽſatarum ergo nõ eſt neceſſe ponere eſtimatiuam añs ptꝫ p S. T. quia in fantaſia eſt ſpecies mõtis aurei qui eſt res nõ ſenſata.

¶ Quarto nõ eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate ſꝫ omnia poſſunt ſaluari ꝑ tres ſenſus iteriores ſcilicet per ſenſũ cõmunẽ eſtimatiuã ⁊ memoriã. Forte dicis ꝙ nõ quia eſtimatiua tantũ percipit qualitates ſenſibiles ſenſu exteriori ſeu delectabile et contriſtabile ſecundum ſenſum Contra quicquid poteſt virtus inferior poteſt et ſuperior eſtimatiua eſt ſuperior ad fantaſiam igitur cognoſcit quicquid cognoſcit fantaſia. Item fantaſia eſt idem ꝙ ymaginatiua ſed poſſumꝰ ymaginari intẽtiones non ſenſatas ergo fantaſia cognoſcit eas Et hoc etiam probatur aliter quia neceſſe eſt itelligentem fantaſmata ſpeculari ſed aliquãdo per intellectum apprehendimus ea que percipit eſtimatiua ergo fantaſia illa cognoſcit Q2 etiam eſtimatiua cognoſcat qualitates ſenſibiles patꝫ quia eſtimamꝰ vinũ eſſe dulce.

¶ Quinto arguitur ymaginatiua diſtinguitur a fantaſia quia quero an eadem potentia bene recipit ſpeciem montis aurei et bene conſeruat. vel ẽ alia Non primũ vt ſupradictũ eſt Si ſecundũ tũc opꝫ ponere duas potentias. Forte dicis ꝙ memoria conſeruat illas ſpecies Sed contra Memoria etiam poteſt conſeruare ſpecies qualitatum ſenſibiliũ ergo non eſt neceſſe ponere fantaſiam ad cõſeruandum illas ſpecies Añs patet quia leſa poſteriori parte cerebri homo non recordatur preteritorum ergo in memoria reſeruantur oẽs ſpecies rerum ſenſatarum.

¶ Sexto intellectꝰ nichil cognoſcit niſi prius accipiatur a ſenſu vt dicit in 1. poſte. ergo eſtimatiua nõ poteſt ꝑcipere itentiones quas nõ percipit ſenſus exterior. Item ſi eſtimatiua eſſet ſpecialis potentia ſimiliter memoria tũc phi. potuiſſet dixiſſe ꝙ neceſſe eſt intelligẽtem memorabilia ſpeculari quod tamen eſt falſũ ſꝫ dicit ꝙ neceſſe eſt intelligentem fãtaſmata ſpeculari igitur ⁊c.

¶ Septimo ꝗritur quis iſtoꝝ ſẽſuum interioꝝ eſt nobilior. Si dicis ꝙ fãtaſia quia fantaſma imutat intellectum. Cõtra eſtimatiua habet nobiliorem operationem quia tãte ꝟtutis eſt vt cognoſcat res nõ ſenſatas et preterita. Forte dicis ꝙ fãtaſia ſolum eſt nobilior memoria et ſẽſu communi. Primũ patet quia memoria non eſt ꝟtus cognitiua.

Secundum patet quia fantaſia aliquo modo diſcurrit et componit ſpecies ad inuicem. Contra omnis ſenſus eſt cognoſcitiuus ergo memoria cognoſcit. Item ſenſus communis reperitur in quolibet animali non autem fantaſia ergo ẽ nobilior.

¶ Octauo cerebrum eſt tantum vnum organum ergo eſt tantum vnus ſenſus interior. Si dicas ꝙ diuiditur in tria organa ſeu ventriculos et concauitates ſequitur ꝙ non ſunt niſi tres ſenſus interiores. Item actus fãtaſie ⁊ ſenſus communis ſunt eiuſdem ſpeciei ergo et ipſe potentie Antecedẽs pꝫ. quia ſpecies habẽtes idem obiectum ſunt eiuſdem ſpeciei ſed de albedine eſt ſpecies i ſenſu cõmuni et ſimiliter in fantaſia ⁊ ſic iſte ſpecies habẽt idem obiectum et per ꝯñs ſunt eiuſdẽ ſpẽi.

¶ Nono arꝰ ꝙ nõ ſit ponẽdus ſenſus cõmunis q2 commune predicatur de aliis ſed iſte ſenſus interior nõ predicatur de exterioribus igr̃. Iteꝫ omis ſẽſus eſt tm̃ vniꝰ cõtrarietatis. Et propt̃ hoc phũs ponit duos ſenſus tactus ſed ſenſus cõis eſt oĩꝫ cõtrarietatum. Forte dicis ꝙ primũ eſt verum de ſenſu pticulari. Contra. Omnis ſenſus eſt circa aliqđ vnũ genus proximũ ſed diuerſe qualitates contrarie nõ hñt vnũ genus proximũ

¶ Decimo. Ideꝫ paſſum nõ patitur ſimul a diuerſis agentibus ſed ſenſus cõis videtur imutari aq̃libet ſẽſu ergo nõ eſt vnꝰ ſenſus. Nec valet dicere ꝙ ponẽdus eſt ſenſus cõis ad diſcernendũ diuerſa ſenſibilia vel ad cognoſcendum actus aliorum ſenſuum qm̃ tunc procederetur in ĩfinitũ quia oportebit ponere aliam potentiã ad diſtiguẽdum et cognoſcendum actus ſenſus cõis et eſtimatiue. Si dicas ꝙ eſtimatiua cognoſcit ſe cognoſcere tũc ſequitur ꝙ aliqua virtus materialis habet ſupra reflexionem. Forte dicis ꝙ ꝑ intellectum diſtinguimꝰ actus ſenſuũ interiorũ Contra tũc non oporteret ponere ſẽſum communẽ quia dicetur ꝙ ſufficit itellectus Et hoc probatur quia ipſe ſolus componit et diuidit ergo ipſe ſolus diſcernit ſenſibilia diuerſorum ſenſuum.

¶ Undecimo videtur ꝙ omnis ſenſus ſit communis q2 viſus percipit plura ſcilicet album ⁊ nigruꝫ Item non videtur quomodo ſpecies coloris pueniat vſqꝫ ad ſenſum cõmunem quia cerebrum hominis non eſt dyaphanũ. Videt̃ etiam ꝙ ſi ſenſus communis omnia ꝑcipit ꝙ ſuperfluum ſit ponere alios ſenſus exteriores.

¶ Duodecimo queritur quod eſt obiectũ ſẽſꝰ communis Non poteſt dici ꝙ ſit qualitas ſẽſibilis quia percipit differẽtiam albi et nigri vl̃ percipit ſitum qui non eſt qualitas. Forte dicis ꝙ obiectum eius eſt ſẽſibile commune. Contra Tempus percipit̃ a ſenſu interiori et ſimiliter locus et tñ iſta non ſũt ſenſibilia communia. Item color ꝑcipitur a ſẽſu cõmuni ⁊ tamẽ nõ eſt ſenſibile cõmune. Itẽ nichil eſt vniuocũ ad res diuerſoꝝ ꝑdicamẽtorũ ſed ſenſus interior extendit ſe ad omnia predicamenta vnde Commentator dicit ꝙ virtus cogitatiua cognoſcit formas indiuiduales omnium decem predicamentorum vnde cognoſcit hanc animam non eſſe hoc corpus et ſicut ouis cognoſcit inimicitiam ita cognoſcit hanc ſubſtantiam abſolute. Preterea aliquod eſt ſenſibile anime quod cognoſcitur a ſolo intellectu quia numerus eſt ſenſibile commune ⁊ tamen numerus angelorum cognoſcitur tantum ab

intellectu. Forte dicis ꝙ ſenſus cõmunis non ha=
bat vnum obiectũ. Contra ex hoc ſequitur ꝙ nõ ſit
vnus ſenſus.

❡ Tertiodecimo ar̄ contra hoc qđ dictũ eſt ꝙ ſēſ⁹
communis eſt in anteriori parte cerebri q꜠ ſenſus
cõmunis debet poni in nobiliſſima p̄te que eſt cor
Et hoc patet a ſigno quia punctura cauſat dolorez
in corde et non in cerebro ille autem dolor videtur
eſſe ſubiectiue in ſenſu cõmuni vł ſicut cognoſcen=
te Itē in embrione non eſt cerebrum nec ĩ medieta
te animalis annuloſi et tamen in illa parte eſt ſen
ſus interior.

❡ Ad primũ dicitur ꝙ paſſum inq̃tum huiuſmodi
eſt ignobilius non autem ſimpliciter. Sed vtrũ ſē
ſus interior poſſit ĩmutari a ſenſu exteriori videtur
ꝙ ſic quia ſompniantes exercẽt opera viuentium.
Dicendum ꝙ illa opera exteriora non fiunt p̄ ſenſ⁹
exteriores. Si dicatur memoria poteſt ĩmutare eſti
matiuam ergo ſēſus communis poteſt ĩmutare ſen
ſum exteriorem negatur ꝯña. Sed vtrũ intellect⁹
poſſit ĩmutare ſenſũ interiorem de hoc dicetur oſtē
dendo ſēſualitatem obedire rationi. Ad aliud dici
tur ꝙ ad ponēdum differentiam iter duo non ſuffi=
cit ꝙ illa cognoſcantur a duobus ſ꜠ ab vno ſimul et
ſemel.

❡ Ad 2^{m}. negatur ꝙ fantaſia faciliter recipiat ex
parte potentie.

❡ Ad 3^{m} dicitur ꝙ imaginatiua recipit ſpeciez ali
cuius totius cuius partes ſũt ſenſate

❡ Ad 4^{m}. dicitur ꝙ ſenſus cõmunis non ſup̄fluit
licet percipiat omnia que percipit ſenſus exterior
et ſimiliter dicitur de eſtimatiua. et quia ari. non vi
detur facere expreſſam mentionem de diſtinctio=
ne iſtarũ ſpecierũ ideo aliqñ vna capitur pro altera
Sed queritur an ſp̄es que eſt in memoria ſufficiat
ad hoc ꝙ intellectus ĩtelligat rem vł ſpecies que
eſt in cogitatiua abſq꜠ hoc ꝙ ſe cõuertat ad fantaſ
mata vt dicit philo. qm̄ neceſſe eſt ĩtelligentem fan
taſmata ſpeculari. Forte dicis ꝙ fantaſma capit̄ p̄
ſimilitudine alicuius ſingularis in quocũq꜠ ſenſu
interiori ſit.

❡ Ad 5^{m}. dr̄ ꝙ fantaſia bene ꝯſeruat ſed partes
montis aurei ſcđm ſuas ſimilitudines faciliter re=
cipiũtur in ſenſu cõi quia humida bene recipiunt.
Modo organum anterius ſenſus cõis eſt humiduz
et medulloſum vt dicit albertus Quia autez et
dura bene retinent et ideo in organo fantaſie eſt
maior durities prouenientes ex frigiditate cerebri.
Et in medio eſt eſtimatiua q̄ eſt calida ex motu mł=
ti ſpũs Sed memoria eſt in parte poſteriori que eſt
ſicca propter neruos motiuos qui oriuntur ab ipſa
cuius ſignũ. eſt quia leſa illa parte p̄ditur vel ledit̄
memoria Albertus tamen tractatu 4°. li. 2. cap. 7.
ponit preter 4. ſenſus interiores 5^{m}. qui eſt fanta
ſia que conuertit ſe taz ſuper intentiones q̃z ſuper
qualitates ſenſibiles. Et ideo ponitur ĩ medio me
die celle vnde leſa media cella non habetur ab ali
quo animali ordinatum regimē vite ſ꜠ efficitur fu=
rioſum Et per eam concipimus hominem cum du
obus capitibus.

❡ A 6^{m}. dicitur ꝙ intellectus aliqua cognoſcit q̄
tamē nõ cognoſcit ſēſus lcz ea cognoſcit per ſenſũ
Patet de deo. Ad aliud dictum eſt ſupra.

❡ Ad 7^{m}. videtur albertus dicere ꝙ fãtaſia eſt oĩ
bus nobilior vel aliter dr̄ ꝙ cogitatiua eſt nobiliſ=
ſima. p. S. T. de veri. q. 25. ar. 2. Et plus mouetur
ab intellectu. et eſt ſibi vicinior Licet forte fantaſ
ma plus moueat Forte etiam vt dictum eſt nõ om̄e
fantaſma eſt in fantaſia capiendo fantaſma p̄ ſpe=
cie rei ſingularis.

❡ Ad 8^{m}. iam dictum eſt ꝙ cerebruz hab꜠ 4. diuer
ſas diſpoſitiones Nec eſt verum ꝙ duo actus habē
tes idem obiectum ſemper ſint eiuſdem ſpeciei q꜠
idem color eſt obiectum ſenſus interioris et intel=
lectus. Quidam tamen nõ hn̄t pro inconuenienti
ꝙ ſpecies impreſſa ſenſui interiori et exteriori ſit
eiuſdē rationis ſicut ſpecies coloris recepta ĩ aere
et in aqua quia repreſentant eũdem colorē ſed nõ
oĩa repreſētãtia idem ſunt eiuſdē ſpeciei quia viſio
albedinis et ſpecies albedinis repreſentant idem
differunt tamē quia ſpecies que eſt in fantaſia re=
preſētat quodãmodo habitualiter ſenſatio autem
actualiter Sp̄es etiam que eſt in ſenſu cõi repreſē
tat ſenſationem exteriorem et ipſũ ſenſibile. Non
autem ſpecies que eſt in ſenſu exteriori quia viſus
non percipit ſe videre.

❡ Ad nonũ dicitur ꝙ ſēſus nõ dr̄ cõis per predica
tionē ſed quia eſt principiuz et radix aliorũ. S. T.
opu. 43. c. 4. q̃tum ad diſtinctionez ſpiritus anima
lis ſenſus proprij, deriuãt̄ a cõi ſed non q̃tũ ad ap
prehenſionē et renũtiationem cum lucro.
Ad aliud dicit̄ ꝙ replica p̄cedit de ſēſu p̄ticulari.
S꜠ q̄rit̄ an oē aĩal p̄ter ſēſuz cõem habeat fãtaſiaz
et eſtimatiuam Videtur ꝙ ſic quia omne animal p̄
cipit intētiones nõ ſenſatas ſcz nociuũ ſicut ouis
inimicitiã vnde ſi pungatur retrahit ſe. S꜠ phũs
tñ dicit ꝙ aĩalia imp̄fecta non habent fãtaſiam vt
apes et formica. Sed ꝯtra ĩquit albertus q꜠ apes
artificioſe operãtur cuſas Et formica ſibi prouidet
ĩ futurũ et deponit granũ in loco determinato qđ
ſine ymaginatione aut fãtaſia facere nõ poſſet Et
tō lr̄a ariſto. vr̄ ĩcorrecta Alij dicũt ꝙ formica ope
rat̄ ex ſola app̄hēſione ⁊ inſtinctu nature q꜠ formi
ca q̄ nũq꜠ exp̄ta eſt penuriã hiemalē ita recolligit
in eſtate grana ſicut alia q̄ vixit p̄. 6. ãnos Sed de
hijs poſtea. Cũ aũt formica moueat̄ localiter ad q̄
rēdũ nutrimētũ vr̄ ꝙ indiget fãtaſia q̄ retineat ſpe
cies vt ſupradictum eſt.

❡ Ad 10^{m} dr̄ ꝙ paſſiōe ſp̄uali idē patitur a diuer=
ſis vt aer a ſono et colore Ad aliud dr̄ ꝙ vltimate
currēdũ eſt ad intellectum. Quidã dicũt ꝙ fãtaſia
cognoſcit actũ eſtimatiue ⁊ ecõuerſo. S꜠ nõne q̇s
ymaginat̄ ſe ymaginari p̄ eãdē potētiã vr̄ ꝙ non.

❡ Ad 11^{m}. p̄ter dictis ĩ neruo eĩ ſũt ſp̄es deferen=
tes ſp̄es ſenſibiles vł dr̄ ꝙ ſp̄es poſſunt per cere
brum multiplicari ſine dyaphano Nec ſēſ⁹ ĩterior
poſſet ĩmutari niſi primo ĩmutaretur ſenſ⁹ exterior

❡ Ad duodecimum videtur ꝙ obiectum ſenſus cõ
munis ſit aliquod analogum ſcilicet ſenſibile ⁊ tē=
pus reducitur ad alia ſenſibilia communia. Sed
vtrum ſubſtantia ſit per ſe ſenſibilis ab eſtimatiua.
Et per conſequens ſenſibile per ſe poſtea videbi=

tur. nec hic numero de numero tranſcendētali ſed predicamentali variante immutationem ſenſus Sed queritur an ſi lignum diuidatur me vidente aliqua mutatio realis fiat in viſu vel ſi diuidatur me neſciente Dicendum ſicut de figura que ſi modicum varietur non mutatur propter hoc viſio. quidam dicunt ꝙ facta diuiſione fiunt due viſiones ſꝫ alij dicunt ꝙ duo accidentia ſolo numero differentia non poſſunt eſſe ſimul Et ideo precedens viſio manet Contra cauſa per ſe deſijt eſſe ſcꝫ vnitas ligni. Dicendum ꝙ non cauſabat eam per ſe primo ſicut ſi ſortes moueatur non propter hoc oportet continue ponere aliam diuiſionem licet ſit alia ps motus.

¶ Ad 13m. dicetur libro de ſompno et vigilia Sed queritur Cum relatio nichil poſſit cauſare nec ſiliter illud quod non eſt quomodo. ouis apprehendit inimicitiam ſi aliqua alia ouis induatur pelle lupi et quomodo noſcit filium ex quo filiatio non poteſt immutare ſenſum Dicendum ꝙ ſufficit ꝙ fūdamēta iſtorū imutēt ſenſum. Sed dubitatur quomodo fantaſia que eſt in capite poteſt immutari per ſenſationem tactus qui eſt in pede vel quō ſenſ⁹ cōis poteſt eam percipere vt cognoſcat pedem ſentire dr̄. ꝙ ſi extremitas ferri tangatur hoc facile audit ab eo qui habet aurem in alia extremitate ſi dicat ſenſus eſt figuratus ergo non percipit figurā quia oportet ſenſū eē denudatū ab eo qđ percipit dico ꝙ nō ſemper opꝫ. ſ. t. de veri. q. 22. a. 8m. qꝛ volūtas eſt bona tn̄ vult bonitatē et ſimiliter ītellectus intelligit ſe.

AD 3m. ſic proceditur videtur ꝙ intelligere ſit idem ꝙ fantaſia vel cum ſenſu quia ſicut intellectus poteſt diſcurrere ita et ſenſus vnde aranea facit telam ſillogiſando ꝙ per hoc capiet muſcas ergo per ſenſum ratiocinatur et per conſequens eſt rationalis et intellectiua. Forte dicis ꝙ facit telam ex naturali īſtinctu. Cōtra tunc omnia animalia facerent telā qꝛ habēt naturalē inſtinctum. Sed cōtra eſt phil.

¶ Reſpondeo dicenduꝫ ꝙ antiqui dixerunt intellectum eſſe corporeum et quod non differt a ſenſu nec intelligere a ſentire. Et ex hoc ſequebatur ꝙ noſter intellectus imutatur a corpore celeſti quia corporeum agit in aliud corporeum. Et ideo dicit homerus ꝙ talis eſt intellectus in terrenis hominibus qualem inducit pater virorum deorumqꝫ id eſt ſol qui eſt pater deorum ideſt aliorum planetaruꝫ quos illuminat vel hominem qui poſt noctem beatificantur. Hec autem ſunt falſa quia tunc omnia animalia intelligerent. Item ſenſus non errat et tamen intellectus ſepe errat vnde cum intellect⁹ ſit incorporeus ideo celum non poteſt agere in intellectum vel voluntatem niſi indirecte et non de neceſſitate. Primum patet quia leſo organo deficit intellectus. Secundum patet quia voluntas eſt ſemp libera Notandū ꝑterea ꝙ ari. reprehendit philoſophos quia nō determinauerunt quo modo homo decipitur ſicut determinauerunt de cognitione ad quam peruenitur per magnum ſtudium ⁊ tēpus. Nec valet dicere ꝙ deceptio fit per contactū diſſimilis ſicut cognitio per cōtactum rei ſimilis qꝛ tam de ſimili qꝫ de diſſimili habetur ſcientia Notādum preterea ꝙ actus fantaſie nō eſt opinio quia habemus actum fantaſie cum volumus apprehēdere montem aureum ſed non poſſumus habere opinionem ſine ratione. Secundo ex ſola fantaſia non ſequitur delectatio vel triſticia quia ſola apprehenſio non mouet appetituꝫ ſed ex opinione qua cognoſcimus conueniens vel diſconueniens ſequitur delectatio vel triſticia an ex fantaſia ſompniantes vel ebrij moueantur: vel ſenſualitas dicet̄ i fine. ¶ Notādū ꝑterea ꝙ opinari nō ē ītelligere lꝫ fātaſiari ſit ſētire Primū pꝫ qꝛ cū opinamur nō dicim⁹ nos ītelligē ſꝫ ꝙ nobis vr̄ ita eē ꝙ aūt fātaſiare ſit ſētire ſatis pꝫ. ¶ Notādū ꝙ ſicut ītellect⁹ capit aliqn̄ ꝑ actu ſic etiā fātaſia proprie tn̄ fātaſma eſt ſpēs alicui⁹ ſingularis exn̄s ī ſēſu interiori. Sed preter iſtam ſpeciem ponendus eſt actus elicitus a potentia.

¶ Preterea notanduꝫ eſt ꝙ opinio pertinet ad intellectum fantaſia autem ad ſenſum. Et ſi querat̄ quid ſit fantaſia. Dicit philoſophus primo ꝙ non eſt ſenſus in actu ideſt non eſt idem ꝙ actus ſentiendi quia quodlibet animal habet actum ſentiendi non tamen quodlibet habet fantaſiam loquendo de fātaſia determiata q̄ ſcꝫ habet determinatū organū vt ſupra dictum de apibus. Et ſi dicatur: Apes prouident ſibi in eſtate vnde viuant in hieme Et ſiliter formica ad quā piger mittit̄ a ſapiēte De hoc dictum eſt ſupra. Item actus ſenſus particularis ſemper eſt verus ſed fantaſia ſepe eſt falſa vt patet in ſompniantibus. Ex quo patet ꝙ fantaſia non eſt ſenſus in actu ad ſenſum expoſitum. Nec eſt intellectus nec opinio ſed eſt potentia vt dictum eſt que quandoqꝫ eſt in actu et quandoqꝫ in potētia Dicitur aūt fātaſia a phanes/quod eſt apparitio quia ſenſibile abſens apparet per fātaſiaꝫ et ꝓpter hoc dicitur ꝙ aīalia agūt ⁊ patiūtur ſcđꝫ fātaſiā qꝛ aliqn̄ mouēt̄ ad aliqđ abſēs qđ eis repſētatur ꝑ fātaſiā et non ꝑ ſēſū cōeꝫ qꝛ ille nō bn̄e conſeruat ſpēm abſētis. ¶ Circa hec dubitat̄ ā aliqs ſēſ⁹ īterior aīaliū brutorū ꝯponat ⁊ diuidat ſeu formet ꝯpoſitionē. Quidā dicūt ꝙ fātaſia ī brutis nō cōponit; neqꝫ diuidit nec ſēſus cōis Si dicat̄ ſēſus cōis diſcernit īter ſēſibilia diuerſorum ſēſuū Dicēdū ꝙ hoc nō ē ꝑ ꝯpoſitionē vel diuiſionē id eſt affirmādo vnū de altero vel negādo ſed apphēdēdo vnionem vel diuiſionē pluriuꝫ adiuicē Contra ſimplex apprehenſio non mouet appetitum ergo in animalibus non eſt tm̄ ſimplex apprehēſio et ideo multi opinantur ꝙ aīalia componunt et diuidunt. Sed qꝛ. ſ. t. nec in angelis ponit ꝯpoſitionē et diuiſionē nec diſcurſū ideo videtur ꝙ in brutis non ſit diſcurſus et per ꝯn̄s nec compoſitio nec diuiſio nec noticia complexa per modū compoſitionis Tamen in noſtra potētia cogitatiua propter propinquitateꝫ ad intellectum eſt diſcurſus et compoſitio et diuiſio et reminiſcentia vt ſupradictū ē Sed nōne ymaginatiua componit quando format ſpēm montis aurei ex ſpecie montis et ex ſpecie auri Dicenduꝫ ꝙ ꝓpter hoc non format ꝯpoſitionē ſicut cogitatiua

que aliq̄ñ format ꝓpoſitionem ſingularem in ſillogiſmo expoſitorio vnde dicitur ratio particularis ⁊ 6°. ethi. videtur nominari ratiocinatiuum vel ꝯſiliatiuum Secūdum p̄dicta ergo dicendum ꝙ animalia bruta non diſcurrūt ſʒ omnia agunt ex inſtictu. Primū patet quia illa que diſcurrūt vidētur habere liberum arbitrium. Forte dicis ꝙ non ſʒ omnia habent ex inſtictu nature ſʒ tunc ſupfluum eſt ibi ponere diſcurſum. Item in brutis non eſt intellectus practicus ergo non ſillogiſant de agibilibus Item omnis ſillogiſmus poteſt regulari per regulas logicales ſʒ bruta non poſſunt ſic regulari i ſuis agibilibus. Item ſi brutū diſcurreret hoc maxime eſſet quia canis venaticus veniens ad biuiuʒ odorans vnam viaꝫ ſi non ꝑcipiat odoreʒ leporis ſubito abſqꝫ alterius vie odoratione ꝑ alterā ꝑgit ſʒ ad hoc non requiritur diſcurſus ſʒ ſufficit inſtinctꝰ nature alias oporteret dicere ꝙ canis facit magnam diſputationem qñ vult cubare quia multotiens ſe vertit neſciens forte vbi eſt puluinar Item non videtur quomodo brutum formet actus ſincathegoreumaticos ergo non ꝯponit.

Contra hec ar̄ primo ꝙ intellectus patiatur a celo quia videmus homines in vno tēpore magis aptos ad ſtudium et ſciētiam ꝙ in alio tempore vnde dicitur ꝙ colerici acutius ſpecūlātur in hieme ⁊ flecmatici in eſtate et melancolici in vere vnde ipſi in auptūpno ſunt dementiores q̄ in alio tēpore niſi per medicinam apponant remediū. et ſanguinei in vere ſunt demētiores ſeipſis in alio tempore propter ſimilitudinem quam habent cum qualitatibus temporis.

Secūdo fantaſma directe agit in intellectum ſed fantaſma cum ſit corporeum directe dependet a celo ergo et intellectus maior patet ex ſ. t. in pulcherrima queſtione quam facit de anima ar. 18. ad 11m. vbi dicit ꝙ intellectus agens non eſt actiuum reſpectu intellectus poſſibilis directe ſed magis reſpectu fantaſmatum per que intellectus poſſibilis reducitur in actū. Ex quo patet ꝙ fātaſmata ꝑ ſe faciunt itellectum poſſibilem in actu.

Tertio quicumqꝫ vincitur ab aliquo: ille patit̄ ab eo directe ſed voluntas incontinentis vincitur a paſſionibus et paſſiones dependent a corporibus celeſtibus cum ſint in corpore ergo volūtas ſubditur corporibus celeſtibus.

Quarto arguitur ꝙ non habemus actum fātaſie quando volumus: quia fantaſia preſupponit ſēſationem exteriorem ſed nō eſt in poteſtate noſtra quin ſenſus exterior immutetur. Item queritur a quo cauſatur actus fantaſie in bruto Non ab obiecto quia illud aliquando non eſt vt patet cum q̄s ymaginatur montes aureos.

Quinto ſenſualitas non ſemper obedit rationi ergo nec fantaſia quia non videtur quomodo volūtas producat actum fantaſie ergo non habemus actum fantaſie quando volumus. Item arguitur ꝙ opinamur quando volumus quia voluntas mouet omnes alias potentias ad excercitiuʒ ergo eſt cauſa opinionis Item opinari aliquando eſt in noſtra poteſtate quia poſſumus ſi volumus tenere opinionem San. Tho. vel algazelis ponentis quinqꝫ ſenſus interiores. Forte dicis ꝙ nō poſſumus opinari niſi habemus rationem Contra poſſumus credere aliquam propoſitionem ſine aliqua ratione ergo et opinari Antecedens patet quia credit qui vult et periret meritum niſi quis vellet credere ſiñ ratione thopica vt dicit ſan. tho. 22. 1. q. 2. ar. 10. Item ſi occurrat preceptum de credendo tunc homo tenetur credere dato ꝙ pro tūc nulla occurrat ſibi ratio Plus autem eſt credere q̄ opinari.

Sexto. ſi non poſſemus opinari ſine ratione ſequeretur proceſſus in infinitum quia capio primā opinionem: et quero vel educitur ex antecedente opinato vel ſato ſi ſecundum tunc eſt ſcientia. Si primum tunc non eſt prima opinio.

Septimo arguitur ꝙ fantaſia ſit ſenſus cōmunis quia eſt circa idem obiectum. Item ſenſus dr̄ communis quia cognoſcit obiectum diuerſorū ſenſuum ſed fantaſia etiam cognoſcit obiecta diuerſorum ſenſuum. Forte dicis ꝙ ſenſus dicitur communis quia eſt radix aliorum. Contra. Non eſt radix tactus ſed fundatur in eo. Item ſenſꝰ communis immutatur a ſenſu exteriori ergo non eſt radix ſenſus exterioris quia poſterius non eſt radix prioris Forte dicis ꝙ dicitur ſenſus communis quia ſoluʒ eſt de ſenſatis per ſenſus exteriores Contra ſenſꝰ communis percipit etiam intentiones non ſenſatas ſcilicet differentiam albi et nigri. Illa autem differentia non eſt ſenſata. Item ſi quis vertat̄ diu circulariter poſtea iudicat alia moueri. et tamen motus aliorum non fuit ſenſatus. Forte dicis ꝙ ſenſus communis non componit ſicut fantaſia. Cōtra leuato baculo canis fugit quia habet fantaſiam ꝙ alius vult eum verberare.

Octauo arguitur contra rationem probantem ꝙ ſentire non eſt intelligere quia ſicut intellectus non eſt falſus niſi per accidens ſic ſimiliter eſt dedecenſu. Et per idem deſtruitur ratio probans ꝙ fantaſia non eſt idem ꝙ ſēſus in actu quia ſicut ſēſus in actu eſt falſus per accidens ita etiam fātaſia ſolum eſt falſa per accdens.

Nono fantaſia nichil apprehendit niſi per ſpeciem cauſatam a ſenſu exteriori ergo ſi ſenſus exterior ſit verus fantaſia etiam erit vera

Item fantaſia non eſt niſi de repreſente et ſēſata ſʒ illa eſt vera Forte dicis ꝙ ſēſꝰ cōis ⁊ fātaſia ſunt de aliquo non ſenſato ſcilicet de actibus ſenſuum exteriorum Contra actus ſenſus exterioris ſentitur ab ea Alias non eſſet verum dicere ꝙ video me videre idem etiam eſt actus quo cognoſcitur res et ymago eius ergo viſus cognoſcit colorē et ſpeciem eius alias ſenſus communis eſſet de intentione non ſenſata cuius oppoſitum dictum eſt ꝓbando ꝙ ſunt tm̄. 4. ſenſus interiores.

Decimo ar̄. ꝙ fātaſia nichil poſſit cognoſcere nec ſenſus communis quia qnando in eodem ſpecies diuerſarum rerum ſunt permixte tunc nō poſſumus illa diſcernere Sed in ſenſu communi ⁊ fātaſia ſunt ſpecies diuerſorum ſenſibilium omniuʒ ſenſuum ergo impoſſibile eſt ꝙ diſtincte cognoſcātur Item quare ariſtoteles hic ſolum facit mentio

nem de fantaſia et non de eſtimatiua.
¶ Undecimo arꝛ ꝙ intellectus ſit ſenſus quia ob=
iectum alicuius ſenſus eſt vniuerſale quando enī
formica mouetur ad querendum grana tunc nō ap
ꝑhendit ;aliquod granum particulare ſꝫ vniuerſa=
le licet forte apprehendat aliquem locuꝫ determi
natum ad quem ītendit portare grana. Item ſenſ⁹
interior eſt īcorporeus ergo eſt ītellectus aña ptꝫ
quia alias tur ris cogitata haberet in potentia co=
gitatiua certam q̄ntitatem et extenſionem quod vi
detur falſum quia aliq̄n cogitatum eſt multo q̄ꝫ po
tentia noſtra cogitatiua Item ſi in brutis eſt fanta
ſia reſeruans ſpecies queritur quare nō ſemper ex
eunt in actum.
¶ Duodecimo videtur ꝙ fantaſia non ſit potētia
quia phi. dicit ꝙ eſt motus aſſen ſus ſecūdum actū
factus Motus autem nō eſt potentia vt patet per
ſpecies motus. Et ex eadem diffinitione probaret
ꝙ nunq̄ꝫ actus fantaſie eſt ſine actu ſenſus exteri
oris quod eſt falſum in ſompniantibus.
¶ Terciodecimo arguitur ꝙ animalia diſcurrant
quia determinate de fugiendo vel ſequendo perti
net ad diſcurſum ſed ouis per eſtimatiuam deter=
minat de fugiendo. Forte dicis ꝙ diſcurſus eſt
per aliquod commune et vniuerſale Cōtra
aliquis eſt diſcurſus ex ſingularibus. Quis etiam
apprehēdit vniuerſale quia apprehendit intenti
ones non ſenſatas et ꝙ ab omni lupo eſt fugiēduꝫ
Et ille vꝛe videtur abſtrahere a multis ſingulari=
bus Ex hoc enim ꝙ videt bonum eſſe ſequi iſtū pa
ſtorē et illū eſtimare pōt omnē paſtoreꝫ eē ſequēdū
¶ Quartodecimo Algazel diffinit fantaſiam di=
cens ꝙ eſt virtus que operatur componendo et di
uidendo quandoq̄ꝫ ex hiis que ſunt in archa forma
ruꝫ.i ymagiatiua q̄n q̄ꝫ ex hiis q̄ ſunt in archa inte
ntionum id eſt memoria. Item ſenſus communis di
ſtinguitur ergo et fantaſia brutorum.
¶ Quintodecimo multa ſunt opera animaliuꝫ q̄
requirunt quadam prudentiam et ſtudium ergo di
ſcurrunt. Antecedens patet ex alberto magno li.
8°. de animalibus vbi dicit ſe vidiſſe in germania
murem qui tenebat candellam comedentibus ad
preceptum magiſtri ſui Eſt autem prudentia circa
agibilia ex quibus nullum ſequitur opus. Talia
autem multa ſunt in auibus vt patet in cantu phi=
lomene. Forte dicis ꝙ per illum cantum intendit
vocare feminam ſuam: vel ſignificare conceptum
ſuum Contra ipſa aduolat ad hominem bene can
tentem ergo amat cantum propter ſe. Elephas
etiam diſcit adorare regem Et ibidem narrat quo
modo quidam per deceptioneꝫ fecit ꝙ camelus co
gnoſceret matrem ſuam quod cum camelus ſciuit
interfecit auctorem ſceleris. Et de equo narrat ꝙ
poſt ſimile factum precipitauit ſe. Hoc autem vide
tur eſſe ex quodam diſcurſu quo cognouit factū il=
lud eſſe diſconueniens Item dicit ꝙ delphini ma
gni regunt paruos et cum paruus moritur veniūt
alij ad exequias et portant eum ſuper ſpatulas ſu
as in profundum pelagi et cuſtodiūt corpus ne co
medatur a piſcibus. Item dicit ꝙ delphines dili=
gunt homines et cuſtodiūt eos a periculis et ſi pſi
tacus diligit imberbes et cum quidam pſitacus fu
iſſet ſeparatus a nutritore ſuo multum triſtabatur
quia ſciuit ꝙ acceperat alium pſitacum cum quo lu
debat et huic inuidit prior pſitacus. Item hyrun=
dines videntur habere artem faciendi domos qꝛ
dicit ꝙ commiſcent lutum cum palleis et ponunt
grauia inferius et leuia ſuperius ⁊ ponūt plumas
in nido Et ſi paſſer intrauerit nidum ſuum tunc vo
cat alios hyrūdines et obſtruentes foramen ſuffo
cāt paſſerē ibideꝫ ⁊ Et docēt pullos ſuos tp̄e egeſti
ouis poſteriora aui extra nidū ꝯtere vt ſterc⁹ cadat
extra nidum Columbe etiam pugnant inter ſe pro
femina vnde. Auicenna di it ſe vidiſſe duos colū
bos pugnantes et facta p gna femina iuit ad vi=
ctorem hec aūt fiunt ſñ [illegible] iudicio q̄ in iſtis aīali
b⁹ ē ꝯpō et diuiſio vnde iob quis dedit gallo intel=
ligentiam ergo intelligit aliquomodo.
¶ Sextodecimo Simplex apprehenſio non ſuffi
cit in animalibus mouere appetitum ergo in ipſis
eſt plenum iudicium. Item animal mouetur ad ci=
bum et ſi non inueniat ipſum eſſe bonum recedit
ergo iudicat de re Item multa ſunt animalia diſci
plinabilia vt patet in canibus Cuius etiam vena
ticus inſequendo feram quando venit ad biuium
ſillogizat feram tranſmiſſe per alteram viarum de
inde per odoratum ſubſumit ꝙ non tranſiuit ꝑ hāc
et concludit ꝙ tranſiuit per aliam et currit poſteā
Forte dicis ꝙ omnia iſta ſunt ex inſtinctu nature.
Contra tunc non oporterꝫ docere canes ſicut nec
lapidem qui ex natura ſua deſcendit deorſum Itē
tunc omnes canes eſſe eque cauti et eque bene di
ſciplinati quia omnes habent eundem inſtinctum
nature hoc argumentum eſt. ſ. t h. 12ᵉ. q. 13. ar. 2. 3ᵐ.
vnde ignarus putaret horologium regi prudentia
non regitur niſi ab alio ſic etiam eſt de animalibus
ſi queratur quare vna formica hec ponit ſuū granū
in iſto loco et illa in alio et reuertitur ad eundem
cumulum granorum an hoc ſit per memoriam quaꝫ
habet ſimiliter quare ouis comedit hāc herbā alia
dimiſſa dicendum ꝙ de ſe eſt ad vnum determina=
ta ideo prouenit a fantaſia ſed tunc queris de hac
fantaſia vide. ſ. t. ibidem ad 2ᵐ.
¶ Decimo ſeptimo arguitur ꝙ non ī quolibet ani
mali eſt ſenſus quia aliqua animalia carent līgua
ergo animal viuit ſine guſtu. Item plante bene vi
uunt ſine ſenſu ergo et animalia.
¶ Ad primum dicitur ꝙ ratione corporis intelle
ctus ſubiicitur celo et ſic aliquomodo per accidēs
voluntas vnde aliqui ſunt magis leti in vno tem
pore q̄ꝫ in alio propter diſpoſitionem corporis.
¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ fantaſma proprij virtu
te non agit in intellectum ſed hoc habet ab intel
lectu agente vt dicit ibidem ſ. t.
¶ Ad tertium incōtinēs non dicitur vinci a paſſio
nibus abſolute quia alias non eſſet puniendus ſꝫ
vincitur in q̄ꝫtum dat locū paſſioni Si dicatur act⁹
ītemperantie eſt ī corpore ergo poteſt cauſari a ce
lo negatur conſequentia quia actio celi poteſt quo
ad cōcupiſcibilem impediri.
¶ Ad quartum dicitur ꝙ loquimur de fantaſia in
formata ꝑ ſpeciem. Ad aliud dictū eſt ſupra.

¶ Ad quintum nõ eſt ſimile vt poſtea dicetur de
ſenſualitate Nec voluntas ſe ſola ſufficit mouere
potentiã ad quẽlibet actum nec ſiue poteſt quiſte
nere opinionem vnius doctoris in actu autez cre=
dendi eſt ratio ſũpta ab auctoritate diuina et non
humana Sed de hijs videatur holcot in principio
ſententiaꝝ quibuſdam thomiſtis placet ꝙ ad cre=
dendum requiritur motus voluntatis cũ ſpeciali
auxilio ⁊ ꝙ articuli proponãtur alij dicũt ꝙ cũ hoc
requiritur perſuaſio vel miraculum ideo ad corne
lium miſſus eſt petrus vide.ſ.t.22^{e}.q.2.ar.9.3^{m}. et
ar.1.3^{m}.et 1.3^{o}.

¶ Ad ſextum dictum eſt in primo poſteriorum.

¶ Ad ſeptimũ patuit ſupra ꝙ circa idem obiectũ
aliter ſe habet fantaſia et aliter ſenſus cõis. Nec
ſenſus cõmunis dr̃ radix quia ĩmutet alios ſz quia
ſe hz ſicut centrum ad circũferentiam.

¶ Ad 8^{m} dicitur ꝙ multis modis eſt falſitas in in
tellectu.ſ.in tribus operationibus Non autem eſt
tot modis in ſenſu exteriori Sanctus Thomas
hic lectione 6.

¶ Ad 9^{m}.negatur conſequentia. Et ad aliud ne=
gatur abſumptum nec inconuenit ſenſum commu
nem eſſe de intenſione non ſenſata qñ illa inten=
tio hz ſenſibile pro obiecto.

¶ Ad 10.dicetur inquirendo an poſſumus ſil plu=
ra intelligere. Ad aliud dictum eſt ſupra enumerã
do ſenſus interiores.

¶ Ad 11^{m}. dicitur ꝙ ſolus ĩtellectus facit vniuer
ſalitatem in rebus et ideo ſenſus interior non eſt
circa vniuerſale ſed circa aliquod indiuiduum va=
gum Ad aliud dr̃ ꝙ ſenſus interior eſt quantus ſi=
cut ſenſus exterior Tamen non oportet ꝙ ſit tan=
te quantitatis ſicut ſuum obiectum. Ad aliud dici=
tur ꝙ bruta exeunt in actum per hoc ꝙ mouentur
ab aliquo extrinſeco vt dicit phil 8.phiſi.

¶ Ad 12.diciturꝙ ibi potẽtia capitur pro actu nec
ille motus eſt vniuocus cum alio motu phiſico. Et
ſemper preceſſit aliquis actus in ſenſu exteriori.

¶ Ad 13^{m}.dr̃ ꝙ omnia animalia agunt vnomodo
et ideo agunt ex inſtinctu nature Nec eſt verum ꝙ
omnem determinationem precedit conſilium. Sz
forte inſtinctus nature. Natura enim non deficit
in neceſſarijs Si dicatur Scire eſt rem per cauſã
cognoſcere ſed iſte canis cognoſcit iſtum eſſe ſuuz
inimicũ quia verberauit ipſũ ergo habet verã ſciẽ
tiam et diſcurſum Negatur conſequentia quia de
us non diſcurrit et tamen cognoſcit rem ꝑ cauſam

¶ Ad 14^{m}.patuit ſupra quomodo ibi capitur cõ=
poſitio .Si dicatur canis aliquando decipitur ſed
falſitas non eſt niſi in compoſitione ergo in ſenſu
eſt compoſitio proprie dicta vnde potentia cogita=
tiua hominis aliquando format propoſitiõem ſin=
gularem. Dicendum ſicut ſupra dictum eſt ꝙ non
omnis veritas eſt in compoſitione niſi forte ſicut
in cognoſcente. Concedo tamen ꝙ ſenſu interior
iudicat Non tamen componit Sed cognoſcat effe
ctum in cauſa vide San. Tho.1.parte q.16.ar.2.⁊
que.17.ar.ſecundo. Quidam dicunt ꝙ in brutis eſt
diſcurſus imperfectus et ſimiliter compoſitio in=
completa et per hoc ſoluunt omnia argumenta.ſ.
t.1.parte.q.96.ar.1.ad.4^{m}.dicit poſt philoſophus
primo methaphiſice in quibuſdam animalibus eẽ
quandam participationem prudentie ex inſtinctu
nature ex qua cõtingit ꝙ grues ſequuntur ducem
et apes obediunt regi. Et ſã.tho.tertio de anima
lec.4.dicit ꝙ fãtaſia nec componit nec diuidit Sz
an apis mouetur a fantaſia determinata videtur
ꝙ non ex.ſ.t.tertio lec.5.

AD 4^{m}.ſic proceditur videtur ꝙ intelle=
ctus non ſit potentia paſſiua quia intel
lectus eſt nobiliſſima potẽtia ſed potẽ
tie vegetatiue ſunt actiue ergo et intel
lectus quia agens eſt nobilius patiẽte
Sed ꝯtra eſt phi.

¶ Reſpondeo dicendũ ſcd̃m ſ.t.1.parte q.79.ar.
ꝙ intellectus eſt potentia realiter diſtincta ab ani
ma quia eſt principium proximuz operationis que
diſtinguitur ab eſſe ipſius anime et quia in deo idẽ
ſunt operatio et eſſe ⁊ ipſe deus ideo ſuus intelle
ctus nõ diſtinguitur ab eo. Preterea. Notandum
ꝙ pati tripliciter dicitur Primo ꝓpriiſſime ſcilicet
quãdo aliquid remouet ab eo quod cõuenit alicui
per ſuam naturam vt qñ aqua amittit frigiditatez.
Secũdo qñ aliquid remouetur ſiue ſit ꝯueniẽs ſi=
ue diſcõueniens Tertio qñ aliquid recipit ad quod
ſubiectũ prius erat in potentia. Et ſic intelligere
eſt pati quia noſter ĩtellectus aliqñ eſt in potentia
ad ſuum actum non enim ſemꝑ actu intelligimus
omnia ĩtelligibilia ſz ali qñ ĩtelligit et aliqñ non ſi
cut materia corruptibiliuz aliqñ eſt ſub vna forma a
liquãdo ſub alia in principio autem vt dicit phi. eſt
tanꝗ̃ tabula raſa in qua nichil depictum.

¶ Preterea notandum ꝙ albertus ⁊ multi alij in
cipiunt 3^{m}. librũ de anima in hac materia de intel=
lectu ibi de parte autem anime vnde eſt text^{9} C. 1.
ſcd̃m ſ.t.ibi eſt lectio 7.3.de anima vnde ipſe inci=
pit 3^{m}.a t.c.128.ibi ꝙ autem non ſit ſenſus. Cuius
ratio eſt quia fuerunt aliqui qui poſuerunt ſenſuz
et intellectum eſſe idẽ. Manifeſtum eſt autẽ ꝙ in
tellectus non eſt aliquid de ſenſibus exterioribus
Et ideo oportebat inquirere an eſſet ſenſus inte=
rior vnde et greci ibi ĩcipiunt 3^{m}.Sed hec diſputa
tio eſt modice vtilitatis vt dicit egidius. Ex hijs
patet ꝙ intellectus non dicitur pati paſſione cor=
ruptiua quia non habet materiam ſed perfectiua
ſicut ſuperius dictum eſt de ſenſu in hoc tamen dif
ferunt ſenſus et intellictus quia intellectus non
corrumpitur ab excellenti ĩtelligibili. Tum qꝛ ſẽ=
ſus eſt affixus organo corporali Non autem intel=
lectus licet debilitetur ex leſione organi ſẽſus vñ
leſi in fantaſia minus bene intelligunt quia intel
lectus capit cognitionem a ſenſu.

¶ Preterea ſciendum ꝙ intellectus eſt in poten
tia vt omnia cognoſcat. Et ideo phiſophus dicit ꝙ
non habet aliquam determinatam corporeaz quia
alias non poſſet ĩtelligere omnia corpora quia vt
dicit textus. Intus exiſtens prohibet extraneum
vnde ĩtellectus dr̃ poſſibilis quia ſicut materia eſt

in potentia ad formas materiales. ita intellectus
eſt in potentia reſpectu intelligibilium Ex hiis in
fertur ꝙ intellectus caret organo corporali quia
alias haberet aliquam determinatam naturam ſe
ſibilium ſicut alij ſenſus qui conformantur ſuis or
ganis qui proportionantur qualitatibus ſenſibili-
bus Ex quo ſequitur ꝙ ſpecies intelligibiles non
recipiuntur in aliquo organo corporeo ſed tantum
in intellectu poſſibili vñ dr̃ locus ſpecierum.

¶ Contra hec arguitur intellectus eſt principiuꝫ
intellectionis ergo non debet dici potentia paſſi-
ua antecedens patet quia effectus non excedit ſu
am cauſam in paſſione ſed itellectio albedinis eſt
perfectior albedine cũ ſit qualitas ſpiritualis que
nobilior eſt corporali ſicut viſio dei eſt nobilior al-
bedine ergo intellectio albedinis nõ ꝓducit ab al
bedine effectiue ſed ab intellectu. Item operatio
vitalis neceſſario cauſatur a forma vitali ſed itelle
ctio eſt operatio vitalis igitur. Maior patet quia
hec eſt differentia inter formam vitalem. et non
vitalem.

